Humanis oſsibus, adipe, puluereue ex cerebro ad morbos ſanãdos vti poſſumus. 132.a.
Humanitatis Chriſti articuli, qui ab eccleſia celebrantur, ſunt credendi. 24.b.

I

IDola quando vendi poſſint. 72.b.
Idolatriam, ſi nullum ſit ſcandalum, nec confitendi fidem præceptum inſtet, extrinſecus ſimulare licet. 606.
Ieiunium præceptum ab eccleſia. 106.a.
Ieiunium qui violat, iuſtam non ieiunandi cauſam ſe habere exiſtimans, mortifere non peccat. 107.b.
Ieiunium violans in die, quo aliquem votum, & Eccleſiæ præceptum ad ieiuniũ obligabat, duabus malitijs, ſpecie diſtinctis obſtringitur. 59 a.
Ieſus Chriſtus Dominus noſter caruit originali peccato. 41.a.
Ignis corporeus quomodo in incorporeũ ſpiritum aget in inferno, non poteſt ſciri in hac mortalitate. 22.a.
ignis inferni corporeus, ſed ſine ſplendore, qui recreare poſſit, erit. 22.a.
Ignem purgatorij eſſe verum, eiuſdemquè cum noſtro ſpeciei, eſt communis, at nõ definita de fide ſententia. 23.a.
Igne vero damnati in inferno cruciabuntur, licet quidam ſcriptores metaphoricum ignem concedant. 22.a.
Ignorantia quid, & quotuplex ſit? 127.a.
Ignorantia cenſurarum 144.a.
Ignorantia concomitans excuſat a cenſura, quia excuſat etiam a culpa. 144.a.
Ignorantia, & obliuio inuincibilis confeſſionem irritam non facit, vincibilis facit, cum eſt culpa, ſupina, aut affectata. 57.b. & 58.a.
Ignorantia iuris, aut facti vincibilis, quæ ob humanam communem quandam negligẽtiã culpa nõ vacat nõ excuſat ab excommunicatione. 144.b & 145 a.
Ignorantia probabilis ſeu inuincibilis quo ad nos. 42.a.
Ignorantia quomodo ex toto, vel ex parte excuſet delictum. 142.a.
Ignorantia quomodo iuſtè a peccato excuſet. 42.a.
Ignorantiæ partitio. 42.a.
Illegitimus, & legitimus filius beneficium, quod pater habuit, habere non poteſt. 140.a.
Illicita coniugum copula violat ſacram ędem. 161.b.
Illicitæ pactiones ĩ ſocietatib⁹ dãnatæ. 98.b
Imago Dei quodammodo in corpore hominis agnoſcitur. 15.b.
Imagine Dei Angelus, & homo ſunt ornati, & ad eam conditi 15.a.
Imaginum, & reliquiarum ſanctorum adoratio. 60.b.
Immortalitas animæ rationibus a natura petitis aſtruitur, & confirmatur. 3.6.
Immortalitas animorum ex veteri teſtamẽto probatur. 3.a.
Immortalitatem animarum expreſſe ſtatuit Ariſtoteles. 2.b.
Immunitas Eccleſiæ non violanda. 134.b.
Impediens vi, dolo, fraudeque aliquem, ne beneficium, officiumue quo erat dignus aſſequatur, vel ne ei legetur, donetur, vel ne hæres conſtituatur, boni viri arbitrio reſtituere debet, quãti valebat ſpes illa. 88.a.
Impedimentum cognationis carnalis, in matrimonio, & legalis. 117.a.
Impedimentum interdicti, & feriarum in matrimo-

Digitized by Google

matrimonio.120.b.
Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis in matrimonio 119 b.
Impedimentum matrimonij propter crimen.117.b.
Impedimentum matrimonij propter infidelitatem.117.b.
Impedimentum matrimonij propter ſecundas nuptias.119.a.
Impedimentum matrimonij propter violentiam.118.b.
Impedimentum ordinis matrimonium dirimit 118.b.
Impedimentum propter impotentiam dirimens matrimonium.119 b.
Impedimentum ſponſalium, & Catechiſmi, in matrimonio 123.a.
Impedimenta dirimētia matrimonij.114.b.
Impedimenta matrimonij.116.& 123.a.
Impedimenta matrimonij propter errorem perſonæ.116.b.
Impediti ne Pontifex adiri poſſit.150.a.
Imperator Fridericus animam immortalem ſtatuebat.4.a.
Imperfecta beatitudo acquiri poteſt per naturalia, nec mouentis gratiæ auxilium excludit.21.b.
Importunæ preces æquiualent violentiæ. 52.a.
Importunis precibus aliquē ad ludum traxit, non tenetur ad reſtitutionem, ſi lucratus ſit 104.a.
Impotens non eſt cenſendus, qui in ore vaſis fęminei ſeminare poteſt.120.a.
Impotentia perpetua iudicanda, quæ ſine Magica arte auferri nequit.120.a.
Impudicos actus fornicationem antecedentes non eſt neceſſe in confeſſione exprimere, ſed bene ſubſequentes, cum ſint diſtincti.53.b.
Impuras comedias agere, & audire lethale ſcelus eſt.105.a.
Incarnatio, & alia Chriſti myſteria nobis non profuiſſent, ſi anima mortalis eſſet.3.a.
Incerta habens, & vere pauper exiſtens, ex ſibi reſtituere poteſt, ſe ad meliorem fortunam redierit, veris pauperibus reſtituere debebit.89.b.
Inuerſa ſiue ex delicto, ſiue ex contractu in pauperes, ſeu in alios pios vſus eroganda ſunt.89.b.
Inceſtus cum conſanguinea ſpecie differt ab inceſtu cum affine; & ſic in linea recta ſimiliter differt a linea collaterali.54.b.
Inceſtus in gradibus non naturæ, ſed poſitiuo iure inductis, non diſtinguuntur ſpecie.54.b.
Increata Dei operatio animos beatos non efficit.21.a.
Increata operatio createę naturæ conuenire non poteſt 16.
incultum agrum colens, quem ille in pignus accepit, fructus ſecundum quoſdam computat in ſortem 95 a.
indirecte voluntarium quid ſit?
Indiſpēſabile eſt, quod primis naturæ principijs repugnat.119 a.
Inducere aliquem ad minus malum, vt maius vitet, an liceat? 73.a.
Inductio contrariæ conſuetudinis quot actus requirat. 127.a.
Infamia cum damno fortunarum compenſari poteſt. 102.b.
Infans cum ſcheda inuentus, quæ teſtatur illum baptizatum fuiſſe, ſub conditione non eſt baptizandus.112.a.
Infans lactens, & amens interdicti generali vinculo ligari nequeunt. 156.a.
Infans, ſi in materno cadauere in ſacra æde tumulato incluſus periret, ſacram ædem polluit.161.b.
Inferiores Prælati non habent facultatem diſpenſandi.157.a.
Infernus nihil aliud eſt, niſi conſcientię horror, ſecundum Originis delirium. 22.a.
Inferni pœnas non eſſe perpetuas falsò dixit Origenes.22.a.
Infidelis vxorem interficiens, vt adulteram ducat, pōt poſt ſuſceptum baptiſmum illud facere.117.b.
Infideles vt coguoſci poſſint, veſte, aut ſigno certo vti debent. 160.b.
Infidelium filij rationis vſu nondum prædit, ſi in ineuitabili mortis periculo, articuloue verſentur, inuitis parentibus baptizari poſſunt.112.a.
Infuſio animæ ante quadrageſimum diem a conceptu corpori perfecte organizato non contingit.8.b.
Initiati ſacro ordine an ad continentiam obligentur Eccleſiæ eam præcipientis, decreto, ſeu voto, quod eadem eccleſia ſuo iuſſu ordini addidit? 64.b.
Iniuſtus inuaſor pro defendenda proximi vita ab aliquo poteſt occidi.75.a.
Iniuſta acceptio continet furtum, & quodcunq; damnum iniquo modo illatū.84.a.

Digitized by Google

Innocentia probabatur per rogum, per prunas, per ferrum candens. 61 a.
Innocentię in ſtatu ſine libidinis ardore filij fuiſſent procreati, & vxores concepiſſent, & peperiſſent ſalua clauſtrorũ muliebrium integritate, tam in feminis exceptione, quam in prolis egreſſione 40.a.
Inobedientia quid, & quotuplex ſit. 126.b. & 127.a.
Inſidiator mouendus, vt deſiſtat, alias licite poteſt interfici. 75.a.
Inſtrumenta reo prębens, quibus carcerem effringat, non poteſt exterius frangere vt eum iuuet. 91.a.
Intellectus ad Deum conſpiciendum, volũtas ad illũ fruẽdũ neceſſario fertur. 20.a.
Intellectus cum ſolo, glorię lumine integrum eſt viſionis principium. 20.b.
Intellectus diuiditur impoſſibilem, & agẽtem, & quid ſit vterque. 12.a.
Intellectus eſt immediatum intellectionis principium. 12.a.
Intellectus humanus non poteſt videre Deum, eoque frui, niſi lumine gloriæ ad id eleuetur. 20.b.
Intellectus operatio prętantior eſt operatione voluntatis; igitur etiam prętantior facultas, a qua illa operatio. 17.a.
Intellectum agentem, & poſſibilem realiter diſtingui alij negant, alij affirmant. 12.a.
Intellectiua anima immaterialis, & incorporea eſt. 2.a.
Intellectiua anima in humanę generationis fine a Deo creatur, quę corruptis prioribus vegetantis, & ſentientis animę formis, vegetans ſimul eſt, & ſenſitiua. 8.a.
Intellectuales virtutes quinque enumerat Ariſtoteles. 28.a.
Interdictum, quid, & quotuplex ſit. 155.b.
Interdicti tempore quam diuinorum officiorũ celebrationẽ cõcedant viro. 156.b.
Interdicti violatio irregularitatem inducit. 156.a. & b.
Interdictum violare quę ſit culpa. 156.a.
Interficiens vno ictu plures admittit plura homicidia. 54.a.
Interior pœnitentia etiam de peccatis ante baptiſmum patratis concipienda eſt. 43.a.
Internorum ſenſuum ſedes eſt in Cerebro 11.b.
Interruptio quanta ad numericam ſcelerũ mentalium multiplicationem requiratur? 53 a
Inuaſor & aggreſſor in defenſione licite occiditur. 74.b.
Inuaſus poteſt occidere inuaſorem, & etiã ſimul innocentem, quo ſe inuaſor tuetur. 75.a.
Inuentor rei alicuius, ſi poſt diligentem inquiſitionem Dominum non inueniat, ſibi retinere eam poteſt. 89.b.
Inuidię filię. 131.a.
Inuocatio ſanctorum contra hęreticos ſtabilitur. 60.b.
Inuentori promittens aliquid ad redimendam vexationem, ſi rem inuentam ſua malitia reſtituere nolit ſine promiſſione, non tenetur in conſcientia ſoluere. 92.b.
Ioannes, & Hieremias, alijque omnes puri homines Adami filij, licet originis maculam ſunt experti, Diuinitus tamen, antequam naſcerentur iuſti effecti ſunt. 9.a.
Ioannes Roffenſis Epiſcopus & Cardinalis, martyrij gloria decoratus. 12.a.
Ioſeph diuinitus edoctus explicauit ſomnia Pharaonis. 61.a.
Ioſephus caſtiſſimus relicto pallio fugam arripuit 130.b.
Ira ſentientis appetitus ex ſe non eſt peccatum. 131.a.
Irę filię. 131.a.
Iraſcibilis, & concupiſcibilis potentia, an diſtinguantur inter ſe. 11.b.
Iraſcibile, & concupiſcibile rationi ſuperiori obediunt, quandoque tamen eam anteuertunt illique repugnant. 12.b.
Irregularis non fit aliquis propter fugam, quę grauem infamię notam allatura eſt. 158.b.
Irregulares fiant omnes ſi rixam plures cũ vno inchoent. & ille occidatur. 159.a.
Irregularitas quid ſit. 156.b.
Irregularitas eſt a iure, nulla ſententia hominis eget, neque per hanc ſolam poteſt iniungi. 158.b.
Irregularitas ex crimine ſodomitico non eſt ex delicto, ſed ex defectu ob infamiã, & ſcandalum. 160.b.
Irregularitas ex defectu corporis. 157.b.
Irregularitas ex delicto non eſt cenſura. 143 b.
Irregularitas ex delicto ob veniale ſcelus non irrogatur, neque irrogari põt. 161.a
Irregularitas ex homicidio caſuali. 159.a.

Irre-

Irregularitas ex homicidio iniuſto voluntario.158.b.
Irregularitas ex illegitima ordinum ſuſceptione.160.a.
Irregularitas ex indigna ordinis vſurpatione.160.a.
Irregularitas ex indigna ordinis adminiſtratione.160.a.
Irregularitas ex licito homicidio ex defectu leuitatis.158.a.
Irregularitas nõ habet locum,quãdo ignorantia aut bona fides excuſat à ſcelere. 160 a.
Irregularitas orta ex delicto appellatur cẽſura.161.a.
Irregularitas quando contrahatur. 160.b.
Irregularitatis duo ſunt genera. 156.b.
In irregularitatibus ex delicto occulto Epiſcopi diſpenſare poſſunt.144.a.
Irritatio facta ſine cauſa ab eo qui facultatem dederat vouendi eſt inualida, licet cum peccato fuerit coniuncta.67.a.
Irritatio votorum coniugibus emiſſorum. 66.a.
Iubens conſulens, conſentiens non ſunt a reſtitutione liberi.84.b.
Iubilæi virtute abſolutus ab Excommunicatione, antequam alia a Bulla iniuncta efficeret,ſi ea deinde non pręſtet,an vere a cenſura abſolutus, quamuis Indulgentię fructum non percipiat? 148.a.
Iudas Thamar hædum, quem fuerat pollicitus, tanquam pretium turpis actus miſit.86.a.
Iudex contra veritatem à ſe priuatim cognitam ſententiam ferre nõ poteſt.134.a
Iudex quicquid accepit pro iniuſta ſententia ferenda,ante opus confectum facienda eſt reſtitutio.85.b.& 86.b.
Iudicium temerarium. 100.b.
Iudith interfecit Holophernum Tyrannum.74.a.
Iuramentum ab eo, qui iurauit, in melius conuerti poteſt.63.b.
Iuramentum alio ſenſu emiſſum,quam alter intelligat.63.a.
Iuramentum an ſit,quando quis in fide ſua, vel per fidem ſuam iurat?62.a.
Iuramentum, cæteris paribus, magis obligat,quam votum.164.b.
Iuramẽtum comminatorium eſt cum quis alteri,aliquid minatur.62 b.
Iuramentum,dum adeſt iurandi mens, taci te ſit ſigno aliquo, vt manu ſublata, aut nutu.62.a.
Iuramentum eſt, ſi quis in conſcientia, vel per conſcientiam iurat.62.a.
Iuramentum ficto animo emiſſum.63.a.
Iuramentum metu extortum de matrimonio contrahendo nõ obligat,quanto metus cadit in virum conſtantem.63.a.
Iuramentum metu extortum, ſi ſit de relicita, & animo ſe obligandi præſtitum, obligat 63.a.
Iuramentum per procuratorem quandoq; non permittitur.63.b.
Iuramentum promiſſorium non obligat, ſi rei promiſſę executio, peccatum ſit. 63.a.
Iuramentum promiſſorium per procurationem fieri poteſt, & obligat illũ, cuius nomine effectum eſt.63.b.
Iuramentum Turcę, quem per Mahumetem iuraturum exiſtimas, in contractib⁹ deferre non eſt nefas.63.a.
Iuramenti diuiſiones.62.b.
Iuramenti execratorij formulę.62.b.
Iuramẽti obligatio quo pacto tollatur.63.b
Iuramentum metu extortum non ſeruare, veniale peccatum Canoniſtæ, mortale Theologi reputant.63.a.
Iuramentum poſſumus iuſta de cauſa deferre ijs,quos peieraturos arbitramur. 63.a
iuramento promittens latroni decem aureos pro redimenda vita,ob iuramenti religionem ſoluere tenetur, ſed illos repetere poteſt.63.a.
iuramenta profeſſione religionis approbatæ extinguuntur.63.b.
iurandi multæ ſunt formulæ.61.b.
iurans Deum in teſtem vocat.61.b.
iurans ſi in foro conſcientię iurare intendebat,iuramentum eſt.61.b.
iurans ſine animo exequendi mortaliter peccat.63.a.
iurans ſe facturum aliquid mortale contra iuſtitiam peccat mortiferè, venialiter, qui veniale.62.b.
iurare per creaturas in Deum relatas iuramentum eſt.62.a.
iuſiurandum pendet ex mente iurãtis.62.a.
iuriſdictio diuino iure eſt neceſſaria ad abſoluendum, non autem humano.49.b.
iuriſdictio confeſſarij qualis ſit. 49.b.
iuriſdictionem ad abſoluendum in articulo mortis quilibet ſacerdos ſimplex habet.57 b.
Iuſta cauſa & auctoritas requiritur in diſ-

pen-

Digitized by Google

penſatione humanæ legis 42.a.
Iuſtitia originalis an cum gratia gratum faciente idem fuerit? 37.b.
Iuſtitia originalis qualis fuit? 37 b.
Iuſtitiæ originalis tres effectus. 38.a.
Iuſtitiæ miniſter reo, cui fugere licet, fugã, & carceris fractionem ſuadere, & præbere inſtrumenta non poteſt; ſed bene extraneus poteſt. 90.b.
Iuſtitiæ miniſtris non poteſt uis inferri. 75.b.
Iuſtitia quis non tenetur alium ad religionem inducere, a qua vi vel fraude retraxit illum. 65.a.
Iuſti Dei mandata ſeruare poſſunt, quamuis in uenialia peccata labantur. 33.a.
Iuſtæ cauſæ ad diſpenſationem uoti quæ ſint. 68.a.
Iuſtorum bona opera non ſunt æternæ vitæ meritoria, niſi ex charitate procedãt. 31.b.
Iuſtorum opera vitæ æternæ ſunt merita. 30.b.
Iuſtorum opera vitam ęternam ex condigno merentur. 32.a.
Iuſtificationis exordium in adultis a Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſt. 27.a. & 32.a.
Iuſtificantis gratiæ habitus infunditur a ſolo Deo, non tamen ſine noſtra præcedente diſpoſitione. 13.b.
Iuſtificatus bonis operibus per Dei gratiã & Ieſu Chriſti meritum, augmentum gratiæ, vitam æternam, ipſiuſque æternæ vitæ (ſi in gratia obierit) adeptionem gloriæque augmentum promereri. 31.b. & 32.a.

L

LAcertæ, ranæ, aliaque monſtra à mulieribus vterum gerentibus editæ. 40.b.
Lędere famam ſuam ſine rationabili cauſa venialis culpa eſt ex genere ſuo.
Laicus Euchariſtiam in articulo mortis miniſtrare poteſt. 109.b.
Laicus poteſt abſoluere in articulo mortis ab Excommunicatione, cũ nullus adeſt ſacerdos. 165.a.
Lapilli pretioſi, gemmæ, Corallium, venæ auri, & argenti, fiunt primi occupantis. 93.b.
Laus omnis, aut vituperatio officij cuiuſcũque in humanis actibus conſiſtit. 29.b.
Legata pia ſola voce relicta hæres non tenetur ſoluere in conſcientia. 91.b.
Lege animæ confeſſionis obligatur, qui vſu rationis pollet. 107.b.
Leges ciuiles præceptiuis verbis vtentes in re graui ad mortale obligant. 127.b.
Leges non puniunt in pueris quod in adultis. 108.a.
Leges pœnales non ſunt extendendæ ad ea, quæ earũ verba non exprimũt. 152.b
Leo Pontifex nouies eadem die ſacrum fecit. 138.b.
Leonis X. Pontificis Maximi decretum in Lateranenſi Concilio ſeſſion. 8. publicatum, quomodo legentes in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium explicare debeant quæſtiones de animorum mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, aliaſque ſimiles. 4.b.
Lethale ſcelus admittens poſt confeſſionẽ iterum confiteri tenetur. 108.a.
Lethale ſcelus non admittens, irregularitate propter lethalem culpam impoſita nõ afficitur. 161.a.
Lethali quænam a peccato excuſent, licet lex ad illud obliget. 127.b.
Lethali ſcelere inficitur, qui cibos, quibus ieiunium violatur ieiunij die ijs præbet, quos certo aut probabiliter ieiunij lege obligari ſciat. 107.b.
Lethaliter peccat contra caritatem, & iuſtitiam, qui lætatur detractione, at non excitat ad detractionis perſeuerãtiã. 102.a.
Leue mendacium iuramento confirmare lethale piaculum. 100.a.
Leuitas materiæ non excuſat a mortali peccato in iuramento promiſſorio 62.b.
Lex aut præceptum vetans, aut iubens aliquid ſub pœna excommunicationis latę, aut ferendę ſententiæ, obligat ad mortale. 144.a.
Lex humana obligat cum vitę periculo, cũ quis in contemptum Eccleſię ad eam frangendam compellitur. 128.a.
Lex pœnalis in materia graui ad lethalem culpam obligat. 127.b.
Libros lucri cauſa feſto die deſcribere quis poteſt. 70.a.
Liberum arbitrium eſt ipſa voluntas, qua hoc vel illud liberè eligere poſſumus. 12.b.
Liberum arbitrium eſſe titulum ſine re dixerunt quidam hęretici. 12.b.
Liberum arbitrium non eſt finis, ſed mediorum ad finem. 12.b.
Liberum arbitrium non re, ſed tantum ratione

Digitized by Google

tione à voluntate differt.12.b.
Liberum arbitrium quomodo in Deo, Angelis,& hominibus reperiatur.14.a.
Liberi arbitrij,& gratię cooperatio.13.a.
Liberi arbitrij veritas contra hæreticorum deliramenta demonſtratur.13.a.
Libero arbitrio præditum eſſe hominem in rebus Ciuilibus, in moralibus, & in pijs actionibus.13.a.
Libertas arbitrij eſt in Deo,non ſuæ bonitatis, ſed aliarum rerum comparatione, quas velle,aut non velle, vel etiam nolle poteſt.14.a.
Libertas arbitrij eſt in Angelis.14.a.
Libertas arbitrij humani neque ex præſcientia,neque volũtate Dei impeditur. 13.a.
Libertas humani animi in intellectu radices habet.12.b.
Libri nomine quid intelligatur.153.a.
Limbus puerorum eſt in altiori parte inferni quam purgatorium, quem ignis non tangit.23.b.
Limbum patrum nullus poſt Chriſti mortem ingreſſus eſt, & ante Chriſti mortẽ nullus in cœlum euolauit.23.a.
Limbos patrum,& puerorum ęquo ſpatio à gehenna diſtare,24.a.
Literę de auiſi.101.a.
Locator,ſi locet in finem indifferentem, & non poſſit,neque teneatur impedire ſcelera,quæ ibi patrantur,& nullum ſit ſcãdalum, locando non videtur peccare, quia locatio per ſe non eſt illicita. 94 a.
Loca quę gaudeant immunitate Eccleſię. 134.b.
Lucrum ſperatum eſt vendibile.96.b.
Lucri conditiones in mutuo.96.b.
Lucrans ab eo,quem minis, & conuicijs ad ludum attraxit, tenetur reſtituere.104 a.
Lucrans fraude in ludo tenetur ad reſtitutionem.104.a.
Ludus non quilibet viris religioſis vetitus. 104.a.
Ludi conditiones quę ſint, vt iuſtus eſſe debeat.104.a.
Ludi hiſtrionum ſi modeſtia agantur, non ſunt improbandi.105.a.
Ludo ſub data fide amiſſũ ẽ ſoluẽdũ.104.b.
Ludo vetito acquiſita ſunt reſtituẽda. 105.a
Ludendi peritia colluſorem ſuperans, non tenetur lucrum reſtituere, quia vterque ſeſe periculo expoſuit.104.q.
Lumen glorię eſt habitus re a viſione diſtinctus.20.b.
Lumẽ glorię eſt quid creatum, & nil aliud quam quędam diuinę eſſentię participatio.20.b.
Lumine naturali notum eſt animam eſſe immortalem.4.a.
Lumina non ſunt extinguenda dum ſacerdotes Dominicę paſſionis hiſtoriam maioris Hebdomadę diebus legunt.138.a.
Lutherus cum ſuis aſſedis negauit liberum arbitrium in homine quo ad ſpirituales actiones, ſecus quo ad externas, & ciuiles ad ſocietatẽ humanã ſpectantes. 13.a.
Lutherus omne viri iuſti opus ex ſua natura mortale peccatum eſſe, veniale vero ex Dei miſericordia dixit.34.a.
Lutheranorum argumenta contra ſatisfactionem confutauit Cardinalis Bellarminius.48 a.

M

MAcchiauelli lucubrationes pernicioſę,& prohibitę.134.a.
Magdalenę animum diuina virtus excitauit,cũ illa Chriſti cõciones audiret.11.b.
Magia naturali mira effici poſſunt, quę a Dœmonibus effecta videntur.60.a.
Maioris hebdomadę diebus, dum Dominicę Paſſionis hiſtoria legitur,lumina extinguenda non ſunt.106.a.
Mala fide rem poſſidere quid ſit?84.a.
Malefica dœmoniacis ſignis nocens verberib' iuſtę defẽſionis titulo põt affici.75.a
Mandans,conſulens,conſentiens,cooperãs, & ratificans homicidium quomodo fiat irregularis.154.a.
Manichęi duas in homine animas eſſe ſtatuebant,alteram a Deo ad bonum, alterã a carne ad malum.5.b.
Manus impoſitio eſt de eſſentia ſacramenti in ſacerdotio.114.a.
Manum iniectio in Clericum quando permiſſa.146.b.
Manus violenta quę ſit?150.a.
Maria virgo immaculatę conceptionis priuilegio decorata eſt. 9 a.& 56 a.
Maria virgo peculiari Dei munere in tota vita venialia vitauit peccata 9.b.
Maria virgo ſanctiſſima euecta fuit aliquãdo ad Dei eſſentiã clare aſpiciendã.18.a.
Martyris ſanguine conſecratur potius, quã polluitur Dei templum. 161.a.& b.
Matris ob vitam conſeruandam an liceat procurare abortum.75.a.
Matres in partu ſępe perierunt. 40.b.
Matrimonium, aliique contractus ab ebri-

celeo

Digitized by Google

celebrati, non ſunt validi. 131.b.
Matrimonium conſummare ante benedictionem, ſi fiat ſine contemptu lethale piaculum non eſt. 122.b.
Matrimonium conſummare ante demonſtrationes, quę auctoritate Ordinarij omiſſę non ſunt, lethale ſcelus eſt. 120.b.
Matrimonium conſummatum inter infideles ſolubile eſt aliquando. 115.a.
Matrimonium contrahens ruri, quo ſe animi gratia contulit, coram illius loci Parocho, inualide contrahit, ſi ſine ordinarij aut ꝓprij Parochi licẽtia id faciat. 122.a.
Matrimonium contractum coram Parochi, aut Vicarij perpetui coadiutore valet. 121.b.
Matrimonium contra ius naturę contractũ non valet. 118.a.
Matrimonium coram Parocho, & vnico teſte in articulo mortis ad prolem legitimandam contractum, nullũ eſt. 121.b.
Matrimonium cum hęretica contrahęre ſine ſpe cõuerſionis lethale ſcel⁹ eſt. 118.a.
Matrimonium cum nouerca naturali iure vetitum. 117.b.
Matrimonium eorum, qui coram alieno Parocho ideo cõtraxerũt, quia proprius Parochus erat publicus hæreticus vel profugus, aut quia Parochialis Eccleſia Parocho ſuo deſtituta erat, inualidum eſt. 121.a.
Matrimonium eſt quędam perpetua ſeruitus, vnde nullus ad illud cogendus. 72.a.
Matrimonium fidelis cum infideli, diuino, naturalique iure vetitum Eccleſię lege irritum eſt. 118.a.
Matrimonium impoſſibili conditione viciari controuerſum. 120.b.
Matrimonium in primo gradu lineę tranſuerſalis naturali iure vetitum non eſt. 124 b.
Matrimonium non fit ſine conſenſu exterius de pręſenti expreſſo. 116.a.
Matrimonium per Epiſtolam contrahi poteſt, & eſt ſacramentum. 124.a.
Matrimonium per procuratorem contrahi poteſt, & eſt ſacramentum. 124.a.
Matrimonium ſine Parochio, & duobus ſaltem teſtibus fieri non poteſt. 118.b.
Matrimonij materia ſunt contrahentes, verba cõſenſum explicãtia ſunt forma. 115.a
Matrimonij ſolennitates ſunt repetendę, ſi impedimentum ex vi, & metu manifeſtum eſt, non autem ſi occultum. 122.a.
Matrimonia ſine verbis ſacramenti validiſſime celebrantur. 115.a.
Medico non licet ęgrotum ad pollutionẽ hortari. 79.a.
Medici ęgrotis, ad quos vocati ſunt, ſuadeant, vt ſpirituales Medicos vocandos curent. 136.b. & 137.a.
Medica potio pro tuenda vita matris vterum gerentis poteſt exhiberi, ſi filius in vtero clauſus interiturus exiſtimet. 75.a.
Memoria pro diuerſa facultate collocatur in intellectu, & in parte ſenſitiua. 12.a.
Memoria propriè, & late accipitur. 12.a.
Mendacium quid ſit? 100.a.
Mendacium facit hominem Diabolum, veritas ſemideum. 100.a.
Mendacium officioſum ex leuitate materiæ veniale. 100.a.
Mendacijs vſitatis à meretrice extorta non ſunt reſtituenda. 86.a.
Mendicantes graduati in Theologia, aut lectores Epiſcopi nõ egent Examine. 141.a.
Menander Simonis Magi diſcipulus. 8 a.
Mens iurantis inſpicienda. 62. a.
Menſtruus ſanguis peſtilens. 40.b.
Menſtrui tempore concubitus quando petendus. 81.b.
Mentalis hęreticus non eſt irregularis, ſed qui hęreſim prodit, quamuis ſit actibus. 158.a
Mentalis ſtupri circunſtantia exprimenda non eſt in confeſſione, ſed actus ſtupri exerciti. 51.b.
Mentalis vſurę ſcelere quis inficiatur. 95.b.
Mentali ſimonia acceptum reſtituendum non eſt. 130.a.
Mentiri in concione in re ad doctrinam ſpectante ſemper lethale ſcelus exiſtimatur. 100.a.
Merces debetur bonis operibus ſi fiant, ſed gratia quę non debetur, pręcedit vt fiat. 31.b.
Merces dilata ſolutione pluris venduntur, quam pręſenti pecunia. 97.b.
Meretrix accipiens aliquid a viro religioſis votis obſtricto ob turpem actum, quando teneatur Monaſterio reſtituere. 86.a.
Meretrix aureum nummum pro quolibet actu turpi accipiens, ſi a iuuene perditè illam amante quinquaginta pro mercede extorqueat tenetur quadraginta nouem reſtituere. 86.a.
Meretrix moderatum pretium turpitudinis ſine fraude, doloque acquiſitum, neceſſa-

ceſſario reſtituere, nō debet, ſi datum ſit ab eo, qui donare poterat. 85.b.

Meretrix pictam Polemonis ſeuerioris diſciplinæ Philoſophi imaginem cum vidiſſet, timuit, ſibique ne in ſcelus rueret, frenum iniecit. 131.a.

Meretrix titulo mercedis poteſt retinere, quod pro turpi actu lucratur. 85.b

Meretrici pretium debetur pro turpi actu ex iuſtitia, non quatenus peccatum eſt, & Dei iniuria, ſed ratione laboris periculi, damnique, cui ſubijcitur meretrix in gratiam viri, & ratione voluptatis cum actu illo coniunctæ. 86.b.

Meritum bonorum temporalium de condigno non poteſt habere locum in homine qui caret gratia. 32.a.

Meritum de condigno quid ſit? 31.a.

Meritum de congruo quid ſit? 31.a.

Meritum in bonā acceptum partem quid ſit? 30.b.

Meritum ſimplex, ſeu de cōdigno quid ſit? 32.a.

Meriti de condigno fundamentum eſt gratia iuſtificans. 9.a.

Meriti de cōdigno materia explicatur. 32.a

Meriti quantitas ex bonitate actus quam habet ab obiecto, & circunſtantijs, & ex quantitate gratiæ, & caritatis æſtimanda eſt. 32 a.

Metalla fodientes & theſauros abditos quęrentes peſſimi Dœmones euadunt. 93 a.

Metalla habent ſuum eſſe ex rebus, quæ extant. 15.a.

Metus carceris verborum, alteriuſque grauis damni cenſetur metus cadens in cōſtantem virum. 118.b.

Metus iuſte incuſſus matrimonium non irritat. 118.b.

Metum leuem inferens, in neutro foro excommunicatus eſt. 152.b.

Metu effecta ſecundum quid ſunt in voluntaria, voluntaria ſimpliciter. 29.b.

Miles ſi militarem habitum non geſtat, beneficio priuatur. 139.b.

Minor excommunicatio lata ab homine illius qui eam tulit, aut ſuperioris abſolutione egeret. 147.a.

Minor excommunicatio ferri poteſt ab homine, quod non eſt in vſu. 146.a.

Minus malum proponi poteſt alicui, vt maius vitet, dum illud non approbes, neque effici velis, ſuadere & conſilium dare vt fiat, non licet. 98.b.

Miſſa ante auroram, & poſt meridiem de licentia Epiſcopi iuſtis ex cauſis celebrari poteſt. 138.b.

Miſſa fit in honorem Sanctorum. 106.a.

Miſſa mali Sacerdotis prodeſt defunctis, quia ſancta, & iuſta eſt Eccleſia cuius ille miniſter eſt. 23 b.

Miſſa pro pluribus celebrata ſingulis tantum prodeſt ex opere operato, quantū prodeſſet, ſi pro vno tantum celebraretur. 138.b.

Miſſa publici concubinarij audiri poteſt. 137.b.

Miſſa quando ex præcepto non audienda. 70.a.

Miſſa vulgari lingua celebrari non debet. 106 a.

Miſſæ audiendæ præceptum quando fuit fuit latum. 70.a.

Miſſæ ſacrificium prodeſt viuentibus. 106.a

Miſſæ ſacrificium propitiatorium eſt. 106.a

Miſſæ ſacrificium rite offertur pro defunctis purgatorio igne cruciatis. 106.a.

Miſſæ auditio eſt præcepta. 69.b. & 70.a.

Miſſam ſine lumine celebrare lethale piaculum. 106.a.

Miſſam noctis Natalis Chriſti ſolam audiens, præcepto de Miſſa audienda ſatiſfacit. 138.b.

Miſſæ priuatæ. 106.a.

Miſſæ per alios celebrari poſſunt. 139.a.

Miſſæ tres Dominici Natalis die celebrantur. 138.b.

Moderamen inculpatæ tutelæ quid ſit? 74.a & b.

Modus tollendi Cenſuras. 147.a.

Molas miras mulieres vterum gerentes ediderunt. 40.b.

Moniales Euchariſtiam ſingulis menſibus non ſumentes lethali ſcelere vix contaminantur. 110.a.

Monialium clauſura, eiuſq; violatio. 172.a

Moniales ex conſuetudine ad horarum recitationem tenentur. 139.a.

Monialium violator capitis ſupplicio, & bonorum Monaſterio tribuendorum priuatione punitur. 78.b.

Montes pietatis ſunt liciti. 57.a.

Morbus vt pellendus, materia dicitur medicinæ. 43.a.

Morbo impeditus ne horas recitare poſſit, ſi ſacrum facere queat, & faciat, non peccabit. 138.a.

Mors originalis peccati pœna eſt, cuius le-

gem.

Digitized by Google

gem Beata virgo Maria experta fuit.41.b
Mortis in articulo obligantur diuino iure fideles ad ſacramentalem confeſſionem. 47.b.
Mortalis Ariſtoteli humanus animus num ſit viſus? 136.a.& b.
Mortalis dum fuit, cum ſumma lætitia in Chriſto coniuncta fuit mæſtitia. 20.a.
Mortale, & veniale peccatum an differant ſpecie? 42.a.
Mortale peccatum in quibus verſetur, & veniale in quibus.32.a.
Mortale ſcelus vita ſpirituali animum priuat, id eſt gratia, & charitate.32.b.
Mortifero interdum, vt interdum veniali ſe crimine obſtringit qui audit, ſed neque inducit, neque gaudet, neque obſiſtit, cũ poteſt. 102 a.
Mortiferè peccat qui contrahit matrimonium, poſtquam Iudex præcepit, ne contrahat, donec cauſa diſcuſſa ſit. 120 b.
Moyſes diuinam eſſentiam in hac vita clare vidit. 17 b.
Mulier triplici pœna mulctata, quia triplo maiori ſcelere quã vir ſe obſtrinxit. 40.b
Mulier vnum & ſolum eſt menſtruum animal. 41.a.
Mulierem, quia immortali animo prædita eſt vt homo, ad imaginem Dei creatam eſſe non debemus dubitare. 15.a.
mulierem ſub viri poteſtate, & dominio eſſe, peccati pœna eſt 41.a.
mulierum dolor in partu. 40.b.
mulierum vterum gerentium ærumnæ. 40.b
multa quæ ſunt de fide, & in Symbolo non expreſſa, ad articulos fidei referuntur. 48 a.
multiplicantur crimina vnius actus interruptione, in eodem homine circa idem obiectum, ſi alius ſucceſſiuè efficiatur. 53.a
mundus non eſt natura aliqua vt homo, ſed ex varijs naturis aggregatũ quoddã. 15.b
mundum non à Deo, ſed ab Angelis creatũ eſſe, pugnat cum fide. 8.a.
munera à religioſis votorum profeſſione deuinctis accipiens, abſolui non poteſt, niſi prius actu reſtituat. 141.b.
mutatio circunſtantiarum peccati quatuor modis accidere poteſt. 51.a.
mutatio ſpeciei peccati accidens exminuẽte circunſtantia exprimenda eſt. 51.b.
mutilare quid ſit. 159.a.
mutilatio vt corpus ſanetur non eſt illicita. 75.b.
mutilatio ſine deformatione nõ eſt ſatis ad inducendam irregularitatem 159.a.
mutua pecunia cum pacto amicitiæ data. 97 a.
mutuatur ſi ui, fraude, aut precibus damnũ patiatur ob mutuum, poteſt damnum emergens petere, & exigere. 96 a.
mutuatarius propter moram tenetur damnum reficere mutuatori. 96.a.
mutuum vi, metu, fraude, ſuperioris præcepto coactus dans & lucrum amittens, poteſt exigere illud lucrũ ceſſans. 96.a.& b
myſteria quæ publicè Eccleſia celebrat neceſſariò ſunt credenda. 60.a.

N

NAtali Domini die miſſa noctu audiẽda. 105.b
Naufragantium bona accipiens, vt Dominis reddat, ſi mutato conſilio non innitte retineat, incidit in Bullam Cænæ. 148.b.
Naufragantium bona ad littus maris eiecta qui occupat excommunicatus eſt. 89. b. & 90 b.
Naufragantium bona quando habeantur pro derelictis. 90.b.
Naturalis cupiditas non poteſt eſſe inanis. 4.a.
Naturaliter nobis non accidit, quod diuinę bonitati, eiuſque erga nos amori aduerſatur. 4.a.
Neceſſitate in graui homo ſeipſum vendere poteſt, etiamſi repugnet vxor. 129 b.
Neceſſitate in pari conditio creditoris potior eſt. 89.a.
Nemo Pontificijs, aut Imperatorijs Legib⁹ obligatur, niſi poſt duos menſes a publicatione in prouincia, in qua degit, niſi leges aliud dicant. 127.a.
Nomine loci ſacri quid intelligatur. 165.a.
Non omnia quæ ſunt de fide, ſunt articuli fidei. 148.a.
Notabilis quantitas in filiorum, & vxorum furtis non eadem quæ in alijs, ſed maior eſſe debet. 92.b.
Notabiliter celebrare non licet ante auroram. 138 b.
Notarius in vſurarij contractus inſtrumento conficiendo veritatem nudam exprimens, peccat, at non tenetur reſtituere, ſecus ſi vſuræ labem iuſti contractus pallio tegat. 136.a.
Notarij vſuraria inſtrumenta conficientes lethaliter peccant. 99.a
Notorium dicitur quod coram multis teſtibus

ſtibus factum eſt.146.b.
Nouum teſtamentum probat animæ immortalitatem.3.a.
Nouitiorum vota probationem impedientia ſuſpendi poſſunt. 67.a.
Nudus vſufructuarius loci Dominus non exiſtimatur.193.a.
Nullus dolor purè naturalis attritionis gradum attingit,quod neceſſe eſt vt attritio ſit actus ſupernaturalis.46.a.
Nullus purus homo in hac vita Dei eſſentiam clare aſpexit.18 a.
Nullus ſenſus erit in damnatis ſine peculiari cruciatu. 22.a.
Numerus ſcelerum explicandus.52.b.

O

OBliquitas in primo parente fuit perſonalis,in poſteritate originalis.36.b.
Obliuio, & ignorantia duplex.57.b
Obſtetricum munus.111.a.
Ocha duas in homine agnoſcit animas intellectiuam,& ſenſitiuam.6.a.
Occidens non fit irregularis, ſi honeſta ſit deſenſio,& charitati conſentanea.158.a.
Occidens ob ſui corporis defenſionem cũ moderamine inculpatæ tutelæ non fit irregularis: fit tamen ſi in modo defenſionis excedat.158.b.
Occidentẽ pro neceſſaria bonorum temporalium defenſione irregularem fieri vult Nauarrus, alij contra. 158.b.
Occulto ſtupro corruptę non poſſunt velo conſecrationis inſigniri. 78.b.
Occulta diuino iudicio ſunt relinquenda. 135.a.
Odium Dei eſt maximum ſcelerum omnium.59.b.
Odium proximi ex genere ſuo lethale peccatum eſt 71.b.
Odij aut inimicitiæ ſigna oſtendere nefas eſt.72.b.
Odij variæ ſpecies.72.b.
Officium recitans priuatim,quacunque lingua recitare poteſt.139.b.
Oleum ſacrum 113.b.
Operatio qua homo beatur ab ipſo homine deſcendit.21 a.
Opinio confeſſarij ab opinione pœnitentis diſcrepat.166.a.
Oppignoratio ſecunda peracta ſolutione debet habere finem.95.a
Ordine ſacro initiatus immutabiliter Eccleſiaſtico ſtat ui addicitur.64 a.
Ordinis nulla illicita, adminiſtratio, quæ cenſuris non aduerſetur, irregularitatem inducit.160.a
Ordines in mendicantium numerum cooptati. 151.b.
Ordines omnes ſunt ſacramenta. 114.a.
Ordinarius cognoſcit de impedimento matrimonij 121.a.
Ordinarius diſpenſare poteſt, ſi cauſa in literis expreſſa a Cognatis ſe carnaliter cognoſcentibus expreſſa fuit iniuncta tamen pœniten tia pro inceſtu.125 a.
Origenis error Intellectiuas animas ab Angelis ſpecie non diſtingui. 1.a. & 6.a.
Origenis errorem confutat Angelicus Doctor. 1.a.
Originalis culpa quid ſit. 36 b.
Originale crimen in omnibus æquale eſt. 37.b.
Originale peccatum non eſt ſubſtantia,neque ſubſtantialis Diaboli imago.37.a.
Originale ſcelus quid propriè ſit in paruulis 36.b. & 37.a.
Originalis iuſtitiæ ſedem quidam ponunt in voluntate quidam in eſſentia animæ, quidam in appetitu ſenſitiuo.37.b.
Originalis peccati in hac vita pœna . 39.a.
Originalem noxam cum actuali confundit Lutherus.39.a.
Ornamenta gloriæ in Angelis non vocantur dotes. 19.a.
Oſculum quomodo accipiatur.79 b.
Oſcula inter ſponſos non ſunt peccata.80.a
Oſcula inter ſponſos ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit,ſunt illicita.80.a.

PAcitici de lucro ceſſante an ſit licitum, quando quis ſine vi,metu,fraude,præceptoque ſuperioris mutuat.96.b.
Pactum vt in retrouenditione maius pretium tribuatur, ſi res pluris valeat, & vt recuperari nequeat ante,vel poſt tempus ſtatutum,non videtur.129.a.
Parentes primi poſt peccatum cæperunt confundi, & nuditate cognita veſtibus ſunt vſi.40.a.
Parentibus ſpiritualibus debetur reuerentia.70.b.
Parochus antequam ſacerdotio initietur a cenſura minoris excommunicationis abſoluere poteſt.147. b.
Parochus aſſiſtens matrimonio in excommunicatione, irregularis non fit. 122.a.
Parochus excommunicatus, aut ſuſpenſus, dũmodo non per ſententiã officio priuatus ſit,matrimonio aſſiſtere poteſt.121.b.

Paro-

Digitized by Google

Parochus excommunicatus, aut ſuſpenſus, dummodo non per ſententiam officio priuatus ſit, matrimonio aſſiſtere poteſt. 121.b.
Parochus habet ordinariam Iuriſdictionē, ſacerdos delegatam.57.a.
Parochus non obligatur ad tradendum Euchariſtiam ſubdito peſte affecto cum periculo vitę.140.b.
Parochus ob graues in ſua parochiali Eccleſia inimicitias per annum de Epiſcopi ſui licentia ab eſſe poteſt.140.a.
Parochus obligatur ad Sacramēta ſubditis tradenda etiam extra tempus præcepti obligantis.140.b.
Parochus poteſt ſacerdoti approbato ab Ordinario iuriſdictionem delegare, vt ſuorum confeſſiones excipiat.49 b.
Parochus quando abſoluere poſſit pœnitētem alterius Diœceſis.162.a
Parochus quis ſit.121.a.
Parochus ſola prima tonſura initiatus ſuorum matrimonijs aſſiſtere poteſt, 121.a.
Parochus tenetur facere ſacrum, quando populus tenetur audire, niſi alium ſubſtituat.140.b.
Parochi ſponſores in Catechiſmo, & Baptiſmo.123.a.
Parochiani cogi non poſſunt ab Epiſcopis ſuis ad Miſſam concionemue in Parochia audiendam.105.b.
Paruuli cum originali noxa decedentes nullo externo vel interno dolore afficiuntur ſed æterna diuinæ eſſentiæ viſione priuātur.38.b.
Paruuli non baptizati a Beatorum ſocietate ſunt ſegregati, & diuinæ viſionis bono in omnem æternitatem carebunt.39 a.
Paſſionis definitio.25.a.
Paſſiones animæ motus perturbationes, affectus vocantur.25.a.
Paſſiones animæ ſunt inſtrumenta voluntatis, & arbitrij, virtutis vel vitij.25.a.
Paſſiones nomen habentes multæ, quæ nomen non habēt innumerabiles ſunt.25.a
Paſſiones poſſunt eſſe bonæ, & malæ, meritoriæ & demeritoriæ 25.b.
Paſſionum aliæ ſunt ſenſitiui concupiſcibili appetitus, aliæ iraſcibilis.25.a.
Paſſionum quatuor ſumma capita.25.b.
Paſtores in docendo negligentes damnantur.60.a.
Pater non tenetur alere filium, qui ſuis bonis ſe poteſt alere.92.a.
Pater poteſt quodam filiorum vota irritare, quod non de emancipatis, ſed ſub cura parentum viuentibus filijs intelligendum eſt.66.a.
Pater quando præcipit filio matrimonium quoddam inire, an filius teneatur obedire.72.
Patrinus in Confirmatione, ſi confirmatus non ſit, cognationem contrahit.117.a.
Patrinus requiritur in confirmatione.112.b
Pati damnum in pretio, & in vſu rei. 192 a.
Paullinus Diuus cum virtute ſeruus eſſe voluit, vt filium viduæ in libertatem aſſereret.129.b.
Paulus Tertius Pontif. Sum. ſpiritualia exercitia laudauit, & eorum vſum ſuaſit. 24.b.
Paulus V. Pontif. Max. ſtatuit, vt in omnibus ſtudijs virorum religioſorum Doctores habeantur, qui linguas Hebraicā Gręcam, Latinam & Arabicam docerēt. 136.b.
Pecunia ad redimendam vexationem vt motiuum, non tanquam pretiū dari poteſt 130.a.
Pecuniam mutuam poſſum petere, licet ſciam mutuantē vſuras periurum. 73.a.
Peccatum quid ſit.32.b.
Peccatum accipitur duobus modis.36.a.
Peccatum an ſit agere contra errantem conſcientiam?52.b.
Peccatum an ſit mortale, vel veniale, quomodo cognoſcendum.42.a
Peccatum contra naturam eſt Cauſa diuortij.115.a.& 78.a.
Peccatum cordis, oris, & operis.41.b.
Peccatum mortale an veniale, & viciſſim veniale peccatum an mortale effici, ac fieri poſſit?33 b.
Peccatum mortale, & veniale an differant ſpecie? 42.a.
Peccatum mortale gratiam caritatemque, alias etiam virtutes per caritatem formatas expellit.29.a.
Peccatum non deleuiſſet rationalem animam, nugatus eſt Origines. 14.b
Peccatum non eſt niſi voluntarium. 12.b.
Peccatum omiſſionis, & cōmiſſionis. 41.b.
Peccatum omne an ſit lethale?42.a.
Peccatum omne meretur pœnam æternam.33.a.
Peccatum originis quid ſit?36.a,
Peccatum originis in priuatione Iuſtitiæ

Digitized by Google

formaliter in concupiſcentia materialiter eſt collocatum. 36.a.
Peccatum originis qua ratione traducatur in Adæ poſteritatem obſcuriſſimũ. 36.b.
Peccatum poteſt eſſe mortale, aut veniale ex defectu iudicij 62.b.
Peccatum Simoniacæ rei acquiſitionem ex rei natura impedit. 130.a.
Peccatum veniale cum mortali coniunctũ in alia vita non remittitur. 45.a.
Peccatum vnum tantum committitur, cũ duo præcepta ad vnam tantum virtutem ſpectantia violantur. 59.a.
Peccati definitiones. 42.a.
Peccati Originalis nomine quid intelligãt Theologi. 35.a.
Peccata aduocatorum. 134.b.
Peccata ęqualia eſſe exiſtimarũt ſtoici. 41.b
Peccata baptiſmo teguntur, ſed non tolluntur. 34.b.
Peccata Clericorũ quo ad beneficia. 140.a.
Peccata contra religionem 60.a.
Peccata diuerſorum ſtatuum. 134.a.
Peccata in Spiritum Sãctum irremiſſibilia vocantur, licet abſolute ſint remiſſibilia. 34.b.
Peccata lethalia omnia, & ſingula ſecundũ ſpeciem, & numerũ memoria repetenda ſunt. 45.a.
Peccata Medicorum. 136.b.
Peccata minora fiunt ſi ira aut cupiditas voluntatem præcedat, quia ſunt minus voluntaria. 42.a.
Peccata mortalia omnia, etiam occultiſſima, quorum homo conſcientiam habet, in confeſſione ſunt recenſenda. 34.a.
Peccata Notariorum. 136.a.
Peccata omnia mortalia, etiam occultiſſima explicanda in confeſſione & circumſtantia ſpeciem mutantes. 41.b.
Peccata quæ vi matrimonio admitti poſſunt. 124.a.
Peccata quæ interruptione committuntur numero diſtinguuntur. 53.b.
Peccata quædam leuia ſunt, illiſque non amittitur diuina gratia. 33.a. & b.
Peccata quomodo differant ſpecie. 41.b.
Peccata rei & accuſati. 135.a.
Peccata remittere ſoli⁹ Dei munus eſt. 26.b
Peccata ſunt imparia docet fides Catholica. 41.b.
Peccata venialia an in purgatorio remittantur. 45 b.
Peccatorum differentia. 41.a.
Peccatorũ m eſſentiales & accidentales differentiæ. 41.a.
Peccatorum ſingulorum an ſpecialis contritio requiratur. 44.b. & a.
Peccans mortifere quo ad effectum Deum recuſat pro Deo. 58.b.
Peccans per ignorantiam quomodo a legis pœna ſit liber. 42.a.
Peccat mortifere qui loquendo, & cauendo, de rebus impuris delectatur. 80.a.
Pelagij hæreſis, quod homo ſine ſupernaturali gratia id omne efficere poteſt, quod ſatis eſt ad æterna pręmia aſſequẽda. 31.b.
Pelagianorum error, quod homo ſit præditus libero arbitrio ſ. d ſufficienti, naturæ viribus ad ſupernaturales & actiones ad ſalutem neceſſarias eliciendas. 13.a.
Percuſſor Clerici notorius notorietate facti, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit, excommunicatus eſt. 146.b.
Percuſſio conſideranda ex perſonæ dignitate. 146.b.
Percuſſio non eſt enormis ſi ex leui inciſione magna ſanguinis copia manaret. 151.a
Percutiens Clericum ſi inuincibiliter ignoret, Eccleſiæ lege cautum eſſe, ne quis Clericum cædat, excommnnicatione nõ ligatur. 144.b.
Peregrinus manens maiore anni parte alicubi tenetur ad ieiunia illius loci. 106.b.
Periculum corporis & labor pretio æſtimari poteſt. 86.b.
Periculum vitæ, famæue amittendæ an excuſet à reſtitutione? 89.a.
Periculo iuſta de cauſa ſe quis poteſt exponere. 75.b.
Perſonales inter creditores nullo prælationis priuilegio munitos præferendus eſt, qui prius debitum ſibi ſolui petet. 87.b.
Pertinax in hæreſi eſt denunciandus. 135.a.
Peruenire valeo ad cognitionem Dei per cognitionem mei. 115.b.
Phantaſia eſt potentia imaginatiua, vel cogitatiua, vel æſtimatiua. 11.a.
Philippus 3. Hiſpaniarum Rex Ferrariæ coram Summo Pontifice Clemente VII. cũ virgine Auſtriaca matrimonium per procuratorem contraxit. 124.a.
Philoſophi de animæ immortalitate dubitãtes, an dies ſit in meridie addubitãt. 4.a.
Philoſophorum ſententiæ variæ de ſede animæ. 10.b.
Philtris amatorijs non ineſt vis naturalis ad alliciendos certos homines ad amorem, vel

Digitized by Google

vel odium, 60.b.
Pœna ante ſententiam ſoluenda, ſi lex vta tur verbis id ſignificantibus, 128.a.
Pœna legis in conſcientia ante ſententiam iudicis non eſt ſoluenda. 127.b.
Pęna nõ eſt afficiẽdꝰ qui culpa vacat. 146.a.
Pęna procurantium abortũ fętus animati, vel inanimati, formati, vel informis. 76.a.
Pęna ſpargentium famoſos libellos. 101.a.
Pęnę male promouentium, & male promotorum. 114 b.
Pęnis a Deo inflictis homo per Chriſti merita quo ad pęnam ſatisfacere poteſt temporalem. 48.a.
Pęnis confeſſionem prætermittentes afficientibus non tenentur pueri ante pubertatem. 108.a.
Pęnitens peccandi conſuetudinem, & tempus quo in ea vixit, nec non frequentiæ modum per dies, hebdomadaſque, quantum fieri poteſt, exprimat, deficiente certo, vel incerto peccatorum numero. 52.b & 53 a.
Pęnitens quando eſt bene diſpoſitus, 58.a.
Pœnitens quando non tenetur crimen explicare. 57.b.
Pœnitens ſalutarem aliquam ſatisfactionem a confeſſario iniunctam debet acceptare. 142.a.
Pænitens tenetur declarare complicem ſceleris vt integra fiat confeſſio. 54.a.
Pœnitentia quid ſignificet 43.a.
Pœnitentia à pęnitente recuſari poteſt, ſi in purgatorijs flammis ſatisfacere velit. 169.a.
Pœnitentia eſt liberi arbitrij libera actio. 44.a.
Pęnitentia non eſt reſipiſcentia, aut noua vita. 42.b.
Pęnitentiæ materia remota, & proxima quæ ſit. 43.a.
Pęnitentiæ partes quæ ſint? 46.b.
Pęnitentiæ actus præcipui quatuor. 44.a.
Pęnitentiæ Sacramentum in articulo mortis ab excommunicato etiam denunciato, vel publico clerici percuſſore ſuſcipere quis poteſt, ſi alius idoneus miniſter non adſit. 110.b. & 111.a.
Pęnitentiæ Sacramentum poſt Chriſti reſurrectionẽ pręcipue fuit inſtitutũ. 113.a
Pœnitentiæ ſacramentũ qñ inſtitutũ. 46.b.
Pęnitẽtiæ virtus diuinitus infunditur. 28.b.
Pollutio contingens quãdo peccatum nullum, vel veniale, vel mortale efficiat. 78.a. & 79.a.
Pollutio nocturna, quæ ſine vlla animi labe accidit in ſomno, non impedit ali quem, ne rem ſacram facere poſſit, idq; exemplo D. Petri Cęleſtini confirmatur. 83 a.
Pollutio, vt accidat an cupere licitũ ſit. 79 a.
Pollutionem procurare, vel ad eam obtendam auxilium præbere, vel aliquid efficere, vt illa contingat, ſemper nefas eſt. 79 a.
Pontifex an diſpenſare poſſit, vt ſub vna ſpecie tantum corporis, & ſanguinis Domini ſacrificium perficiatur. 158.a.
Põtifex Summus, quem Cardinales in Pontificẽ elegerunt, a Chriſto creatur. 153.a.
Pontifices facultatem diſpenſandi in irregularitatibus tribuentes, peculiaribus verbis genericis additis illã exprimũt. 143.b.
Pontificia priuilegia quibuſdã regularibus conceſſa, quæ facultatem in ſpecie concedunt abſoluẽdi à caſib. Bullæ Cęnæ derogatoria clauſula reuocata nõ eſſe. 150.a.
Poſſeſſor bonæ fidei fructus pceptos quomodo teneatur reſtituere. 84.a.
Poſt completorium præſentis diei, matutinę ſequentis horæ ex cauſa recitari poſſunt. 139.b.
Potẽtia quænã ſit inter iraſcibilẽ, & concupiſcibilẽ animi motũ præſtantior. 11.b.
Potentiæ animæ ſunt accidentia re ipſa ab anima diſtincta. 112 a.
Potentiæ fluunt ab eſſentia animæ per ſimplicem emanationem nõ per actionem aliquam proprie dictam. 12 a.
Poteſtas abſoluendi in articulo mortis eſt vel de iure diuino, vel de perpetua Eccleſiæ traditione. 149.b.
Poteſtas ad diſpenſandum & cõmutãdum vota immediatè reſidet in ſummo Põtifice, & in ſupremo pfectionis gradu. 68.a.
Poteſtas neceſſaria ad imponenda vectigalia. 91.b.
Poteſtas ordinis eſt diſtincta a poteſtate iuriſdictionis, & hanc ex vi ordinationis ſacerdos non aſſequitur. 49.b.
Poteſtas remittẽdi peccata intelligitur per Spiritum Sanctum. 26.a.
Praxis audiendarum confeſſionum. 166.b.
Preces importunæ coniunctæ non reuerẽtiali metu, afferunt metum cadentem in virum conſtantem. 118.b.
Pretium ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis poteſt augeri. 97.b.

Pręti

Pretij magni in re maior diligentia, longiorisque temporis adhibenda, vt eius Dominus inueniatur. 89.b.
Prima gratia non cadit in meritum, cum ſit meriti radix. 32.a.
Princeps ſine iuſta cauſa in ſuis legibus diſpenſans peccat. 42.b.
Princeps Tyrannice gubernans deponi, & hoſtis declarari poteſt. 73.b.
Princeps verus Tyrannice regens a priuato licite occidi non poteſt. 74.a.
Principium meriti præcipuum non eſt fides 32.a.
Principium ſufficiens actus vitæ æternæ meritorij eſſe poteſt nulla creata natura ſine ſupernaturali dono, q̃ dicitur gratia. 31.b
Priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ. 156.b.
Probatio per pondera, & lancem. 61.b.
Procurator alieno nomine filium ex ſacro, fonte ſuſcipiens, non ſibi, ſed mandanti cognationem contrahit. 117.a.
Procurator alieno nomine matrimonium contrahens, non ſibi ſed alteri gratiam quærit. 124.a.
Procuratorem mittens ſi reuocat mandatũ, & procurator neſciens iurat, nõ obligat in foro cõſciẽtiæ principalis. 63.b.
Procuratore abortum pro conſeruanda matris vita num liceat. 75.a.
Productum atque genitum ab agente naturali eſt corporeum 7.b.
Præceptũ de cõmunicãdo ĩ Paſchate. 109.a
Præceptum de fide remunerationis. 59. b.
Præceptum de honorandis parentibus quare in confinio duarum tabularum collocatum fuit. 70.b.
Præcepta charitatis. 59 b.
Præcepta de Deo, & proximo diligendo anteceděter ad Decalogũ ſpectant. 59 a.
Præcipuus formalis originalis iuſtitiæ effectus. 36.b.
Prędicare an ſit actus ſacri ordinis? 155.a.
Prælatus, & Princeps ex charitate, & iuſtitia ad populum non deſerendum ſeu ſe in te peſte obligatur. 140.b.
Prælati regulares in nonnullis ſubditorum votis diſpenſare poſſunt 65.b.
Prælati religioſorum quo iure ſubditorum vota irritent 66.b.
Prȩſcribi quęnam res non poſſint. 89.a.
Præſcriptionis requiſita, & cõditiones. 89.a
Prȩſcriptione legitima acquiſita non ſunt reſtituendi 89.a.
Profeſſio eſt contractus mutuus, & ſpirituale quoddam matrimonium, quod ab vna tãtũ parte celebrari non poteſt. 67.a
Profeſſio in religione fit tacite, aut expreſſe. 62.a.
Profeſſio trium votorum in approbata religione ante decimum ſextum annum expletum emiſſa, nulla eſt. 67.a.
Profeſſores cuiuſcunque artis, aut facultatis emittere debẽt fidei profeſſionẽ. 61.b
Promethens cęleſtem ignem furto abſtulit a Dijs, & in effectũ corpus immiſit. 11.a.
Promiſſio interna nos Deo obligat, non homini. 100.b.
Promiſſionis ſunt quinque requiſita. 64 a.
promiſſorij iuramenti obligatio minor eſt obligatione voti 64.
promiſſorium iuramentum, cui veritas faciendi quod promittitur deeſt, ſem per lethale eſt in omni materia. 62.a.
propoſitum ſimplici voto æquipollet, cum quis religionem ingreditur cum propoſito perſeuerandi, Deoque perpetuo ſeruiendi. 64.a.
propoſitũ ſine promiſſione nõ ſufficit. 64.a.
proprius parochus quis ſit. 121.b.
prouocatus ad pugnandum ſi occidat etiã modo non ſeruato, non tenetur 77.a.
publice orari non poteſt pro excommunicato. 147.a.
publicum crimen in vno loco, an in alio, vbi neſcitur licite poſſit narrari. 102.b.
puellam promiſſi matrimonij ſpe fallens ducere tenetur, etiamſi ficto animo pollicitus eſſet. 80.b.
puer, antequam perfecte naſceretur, in pede, manue e matris vtero emiſſa baptizatus, an poſt natiuitatẽ ſit rebaptizãdus. 111.b
puer rationis vſu præditus putatur, cum eũ malefactorum pudet. 107.b.
pueri ĩ limbi amoeno loco naturali beatitudine potiuntur 24.a.
pueri in limbo ſola damni pęna cruciabuntur nonnullo interno dolore ob carentiã diuinę viſionis accedente. 24.a
pueri ob blaſphemias à Diabolo rapti. 69.a
pueri natantes de tectis virilibus peccant. 72.b. & 126.a.
pueri quibus Eccleſię legibus teneantur, cum rationis vſu pollere incipiũt. 108.a.
Si nihil eſt, poſt hanc vitã, ne Deus quidem eſt: ſin Deus eſt, iuſtus eſt: quod ſi iuſtus ſit, pro dignitate retribuet vnicuique. Sic arguit. D.Ioan.Chryſ.hom.4.de prouidentia, ex Dei iuſtitia. Deus non poteſt, non eſſe iuſtus; at non eſſet iuſtus, ſi animus mortalis eſſet: nam bonos præmijs, improbos ſupplicijs non afficeret: Quandoquidem in hac vita boni ſæpè calamitatibus diuexantur; improbi bonis fruuntur. Hoc argumento vſus eſt, aliquando, Imperator Fridericus, cũ audiſſet virum ex primoribus In Auſtria nonageſimum tertium annum agentem ex hac vita migraſſe, cum, inter delicias, & voluptates, nullam moleſtiã, calamitatẽve, tota lõgioris vitæ periodo expertus fuiſſet.

Æneas Syluius. Lud.Gra. Conc.3. dominica in Albis.

Et hæc ſatis de hac re, ad hunc Nauarri locum. Integra extant de animorũ immortalitate volumina M.Antonij Natæ, Iauelli, Petri Martini, Bartholomæi Spinæ, Nicolai Fabentini, & aliorum Eruditum, egregium, miris ingenij, & eloquentiæ ornamentis perpolitam volumen. De intellectu, conſcriptum iam; ſed nõdum, quod ſciam, typis mandatum à Stephano de Bubalis tantæ ſobolis parente, ingenio pietate, religione, prudentia, eloquentia, ingenuarum artium cognitione, & generis nobilitate clariſſimo viro, auidiſſimè expectant viri docti. Hic te vnum, ſanctiſſimi Sacramenti pœnitentię miniſter, monitum volo. vt, ſi aliquando confeſſionem alicuius, qui Ariſtotelem auditoribus explicet, audieris; des operam ſedulo; vt is ſummum Peripateticum pro immortalitate interpretetur: (vt grauiſſimi viri fuerunt) vix enim credas, quantum teneris animis Alexandri interpretatio nocere poſſit: audiui ego à viris religione, doctrinaq. illuſtribus. nonnullos, extra Italiam, qui præceptores Ariſtotelem pro mortalitate interpretantes attentis auribus, audiuerãt, in atheiſmum prolapſos, V.Vaſquez to.1. in 1. partem D.Th. diſt.20. vbi, ex Lindano refert, quod, cum Caluiniſtæ quærerent inter ſe, qua ratione Romanus Pontificatus, Purgatorium, aliaq. dogmata aboleri poſſent; ex ijs vnus, eximius errorum magiſter hæc dixit. *Aſſeramus animam vnà cum corpore interire, ſic Purgatorium cum miſſa, & Romano Pontifice ſemel abolebimus.* Conſidera præterea, quod à Leone X. in Lat.Concil.ſeſſ. 8. ſancitum his verbis eſt. *Inſuper omnibus, & ſingulis Philoſophis in Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentibus diſtrictè præcipiendo mandamus, vt cum Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare, noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanauerint; quale hoc eſt de anima mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, & alia huiuſmodi, teneantur eiſdem religionis Chriſtianæ veritatem omni conatu manifeſtum facere, & perſuadendo pro poſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi Philoſophorum argumenta; cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſoluere.* Hactenus ille. De anima, eaque mortali egregia quædam offendes apud Ioan.Fontanam Ferrar. Epiſcopum par. 6. moni-

Alb.1.Th. Pẽdaſius Piccolomineus. Fort.Licetus lib. de ortu animæ.

Digitized by Google

monitorum pro animarum ſalute exercetionis rerum vniuerſitatis cõſideratione. Reliquum eſt: vt nonnullos alios errores recenſeam. Alij errores de anima occurrit pertentum Auerrois de vnitate intellectus. Nonnulli peripateticæ ſcolæ Philoſophi præceptorem explicantes Themiſtius, Theophraſtus, & alij quidam (non omnes tamen eodem modo loquẽtes) ſed Auerroes in primis, Arabiæ, in hac re mõſtrum. Vnicum eſſe intellectum, re, à ſingulis hominibus ſeiunctum, ſed omnibus aſſiſtentem, vt Solis lumen corporeis rebus, cenſuerunt. Impium, hæreticumque mendacium Manichæi aliqnando amplexi ſunt. Scotus Auerroem peſſimũ in hac re Ariſtotelis interpretem, hac de cauſa, humana communione indignum putauit. Refellunt immane, abſurdiſſimũ, figmentum D Th 1.p.q.76. art.2. opuſc.16. & 2. contra Gent.ca.73. Albertus de vnitate intellectus, Scot.lo.cit.& alij. ex recentioribus Colleg.Conimb.in lib.2. de anima, c.1.q.7.ar.2.3.Bãnes in 1.p.q.76.ar.2.Val. to.1.diſt.6.q.p.2.

4.diſt.43. q.2.

Patrum ſententias, rationeſque prætermitto vnico Leonis X. in Conc. Lateran. ſeſſ.8.teſtimonio contentus. *Hoc* (ait ille diuinitus edoctus) *ſacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes, animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnitam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cum illa non ſolum uerè per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in Canone ſel.rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri in generali Viennẽ. Concilio edito, continetur, uerum, & immortalis, & pro corporum, quibus infunditur, multitudine ſingulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda ſit.*

Vidimus modo ex Conc.Lat. immortalem animam pro corporum, quibus infunditur, multitudine ſingulariter multiplicabilem, multiplicatam, & multiplicandam eſſe. ſi quæras, an certam ſit in fide, tot eſſe hominum animas intellectiuas, quot corpora, paucis rem perſtringo, & affirmo; vnumquodq. humanũ corpus diſtincta, propriaq. anima præditum eſſe; diſtinctaſq. animas, poſt corporum mortẽ, perpetuo viuere, ad ſua corpora perpetuo victuram redituras. V.Val.par.2.lo.cit.Bannes in 1.par.q.76.ar.2.Probatur ex Conc. Later ſub Leone X. cuius verba paulo ante retulimus. ex Synodo 6.Conſtant.act. 10.& 11. V. Bannes, & ſacrarum litterarum teſtimonia apud Val.vbi euidentibus à natura deſumptis rationibus idem confirmat. Tempore Auguſtini, nondum erat quæſtio hæc definita; quamobrem is aliquando non eſt auſus rem definire: Epiſtola tamen 28.ad Hierony. hanc catholicam doctrinam ſecutus eſt. Achillinus de intellig. Quodlib. 3. dub.2.4. & quidam alij contra Concilij Later.decretum errauit, cum dixit, ſecundum fidem multiplicari animas, ad numerum corporum; at ſecundum Philoſophiam, naturalemque rationem, vnam eſſe omniũ animam informantẽ, non autem aſſiſtentem, vt dixit Auerr. nam Concil.ſtatuit, animas, natura ſua, eſſe immortales, & multiplicari ꝑ numero corporum. V.Bannes, & Val.lo.cit.

V.D.Tho. 1.p.q.76. ar.2.

Errores varii de anima.

Manichæi (teſte Aug.lib.2.c.12.de duabus animabus, lib.de hæreſ. c.46. & alibi) duas eſſe in homine animas, dicebant: alteram à Deo, ad bonum; alteram à carne ad malum excitantem. Sententia hęc hæreſim continet; vna enim tantum anima vnum corpus informat. Eſt definitio Synodi 8.Gen.act.10.can.11.

Tertullianiſtę peccatorum animas, poſt mortalem vitam, in dæmones mutari, dixerunt. hic quoque hæreticus Error. Iſid. lib 8. Ethimol. c.5. c.Quidam autem hæretici, 24.q.3. (Quamuis D.Aug.hær.86. non videatur hæreticum putare ob id Tertullianum.) Impiam, hæreticam, & perniciosam opinionem refellit Conrad.Brunus lib.de Imaginib.cap.15.

De Platonis errore D.Auguſ. li.9.c.11. de Ciuit.

Animam, poſt mortẽ corporis, in aliud corpus migrare, fuit hæreſis Simonis Magi, teſte Irenæo lib.1.c.20. & Tertulliano lib.de anima c 16. Albanenſium, & Albigenſium, (Do.Ath.lib.6.de beat.filij Dei.) Manichæorum (D. Auguſtini teſtimonio hæreſi 46) ex Pythagoricis Platoniciſq. Philoſophis, nonnulli Empedocles, etiam Appolonius Tyaneus, alijq; (licet non omnes idem penitus ſentiunt) animarum in alia corpora, & quidam in belluina migrationem aſſeruerunt; ſed inter Poetam figmenta impia opinio reiecta eſt. Et, forte, inſignes Philoſophi non ſunt arbitrati, humanas animas, re vera, in pecudum corpora migrare. Sed perditos homines deprauatis moribus in belluarum affectus mutari, his inuolucris, adumbrarunt.

Sic

Digitized by Google

Sic ſenſiſſe,dices Aug.lib.7.de Gen. ad lit. c. 10. Phariſæos Pytagoræorũ hæreſis fuiſſe infectos,quidam aiumt:negat Car.Tol. annot.59. in c.1.Io. V. Maldonatum in ca. 14.Matth.

Contra falſam,impiamq; de animarum tranſmigratione fabellam Val.l.c. Colleg. Conimb. in libr.2. de anima ca.1.q.7.ar.1.

Quidam Philoſophi humanas animas, non ſolum in belluarum ſed harum in hominum tranſire. Corpora, mentiti ſunt Hæc quoquæ hæreſis. Sola intelligens anima humani corporis forma eſt.V. Concilia Vienenſe, & Lateranenſe, ſub Leone X. citata. V.S. Th.1.p.qu.76.art.1. Bannes & alios interpretes. Bannes quidem cenſet erroneum,affirmare brutorum animas eſſe incorruptibiles. Eſt autem ex fide certũ, belluarum animas ab humanis animis differre. Intelligentes ſunt animæ humanæ; non intelligentes belluarum, Patet ex ſacris litteris. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, in quibus non eſt intellectus.* Pſal.31.ſic etiam Greg. de Val. loc. cit. qu.1. p.2.

V.Coll.Conim. de ortu, & inter.li.2.c.11.q.ar.1. In.1.p q.75.art.6. V.D.Th. 2. cont. Gent.cap. 82.

Quidam hæretici dicebant, animam ſecundum ſubſtantiam, eſſe ſanguinem, ob locum Deuteron. ſtulte ab ijs explicatum. *Sanguis enim pro anima eſt*: at Aug. teſte, vel agitur de pecoris anima vel continens pro cõcento ponitur. Vt, quoniam anima ſanguine tenetur in corpore (nam ſi fuerit fuſus, abſcedit) per ipſum aptius ſignificata ſit, & eius nomen ſanguis acceperit. Sic Aug.q.57.in Leuiticum. De fide eſſe agnoſcimꝰ, animas eſſe immateriales Vide Io. Gropæ lib.1.c 56.de Euchariſtia.

C.12.

Animas ab Angelis ſpecie non differre, vt quidam cenſuit,hæreſis eſt. Sic Greg.de Val.d.6.qu.1.p.2.t.1. Angelus eſt ſubſtantia completa;incompleta anima: hæc inferior,ille ſuperior natura. Animam ſeparatam nõ intelligere eſt error in fide. Sap. 5. Luc. 16 De hac re D. Th.q.89.ar.1.Cai. Bannes ibidem, Val.q.1.4.loc.ci.

De hac re ſupra

4 *Tres animas* Ocham referente Gab. in 2. d.16.q.uni.art 1. duas in homine agnoſcit animas intellectiuam, & ſenſitiuam: idem quidam alij. At hanc ſententiam (non hæreticam, aut clare erroneam) temerariam Bannes appellat; Val.vel erroneam,uel valde temerariam. Sententiam ſtatuentem, vnicam eſſe in hominem animam intellectiuam; quæ virtute ſit ſentiens, & vegetatrix, ſequuntur Theologi conſenſu vnanimi in 2.d.16. Allenſis.2.p. q.62.memb.2.cõgruitq; illa cum ſacris litteris, Concilijs Patrib. naturaliſq; Philoſophiæ decretis: vt optimè oſtendunt Bannes, & Valen.l.c. Intellectiua anima eminenter, & formaliter ſenſitiuam, & vegetatiuam cõplectitur, in genere formalis cauſæ,in ordinem ad materiam, quam informat; non in genere efficientis ſenſitiua vegetatiuam & quamuis realiter non diſtinguantur, diſtinguuntur tamen formaliter: vt Bannes loc.ci. docuit.

Dixi creata a Deo. Grauis de origine animæ quæſtio non ſolum tempore Auguſtini, ſed etiam Gregorij magni adhuc erat indeciſa, de qua re Cardinal. Baron. in Annal.Eccleſ.D.Aug.& D.Gre.Theol. rem definire non ſunt auſi, Hieronymi ſententia fuit; eas recens creari a Deo, infundiq; corporibus;& in eam propenſior Eccleſia fuit. Multæ de hac re ſententiæ extant.Auguſtino; qui Oſorium miſit ad Hieronymum;vt quid hic ſentiret,agnoſceret, quatuor ſententias recenſet;at non probat: & latere,animæ originem cenſuit; nec certum protulit. Collige ex lib.10 de Gen.& ex quatuor,de origine animæ libr.

V. Bann. 1.p.q.90. ar.2.anno Chr.415. Ad Marcellinum.

Lib.3.ca. 21.22.de arb.

Errores de Origine animæ.

PRimus Origines li. 1.c.7. de principijs, alibiq; Priſcilianus Epiſ.Abulæ hominum animas ex nihilo cõditas à Deo, vna cum Angelis;ſed ſpiritaliũ bonorũ,quę in Cælo poſſidebant, faſtido captas, res terrenas diligere cæpiſſe: & hac de cauſa in mortalia corpora,tanquam in tetros carceres, ſupplicij gratia, detrudi à Deo falsò arbitratus eſt, Idē Plato finxit in Timæo.

Hunc grauiſſimum errorem in fide, Conc.Bracarenſe.1.c. 6. S.Leo.1. epiſtola ad Turbium c. 10.ſexta ſynodus, Conſtantinopolitana act. 2. in epiſtola ſophroſnij damnarunt;ſanctiq; Patres Ephanius Hieronymus, Teophilus, Alex.Auguſt. Cirillus,Alex præcipue lib.1.in Io.c.9 & alij, vnanimi conſenſu, improbarunt. Card. Bellar.lib.4.de amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati,hunc, alioſque de origine animę errores. Scite, grauiterque refellit; & aduerſariorum,argumenta infingit. Vide ĕt,ſi libet,Bannes in.1. p. q.65.ar.2. Colleg Conimb.in li. 2. de anima c.1.q.3. Pererium in Geneſ. lib.4.qu.1.de creat.an.inæ Adami,

mi,

Digitized by Google

mi, Cumel in 1. p. qu. 90. art. 4. Origenis error aduerſatur, non ſolum fidei, ſed etiã naturali rationi; nam anima eſt forma corporis, & ideo ſua natura dicit ordinem ad corpus, ita Bannes concl. 2. loco citato.

Secundus. Nonnulli Hebræorum Rabbini animas cum Angelis ſimul creatas à Deo fuiſſe, non tamen in Cælo peccaſſe neque ad ſupplicium in corpora mitti, existimarunt.

Hunc quoque errorem, ſtultam perſuaſionem à D. Hieronymo vocatum, D. Leo loco citato his verbis damnat. *Catholica fidei conſtanter prædicat atque veraciter, quod anima hominum, priuſquam ſuis inſpirarentur corporibus non fuere.* Bannes in 1. p. S. Th. q. 90. art. 4. errorem, docentem, animas ante corpora creari, non ſolum temerarium, ſed etiam in fide erroneum appellat. probat. Anima, ſecundum fidem, eſt forma corporis, at forma per euidentem naturalis Philoſophiæ rationem non eſt, antequam materia diſpoſita ſit. quo argumento vtitur etiam Cumel. loco citato.

V. S. Th. 1. p. qu. 9. ar. 4.

Clem. V. in conc. Vien. Cl. uni. de Sũma Trin.

Tertius. Tertullianus, & Apollinaris (teſte D. Hier. ad Marcellinũ, & Anaps.) Luciferiani, alijq; quam plurimi occidentales animas ex parentibus, vt corpora cum ſemine traduci, mentiti ſunt.

Hæreſis vocatur, hic error à D. Th. 1. p. q. 118. a. 2. Leo 1. epiſtola ad Turbium c. 10. fidem catholicam docere; ait, animas à ſolo opifice Deo incorporari. D. Thomæ argumenta vim habent inſignem.

loc. cit.

Hac diſtinctione vtendum, aliquis cẽſebit. Dicere animam rationis participem per generationem ex materia ita produci, vt in eſſe, & conſeruari ab ipſa materia pendeat hæreſis eſt.

Statuit enim, animam eſſe mortalem; quod fidei repugnat, at dicere, animam quidem immortalem eſſe, nec pendere a materia, ſed tamẽ eſſe per generationem; mendacium eſt (certiſſimam enim eſt, animas à Deo ex nihilo creari) contra communem Patrum, & ſcolaſticorum ſententiam; at non videtur hæreticum, conſule Bannes in 1. p. qu. 90. art. 2. D. Aug. epiſtola 28. ad Hier. Eucherius lib. 2. in Geneſ. c. 2. hanc ſententiam hæreticam eſſe non putarunt. Ioannes Azorius præſtanti vir ingenio, & eruditione, t. 1. lib. 4. capit. 30. Inſtit. mor. dogma eſſe communi Theologorum calculo probatũ, nouas animas quotidie à Deo in corporibus creari, tradidit; & Greg. de Val. tom. 1. in 1. p. S. Th. d. 6. qu. 8. p. 2. ſententiam agentem, animas nõ à parentibus gigni, ſed à ſolo Deo creari, ita de fide eſſe affirmat, ut contrariam, vel hæreticam, vel certe erroneam, valde quæ temerariam arbitretur: cum communi Theologorum omnium conſenſui repugnet.

Bellar. Card. loco citato hanc ſententiam a ſcholaſticis omnibus vt exploratum errorem reffelli, ait; & S. Augſt. etiam ſi animarum originem incertam putet; earum tamen propaginem (epiſtola 157. adoptatum) inconſiderata temeritate defendi. D. Clemens, lib. 8. Conſtit. Apoſt. ca. 16. ex ſanctorum Apoſtolorum mente, animas à Deo ex nihilo creari, ſcriptum reliquit. Nõnulli etiam ex priſcis Philoſophis, naturæ lumine ducti animas ratione præditas à Deo creari, opinati ſunt vt videre licet apud Eugubinum lib. 9. de perenni phil. cap. 12. & 30. Quinam ex Patribus in hac ſententia fuerint, diſces ex Bellar. Bannes, Valentia, & Colleg. Conimbr. loco citato.

Rationibus plurimis hæc Theologia veritas confirmari poteſt: nonnullas apud relatos auctores offendes; ſi vnica ex D. Th. petita non eris contentus. Quod naturali agens producit corporeum eſt: at anima eſt incorporea (id docet fides) ergo non gignitur à naturali agente per generationem, maior eſt meridiana luce clarior: nam quicquid a naturali agente gignitur ex materia producitur: omnes autem tale corporeum eſt. Pro vera ſententia V. c. Moyſes 32. qu. 2. & quæ Bellar. Bannes loco citato. Pereriuſque in c. 2. Geneſ qu. 2. de creatione animæ rationalis.

Seleucus, & Hermias animas ex igne, & ſpiritu (ut in Catalogo Hæreticorum Philaſter affirmat) ab Angelis creari putauit; quem errorem quis exploratam hæreſim non vocabit, cum creare ſolius Dei munus ſit? *Qui autem creauit omnia Deus eſt. Heb. 3. Tu creaſti omnia* Apoc. 4. Creare eſſe proprium ſolius Dei opus, definiunt Concilia Nicænum, & Lateranenſe ſub Innoc. 3. vt habetur c. Firmiter de ſum Trin. & fid. Cath.

Ab Angelis creari. Plotinus quoque, & Proclus Philoſophi idem ferè. Menandri

hære-

hæretici a Menandro Simonis Magi diſcipulo ſic appellati mundum non a Deo; ſed ab Angelis creatū putauerunt. c. Quidam autem 24.qu.3. Seleucus quoque, & Hermias ab Angelis animas ex igne,& ſpiritu produci putauerunt. Hæretica eſt opinio; vt uidimus.

Ex nihilo. Deus verus animarum, & rerum omnium creator:at res,quæ creantur ex nihilo fiunt. Deum eſſe creatorem, eſt dogma fidei. V.c. Firmiter de ſum. Trin.fid.Cath. S. Th cum Bannes 1. p. q. 90.art.2. qu. 5. art. 5. Bannes profectò ad arti.2. qu.90.certiſſimū eſſe, ait, animam non per generationem produci; ſed à Deo ex nihilo creari: exiſtimatque eam quæſtionem grauiſſimam, An ex fide
li.2.d.18. ſit exploratū, animam ex nihilo creari a Deo.Magiſter ſent.ſcribit, doceri ab Eccleſia animas in corporibus formatis infundi,& infundendo creari. Solum Deum animarum creatorem eſſe, adeo certus putat
in 1.p.d. 43.8.p.2. Val.vt contrariā ſententiam vel hæreticā, vel certā erroneam, & ualde temerariam uocet; non tamen apertam hæreſin, ob Auguſtinum.

Ex natura Dei creatas. Deus eſt increatus; ſi animæ eſſent particulæ Diuinæ eſſentiæ,vt ſomniarunt Gnoſtici, eſſent increatæ. Vox,*creatas*.hic per errorē impreſſorum adſcripta eſt. Dicebat.n. Gnoſtici, animas naturā Dei eſſe ſic Iſid.c. Quidam aūt 24.q.3.& Aug l.de hęr.c.6.ac proinde increatas eas eſſe, exiſtimare videbuntur.

Vbi & quando. Intra corpus animam creari a Deo,eo momēto,quo infunditur, eſt vera ſententia. Colleg.Conimb.in lib. 2.de anima c.1.q 3.ar.2.concl.3. & q.4.ar. 2.Opinionem dicentium animas ante corpora creari,erroneam in fide appellat Bannes in 1 p.q.90.ar.4.

De hac re ſuperius actum eſt, cum recenſuimus de origine animæ errores. Cenſent nonulli, animam ipſam,quæ vegetās fuit in fœtu incæpto vi, deinde, ſeminis, ſentientem fieri, tandem,non vi ſeminis, ſed Dei virtute, intelligentem euadere: ſed acriter ſtultam opinionem refellit. D.Th.1.p.q.118.ar.2.ad 2. docetquæ intellectiuam animam in humanæ generationis fine a Deo creari q̄,corruptis priorib. uegetantis,& ſentientis animæ formis,uegetans ſimul eſt,& ſenſitiuas. Sequitur ſanctum Doctorem Conimb. Coll. art.2.l.c.

Quo puncto temporis infundatur anima.

TVnc creatur à Deo, & infunditur anima, cum materia eſt apte diſpoſita: id eſt, cum corporis organa humanæ ſoboli congruentia diſtincta, perfectaq; ſunt: hoc autem accidit(ut communior ſententia docet)in maribus circa quadrageſimū, in mulieribus circa octuageſimum diem. Lex verus præcipiebat;vt mulier;quæ marem peperat quadraginta,quæ fœminam, octoginta diebus ingreſſu templi abſtineret. Maldonatus in c.2.Luc.nu.22.Colleg. Conimb.l.c.

Ioannes fortuna ferr.Epiſc.marem,quadrageſimo, fœminam ſexageſimo die, intelligente anima donari, putat, ſi tamen arithmetica nota 60.mendo caret. l.c.ſupra.

Fortunius Licetus lib.2.ca. vltimo de animæ ortu, nulla vſus diſtinctione, infuſionem animę ante quadrageſimum diem à cōceptu corpori perfectè organizato nō cōtingere, dixit. Alia de hac re leges apud Ambroſium parcum lib.23.ca.xi. Fernęliumque lib.de procreat.hom.

Sanctiſſimum Ieſu Cſtriſti corpus excipe: hoc enim momento temporis, non quadraginta dierum ſpatio, efformatis, perfectè ad humanam effigiem membris abſolutum fuit,animaque à Verbo aſſumpta donatum.V.Alex.Alē.3.p.q.8.m.2.D. Th.3.p.q.33.ar.1.2.3. & Interpretes, imprimis Suarez.ſect.2.Schol. in 3.d.3. ſextam Synodum act.11.Baſil.hom.25.de humana Chiſti gener.

Quæres: an Adami anima creata fuerit,antequam corpus a Deo Efformaretur?ex communi Theologorum cōſenſu, non fuiſſe creatam ante corporis efformationem probabiliſſimum eſt. Eodem momento, quo Deus corpus formauit, animam creauit, & infudit. Sic Greg. Niſſ. lib.de hoīe c.29. Io.Damaſc. lib.2.de fide ortodox.c.12.&alij. Pererius in Gen lib. 4.q.1.de creat. animæ; Colleg. Conimb. in lib.2.de animas c.1.q.3.ar.2. in fine hāc ſententiam certam exiſtimant. D.Aug.referente Petro Lombardo; Adami animam li.1.d.17.
cum Angelis ſine corpore fuiſſe creatam, tradit. Quid ipſe Petrus ſentiat his innuit verbis. *Sed quicquid de anima primi hominis*

minis

minis æſtimetur, de aliјs certiſſimè ſentiendum eſt, quod in corpore creantur.

8 *De condigno.* Meriti de condigno fundamentum eſt gratia iuſtificans; qua ſi homo deſtitutus ſit, de condigno mereri non poteſt.

Nullus tamen adultus &c. Libero arbitrio ſuo. Intellige, diuinitus excitato: nam *omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis.*

Non tamen ex opere operato. Sacramenta quædam teſtamẽti veteris habuiſſe vim ſanctificãdi ex opere operato, nõnulli graues Theologi opinati ſunt.

9 *Iuſtificata.* Sanctiſſima, & iuſtiſſima, natura ſua ſemper fuit Chriſti anima: nũquam eguit iuſtificatione; quia labe originis, aliave neque affecta fuit, neque affici potuit; hypoſtaticè vnionis vis hoc requirebat; etiam Spiritus ſanctus; de quo quaſi diuino ſemine, Dei filius conceptus eſt. Verbũ, *ſanctificari* ſignificat fieri ſanctũ. Homines ex peccatoribus ſancti fiunt, at Dei filius, in hunc modum, ſanctus non fuit effectus; neque enim prius tẽpe, aut natura fuit homo, quã ſanctus fuit ex nõ ſancto ſanctus effectus, ſecundũ humanitatem, priuatiuè: ideſt cum homo nõ fuit humana ſanctitate non fuit cumulatus: at cum fuit, fuit ſanctus. Luc. 1. *Quod ex te naſcetur ſanctum &c.* & Io. 10. *Quem pater ſanctificauit*. V. D. Th. 3. p. q. 34. ar. 1. ad 2. fuit aũt ſãctificatus, vt hoĩes ſãctificaret.

V. S. Th. 3 q. 32. ar. 2. ad 2.

Locum Ioann. *Quem pater ſanctificauit*, explicat D. Auguſt. tit. 48 de ſanctitate, quam verbum origine habet à Pr̃e, ab æterno; Patris enim eſſentiam, ſanctitatem, bonitatem filios ab eodem accepit. Auguſtinum ſequitur Tol. Annot. 21. in c. 10. Ioan. At Hilar. lib. 7. de Trin. explicat locum de ſanctificatione humanitatis

Beatificata. Chriſtus in primo ſuæ conceptionis inſtanti fuit comprehenſor, diuinamque eſſentiam clarius vidit, quam Angeli felices. D. Th. 3. p. q. 35. ar. 4. In eodemque inſtanti liberi arbitrij vſu præditus fuit, ac meruit. Idem lo. cit. art. 2. 3.

Immaculata Virgo. Ioannes, & Hieremias, aliјque oẽs puri hoĩes Adami filij originis maculã ſunt experti. Io. & Hier. diuinitus, antequam naſcerentur, iuſti effecti ſunt: At ſanctiſſima Virgo Maria, lilium inter ſpinas, immaculatæ cõceptionis priuilegio decorata eſt. Eccleſiæ Conceptionem celebranti hãc ſniam placere coniјcimus: quãuis ſententiam de ſanctificatione poſt culpam originalẽ nõ improbet, fuit quidẽ in ipſo primo ſuæ conceptionis momẽto ſanctificata B. Virgo, à labe ſcilicet originali præſeruata. Ex præclariſsimo D. Dñici Ordine Ambroſius Catherinus immaculatã Virginis Cõceptionẽ integro defendit opuſculo; Academiæ Pariſienſis, & Valentina nullũ inſignibus Theologici Doctoratus exornãt; q̃ prius iureiurãdo non polliceatur, ſe nunquam Cõceptioni aduerſaturũ. Impugnatores, & propugnatores Cõceptionis recenſet Suarez t. 2. ĩ 3. p. d. 3. vbi paucis; ſed egregiè purã Conceptionẽ tuetur. Diſputant pro eadẽ veriſimilius, & pbabilius Greg. de Val. t. 4. d. 2. q. 1. p. 2. Card. Bellar. lib. 4. à c. 15. de amiſs. grat. & ſta. pec. & Caniſius ĩ egregio opere de B. Virg. Laurẽtius quoque Maſellus li. 1. c. 4. de B. Virg. vita. Non eſt tñ certum in fide, B. Virginẽ ſine pctõ conceptã fuiſſe: vt ẽt docent Bellar. Suarez. & Val. lo. cit. Cõc. Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali, ſanctiſſimam Dei Matrẽ non cõprehendit, quæ (vt idẽ Conciliũ ſeſſ. 6. definit) peculiari Dei munere in tota vita venialia vitauit peccata. Sixtus 4. Extrauag. Cũ præexcelſa lib. 3. Cõceptionẽ Virginis immaculatã, mirãque appellat, &c. Graue. Excõicationis gladio ferit aſſerẽtes, ab iјs lethali crimen cõmitti, vel eos eſſe hæreticos qui dicũt B. Virginẽ ſine originis labe conceptam fuiſſe approbat Sixti Cõſtitutionẽ Cõc. Trid. lo. cit. & Pius V. cõſtit ſup ſpeculã.

Lib. 1. c. 7. V. Val. t. 2. d. 6. q. xi. p. 2. F. Turrianũ epiſtola de peccato Origin. ad Iacobum Amiotum V. c. Graue de Rel. & uener. Sanct.

10 *Indiuiſibilis.* Mentitur Põponatius, li. 1. c. 11. de nutrit. dicẽs, ſi le tñ credi, intelligentem aĩam indiuiſibilẽ eſſe: nã argumentis à natura deſumptis id probari põt; vt oſtenditur, incorporeã, & immortalẽ eſſe. Bannes 1. p. q. 76. ar. 8. concl. 3. tradit, animã rõnalem totalitate quãtitatiua non eſſe diuiſibilẽ, & paulo poſt, eadem fide credendũ, putat, hanc animã ſpiritalẽ eſſe, & incorporeã, qua credimus, eſſe immortalem. & Durandus eadẽ fide, qua eã ſpiritalem, & immortalem credimus, eã nos credere debere, ait, eſſe inextenſam, & indiuiſibilem. De hac re D. Th. 1. p. q. 76. ar. 8. Bãnes ibidẽ, Greg. de Val. d. 6. q. 2. p. 4. Colleg. Conimb. in li. 2. de aĩa, q. 8. à quo, & à Bannes referuntur plures.

Digitized by Google

Tota in toto. Sic D.Th. 2.contra Gen.c. 72.1.p.d.76. ar.8.Theol.in 1.di.8. De hac re plura Bannes lo.cit. Colleg. Conimb. q.9.& Greg.de Val.ſo.cit.Hanc propoſitionem. *Anima intellectiua eſt tota in toto, & tota in qualibet corporis parte*, nonnulli adeò certum putant; vt contrariũ aſſerere,alij erroneũ in fide, alij temerariũ cenſeant. Dur.lo.cit.credit,animam totam in qualibet corporis parte eſſe, ea fide ; qua credit,eſſe immortalẽ. Eſt certè cõmunis Patrum,& Scholaſticorum ſentẽtia, quã Bannes lo.cit.probabilẽ exiſtimat.nõ (vt mihi quidem videtur)certũ ex fide. Intelligens anima forma corporis, & indiuiſibilis eſt: ſed qualibet corporis partem informat: ergo in qualibet parte tota.

Animaduerte,triplex eſſe totũ, quantum vel integrale,virtuale, vel potẽtiale (quod ſcilicet multas vires ſeu potentias complectitur)& eſſentiale Phyſicis, aut Metaphyſicis partibus conſtans. Anima, vt eſt totum virtuale, nõ eſt tota in qualibet corporis parte.Intellectus,& volũtas immateriales facultates ipſi intelligẽti animæ inhærentes:.in quauis parte corporis ſunt, ſicut ipſa animæ eſſentia; nutritiua facultas in toto reperitur corpore: at aliæ vires ſunt diſtinctæ: Anima,vt eſt totũ eſſentiale,tota eſt in quacunque parte corporis,vt aũt eſt totum integrale, dici poteſt in parte qualibet totam eſſe, nõ poſitiuè,ſed negatiuè, ideſt ſecundũ vnã partem in vna,ſecundũ aliam in alia parte nõ eſſe.Hoc placuit Coll.Conimb ar. 2.q.2.& Bannes q.76.ar.8.lo.cit.omnem aĩam,ſecundum eſſentiæ totalitatẽ,totam in toto, & totã in qualibet corporis parte agnoſcit: at, ſecundũ totalitatem virtutis nullam animã totam eſſe, ait,in qualibet corporis parte:nã pro diuerſitate partium corporis,diuerſæ ſunt facultates; & diuerſæ actiones. facultas videndi non eſt in aure;audiendi non eſt in oculo,guſtãdi non eſt in fronte ſed vnaquæque facultas in apto inſtrumento ineſt: Secundũ vero quantitatiuam totalitatem, neque per ſe, neque per accidens rõnalem animam extenſam eſſe,nõ probat.nã eadem fide credendum, videtur, rationalem animã incorpoream, qua incorruptibilem eſſe credimus.Plura Bannes.

11 *Quemadmodum Deus*. Non eodem modo Deus eſt in toto mundo totus, vt anima in corpore: Nã hæc corpus informat,& eſt pars compoſiti: at nõ ſic Deus. Deum eſſe vbique docet S.Th. q.8 p.1.

12 *Duabus partibus*. Ex corpore, & ſpiritu conſtitutam eſſe humanam creaturã definiuit Conc.Lat.ſub Inn.III. c.firmiter de ſumma Trin.& fide Cath.

Vt motor nauis. Dat motũ aĩa corpori, ſed eſt eius forma;vt docet fides.Snĩa Platonis fuit in Alcibiade,aĩam corpori iungi,nõ vt forma materiæ iũgitur,ſed vt motor mobili.Ariſtoteles,aĩam corporis formã agnouit. Mobili motor dat motionẽ, non eſſe: ſed aĩa dat eſſe corpori,i. vitam. Qđ definiuit Viennẽſe Conc.Aĩam,ſcilicet,eſſe formam corporis, quod definitũ eſt etiam a Leone X. in Lat. Conc. ſeſſ.8. ſæpius citata.De hac re D.Tho.1.p. q.76. ar.1.Caiet.Bannes alijq; interpretes ibidem,Colleg.Conimb.lo.cit.q.6.ar.2.

14 *Cor eſſe &c.* Variç ſunt Philoſophorũ ſentẽtiæ de aĩæ ſede; Philo in corde,Stoici in corde,& ſpiritu circa cor, Hippocr. in cerebro,Xenocrates in vertice, in cerebri baſe,(concauo.i.)Hermophilus, Parminides in toto pectore; cui ſubſcripſit Epicurus,ſedem aĩæ conſtituerunt. Vide Ciceronẽ li.1.Tuſc.q.Tertullianũ de aĩa, Lactantiũ,c.16.de Opif.Dei, Greg.Nyſſ. de opificio hoĩs,c.12.Eſt tota in toto,& tota in qualibet parte corporis,vt vidimus, anima humana, Cor, reſpirationis fons, *Lact.lo.cit.* inter mẽbra vltimo loco moritur,(teſte Ariſt.2.de gen.ani.c.4.)duos habet ſinus, qui fontes,interiecto ſepto,ſeiunctos,viui ſanguinis cõtinet, Plato quoqne ſãguinis per arterias fluentis fontẽ cor appellauit,in eoque vitalẽ facultatẽ reſidere,dixit,in Timæo.De corde lege,quę Colleg. Conimb.q.1.ar.2.ĩ c.5.li.1.de gen.& corr.

In ſanguine fertur. Priſci qdã Philoſophi ſanguinẽ, vitã,animamq;,falsò,exiſtĩmarunt.Eſt.n.ordinariũ corporis alimentum.V.Colleg.q.8.lo.cit. ſanguinẽ perfectè concoctũ totius cõpoſiti anima viuere,& animari nonnulli, alij neque ſanguinẽ,neq; alios humores aĩa informari,cenſuerũt. Huic ſnĩæ adſtipulãtur multi Philoſophi,& Theologi, quos Coll.Conĩb. ar.2 q.24.c.4.ſequi voluit, q̃uis fateatur, (quod eſt veriſſimũ)ſanguinem in Chr̃o Diuino ſuppoſito immediatè coniunctũ fuiſſe;vt docent Cõcilia.De qua re Greg. de Val.t.4.D.1.q.5.p.1.& Suarez. in 3.p.

to.1.diſt.15.ſect.6.diligenter.

Igneus ollis eſt vigor. Vt alludere Virgil. ad illud alterum Poetarũ figmentum, de Prometheo. Finxerunt illi,humanũ corpus è terra à Prometheo cõpactum,cœleſtemq; ignẽ ab eodẽ furto ablatũ à Diis, immiſſum in effictũ corpus fuiſſe. V,Alciatũ emble.102.De Prometheo,& origine hominis,ex Gentiliũ placitis,Ouid.li.1. Metam. Natus homo eſt,&c.

15 *Credere ſaltem implicitè*. De hac re alibi.vide Bannes 2.2 q.2 ar.8 Val.t.3.d. q 1.p.4.Tol.li.4.c.2.Emanuel Sà.v.Fides, nu.1.& quos ad eum locum notaui.

Angelos infantulos. Angelos quãuis incorporei ſint,pingi poſſe, declaratũ eſt,à Syn.Gen act.5.Vide D.Th.Interpretes 1.p.q.51.ar.1.Val.inter alios,D.4.q.2.p.1.

Aſſumũt corpora Angeli,non viua tñ, nec in ijs vitales actiones exercere pñt.vide D.Th.q. cit.Bannes,Cumel, Val.Mol. Vaſquez.ibid. De apparitionib. Angelorum,& de corporibus, quæ illi aſſumunt, nonnulla diximus in lib.edito.De Angelorũ officijs. De myſterijs in imaginibus Angelorum Dionyſ. Areop. Conradus, Brunus de imag.à c 5.vſq.ad 12.Molanus quoque, cuius extat de imaginibus liber.

Repræſentãtur. De imaginib. Dei doctè, & piè ſcribit Cõr. Brunus de incorporeis cap 2 de corporeis 3, de miſtica ſignificatione membrorum Deo attributorum,capit.4 de imagine Chriſti,c.5.

16 De hac re ad cap.11.nu.17.

ANDREÆ VICT. BASSAN. Doct.Theologi.

Ad Præludium Secundum D.Martini Nau.Notæ, & Appendices.

DE potentijs animæ multa Bannes ad q.78.79 1.p. & quidam alij Interpretes, Val.diſt 6.q.34.

Generales viuentium vires.ſe facultates ſunt quinque, Vis vegetatiua,ſenſitiua,loco motiua, appetitiua, intellectiua.Vide D.Tho.1.p.q.78.ar.1.3. Diſtinctionis rõnẽ docet D Th.ar.4. Bannes 16.Diſtinguuntur aũt p actus, & obiecta v Colleg.Conĩb.ĩ li.2 c.3.q.5.de aĩa.

Imaginatiua ſeu cogitatiua. Imaginatiua phantaſia ẽt vocatur cogitatiuã idẽ eſſe cũ æſtimatiua,dñt D.Th.1.p.q.78 ar.4. Colleg.in 3.de anima,c 3.q.1.ar.2.Bãnes ad ar 3.q 78.Quo pacto internorum ſenſuum multitudinem collegerint Philoſophi,tradit idem Coll.ar.1.lo.cit.

Quintum. Eam quoque non admittũt Bannes ad ar.4 q.78.Colleg.ar.2.cit.Fonſeca li.5.Metaph.c 28. q.7.ſect.4 ꝓbatus Collegio ar 3. contra cõem ſniam, duas tantum,quæ officia omnium exerceã;,internas ſenſitiuas facultates ſtatuit, ſẽſum cõem,& phantaſiam Ariſt.lib.2.ca 15.de his viribus interioribus agẽs,de ſenſu tantum cõi,& phantaſia mentionẽ facit. Sed phantaſia genericũ nomen in tres ſpecies diſtinguitur cũ cõi ſententia. Licetus li.1. de animæ ortu ſenſum communem,re ipſa,aut ſaltem ſubiecto,idem eſſe cũ phantaſia,putauit. De internorum ſenſuum ſede paucis,ſed diligẽter agit Colleg. Conimb.ar.4.lo.ci. Quidã eos in ſpiritib.collocauerũt, ſed re vera ĩ cerebro ſedẽ hñt. Cap.15.

In concupiſcibilem, & iraſcibilem. Vtrũ ſint diſtinctæ potentiæ iraſcibilis, & concupiſcibilis.Vide D.Th.1.p.q.81.ar.2 Bannes ibidem,vbi etiam diſputat,quænã ex his facultatibus præſtantior ſit. Vide etiã Val.diſt.6.q.5.p.3.lo.cit.

Prædicationem. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis, aiebat Dauid. Diuina virtus Magdalenæ animũ excitauit, cũ illa Chriſti conciones audiret. Mira vis Diuini verbi: Hoc quid non mortalia pectora cogit? Audi libens. & conſidera diligenter Diuina monita Concionatorum. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* dixit Chriſto Petrus. Piſcatores,auditis Chriſti verbis relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.

6 *An quælibet prædictorum.* Potentias ab ipſa anima diſtingui, eſt D. Tho.1.p.q.77. ar.1.ſententia: quã Ficinus lib.10 de Platonis Theologia,& ante eum, Alb. Mag. in 1 d.13 alijque plures ſecuti ſunt. Bannes ad locum citatum S.Th varijs opinionibus recenſitis, probat,animam à facultatibus intellectiuis, ſenſitiuis, & vegetatiuis, re ipſa, diſtinctam eſſe.

Homo non eſt ſola anima In Symb.Ath. *Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo: ita Deus,& homo vnus eſt Chriſtus.*

Digitized by Google

ANDR. VICT. BASSAN.
Doct. Theol.

Ad Præludium Tertium D. Mart. Nau. Notæ, & Appendices.

1 POTENTIA *appetitiua.* Duplex eſt in hoīe facultas appetitiua, altera rōnalis, altera ſenſitiua. hic de rōnali loquitur.

2 *Illas non eſſe animam.* Quidam dicũt, animam à ſuis potentijs re nō diſtingui: alij formaliter à natura rei diſtingui, aiũt, non tñ tãquam res à re: alij aiunt, potentias addere ſupra animam modũ. D. Tho. 1. p. q. 54. ar. 3. q 77. ar. 1. & alibi, docet, potentias animæ eſſe accidentia re ipſa ab illa diſtincta. Hãc qōnem pertractant Bannes diligenter in 1. par. q. 77. ar. 1. breuius Val. q. 3. p. 2. Colleg. Conimb. in 2. de anima, c. 3. q. 4. ar. 2. D. Th. ſequitur. Potentiis aũt exercet aīa operationes ſuas. Fluũt ab animæ eſſentia potentiæ per ſimplicem emanationem, non autem per actionem aliquam propriè dictam. Vide D. Th. ar. 6. Caiet. Bannes, Val. ad eundem locum.

Memoria & intellectus ſunt una, &c. Si accipias memoriã pro facultate ſpecierũ
v. S. Th. ar. 7. l. c. intelligibiliũ conſeruatrice, in intellectu, ſi accipias pro facultate, cuius obiectũ ſit præteritũ, aut fũturum, in ſenſitiua parte eam collocat D. Th. 1. p. q. 79. ar. 6. Bãnes, in hunc locũ, grauiſſimam qōnem tribus complectitur propoſitionibus. 1 Quãuis in intellectiua facultate inſit vis ſpecies conſeruans, hinc tñ non eſt in eadem memoria. 2. Memoria, propriè accepto vocabulo, non eſt in parte intellectiua. 3 In hac parte collocanda eſt vis, quæ præterita agnoſcere queat, vt ſic; ac proinde memoria, latè ſumpto vocabulo. vide Val. q 5 par. 3. lo. cit.

4 De intellectu D. Tho. & Interpretes 1. p q. 79. ab ar. 1. Intellectus eſt immediatũ intellectionis principiũ. Diuiditur aũt intellectus poſſibilẽ, & agentẽ. Impoſſibilis eſt vis animæ, quæ intelligibiles obiectorũ ſpecies excipere, & per eas, obiecta ipſa intelligere pōt. Agens eſt aīæ vis, quę in poſſibili intellectu intelligibiles ſpēs pōt producere. Diſtingui, realiter hos intellectus negã alij; affirmat D Th. varijs in locis, & eius aſſeclæ communi ſententia: quam tuentur Bannes 1. p. qō. 79 ar. 1. concl 3. Val. q. 5. p. 2. De parte ſuperiori & inferiori, D. Th. ar. 9. Val. p. 3. lo. cit.

De ſynderesi diſputat D. Th. ar. 12. Bannes, & alij; de cōſcientia. ar. 13. Illa eſt naturalis habitus, quo itellectus prima practica principia intelligit; hæc autem eſt applicatio quędã vniuerſalis ſcientiæ practicæ ad obiectum aliquod particulare.

5 De voluntate D. Th. q. 82. Bannes, & alij, Val. q 6 Colleg Conimb. in li. 3. c. 13. de anima. Intellectu voluntatẽ nobiliorẽ eſſe, Alex. Alenſ. 3 p. qō 80. m. 1. Alb. in D. Bonau. Scot. & nōnulli alij præſtantes viri cẽſuerũt: Aduerſantẽ ſniam D. Th 1. p. q. 82. ar. 3. Caiet. Bãnes, Val. p. 2. lo. cit. alijq; D. Th. diſcipuli (quæ probabilior, & verior probatur Colleg. Conimb. q. 2. ar. 2. lo. cit.) ſecuti ſunt.

6 Sẽſualitas appellatur concupiſcibilis appetitus, quatenus, ꝑ illũ corpori grata, & delectabilia deſiderant. Vide D. Augu. li. 12. de Trin. c. 12. 13. & D. Th. 1. p q. 81. ar. 1. Cōcupiſcibilis, & iraſcibilis obediũt rōni ſuperiori, interdũ tñ eã aduertunt, illiq; repugnant. Vide D. Th ar. 3. lo. cit.

8 *Quæ nō re, ſed tantum rōne.* Appetitus ſenſitiui ſpẽs duas, iraſcibilẽ, & cōcupiſcibilẽ re inter ſe differre, cōis, ferè, Philoſophorũ, & Theologorũ ſniæ eſt. V. Bannes 1. p. q. 81 art 2. Nauarri ſniam reiicientẽ. De virib volũtatis humanæ circa bonum morale Bellar. c. 4 li. 5. de grat. & lib. arb.

9 *Liberũ arbitriũ.* Pc̃m nō eſt niſi volũtariũ D. Aug c 3 li. 7. Cōfeſs. liberũ voluntatis arbitriũ cauſſã pc̃i eſſe, dicit: liberum ergo arbitrium eſt ipſa volũtas qua hoc, vel illud liberè eligere poſſumus. Damaſc. li. 3 de fi. orthod. c. 14 ꝓbatus D. Th. 1. p q. 83. ar. 4. docet, liberũ arbitrium eſſe voluntatẽ: ſniaq; cōis eſt, nō re, ſed tñ rōne à volũtate differre, vt oſtẽdit Bãnes. 1. p. q. 83. in 4. Val. q. 6. p. 3 q̃ ſniam (ſeptem aliis reiectis, c. 7.) egregiè tuetur, c. 8 li. 3. de grã & lib. arb. Card. Bellar amplissimi S. R. E Senatus perpetuũ iubar. Libertas humani animi in intellectu radices habet. Non eſſe aũt liberũ arbitriũ finis, ſed mediorũ ad finem, docet c. 14. Bellar. lo. cit.

De libero arbitrio errores Hæreticorum.

SImon Magus, Marcion, Hermogenes, Manichæi, Vuiclefus, Lutherus, & alij quidam dixerunt liberum arbitrium eſſe titulum ſine re: Caluinus præterea liberum arbitrium non admiſit.

Pela

Digitized by Google

Pelagiani dicebant, hominem eſſe præditum libero arbitrio, ſed ſufficienti, naturę viribus ad ſupernaturales etiam actiones ad ſalutem neceſſarias eliciendas; prodeſſeque homini gratiam ſupernaturalē, ad facilius exercēdas ſupernaturales eas actiones, ſed neceſſariā non eſſe.

Lutherus, qui aliquando negauit liberum arbitrium, in Saxonica viſitatione, Chemnitius, Melancthon, & alij, affirmant, hominem libero arbitrio donatum eſſe, non ad ſpiritales actiones, & eas præcipuè; quibus homo iuſtus corā Deo redditur, ſed ad ciuiles tantū, & externas ad humanam ſocietatem ſpectantes. Lutheri, & Caluini cōtradictiones explicat optimè Card. Bell. c. 5. lib. 4. l. c.

Hominem in hoc collapſæ naturæ ſtatu in morali bono eligendo, ſeu malo vitando liberi arbitrij non eſſe, multi hęretici fatentur. V. Bell c. 13. l. c.

Catholicum dogma eſt Catholica vera ſententia de Libero Arbitrio hominē arbitrio libero prędirum eſſe in rebus ciuilibus (probat Bellar. Card. c. 7. 8. 9. Id ipſum naturæ lumine patere, oſtendit c. 10.) in moralibus (defendit Bellar. multis a c. 14 l. c. vſque ad finē libri) in pijs actionibus, (negant hęretici) probat ualidiſſimè l. 6. Diuinarū ſcripturarū teſtimonijs, ca. 10 ex Patrū traditione c. 11. rationib. c. 12.

Paucis, ſed optimè, liberi arbitrij veritatem, contra hæreticorum deliramenta, demonſtat Greg. de Val. diſt. q 6. p. 4. ad actiones omnes: ſed ita, ut ſolum naturæ viribus ad omnes omnino actiones ſatis non ſit: ad nonnullas enim ſupernaturali gratiæ auxilio eget, præcipuè ad ſpiritales illas; quibus homo Dei gratiam proxime adipiſcitur, vt ad motū fidei, charitatis, ac Pænitentię. Idem facit doctus Lindanus lib. 3. euangelicæ Panopliæ, eandem arbitrij libertatem rationibus. naturalib. Scripturarū ſacrarū. Conciliorū. Patrūq teſtimonijs docet Lud. Mo. Theologus erudititiſſimus in 1. p. D. Th. q. 13. Vaſquez quoq; in 1. p. D. 68. demonſtrat, contra hæreticos, libertatē arbitrij noſtri, neq; ex præſcientia, neque ex volūtate Dei impediri.

De cooperatione gratia, & liberi arbitrij.

Breuibus ſed ſucci plenis ſententijs quid de cooperatione gratiæ, & liberi arbitij. Cardinalis doctiſſimus Bellarminus ſentiret, complexus, totam de hac re diſputationem in compendium redegit; eas referre, non erit infructuoſum, ingratumue lectori. Ijſdem tamen non ſemper utemur verbis.

Prima. Homo ante omnem gratiam liberū habuit arbitrium ad oīa opera naturalia, moralia, pietatis, & ſupernaturalia.

2 Homo, ante omnem gratiā, remotam imperfectamque ad ſupernaturalia opera peragenda, potentiam habet.

3 Proximā vero, perfectāq; potētiā ad pietatis opera, ante omnem gratiam non hēt: quare nihil ex ſe in hoc genere pōt.

4 Interna excitans gratia hominis conuerſionem præcedat, neceſſe eſt: ſiue ab infidelitate ad fidem, ſiue à ſtatu peccati ad iuſtitiam; nec ſatis eſt adiuuans gratia.

5 Excitās gr̄a homini a Deo tribuit̄, nullo merito, nullaq; p̄paratione p̄cedente.

6 Excitans gratia homini, ſine ipſius actione non datur, quamuis detur ſine liberi arbitrij cooperatione.

7 Gratia adiuuans neceſſaria eſt, vt homo gratiæ excitanti, ſiue Diuine vocationi, aſſentiatur. *V. Conc. Trid ſeſſ. 6 ca 5. & can. 6.*

8 Neq; excitans, neq; adiuuans gratia neceſſitatē hōi īponit, quo minus Dei vocationi libere cōſētire, aut diſſētire poſſit.

9 Fieri pōt, vt duob. viris eadēmotione internā adhibita, alter conuertatur, alter vero nō: vnuſq; magis alter, p̄ficiat min⁹.

10 Hominis ad Deū cōuerſio, & quodlibet aliud piū opus, quatenus opus, a libero arbitrio ē tm̄, nō tn̄ ſecluſo auxilio generali; quaten.⁹ piū, à ſola gratia ē: quatenus opus piū a libero arbitrio, & à gratia ſimul.

11 Ad opera tā interna, quā externa cōuerſionis actū ſequētia, ideſt ad opera pænitētiæ, quib. ad iuſtificationis gratiā pręparamur, non videtur requiri neceſſariò noua aliqua gratia, ſed ſolum cōtinua directio, & protectio, & conſeruatio Diuini ſeminis iam concepti, & formati.

12 Iuſtificātis gratiæ habitus inſūdit̄ a Solo Deo; nō tn̄ ſine p̄cedēte nr̄a diſpōne.

13 Iuſtus homo iuſtitiam tam internā, quā externā, quādo vult, exercere poteſt: ideſt bona opera efficere, & diuina præcepta ſeruare, neque ordinariè noua gratia excitāte īdiget, ſed adiuuāte tm̄. Hęc Bel. De libero arbitrio Ioa. Driedo. Ricardus Tappeius egregiè ſcripſere. Hen. 2. t. Summæ q Theol. ar. 45. q. 3. & 4. vbi paucis

Digitized by Google

declarat, quomodo in Deo, Angelis, & hominibus liberum arbitriũ reperiatur.

Deum liberi arbitrij eſſe, docent Theologi, & vere: probat diligenter Bellarm. Card. lib. 3. c. 16. de gratia, & libero arbit. Val. t. 1. diſt. 1. q. 19. p. 4. eſt autem in Deo libertas arbitrij, non ſuæ bonitatis cõparatione, quã amat neceſſariò, atque eſſe, vult ſed aliarũ rerum cõparatione, quas velle, aut non velle, vel etiam nolle poteſt. Vide D.Th. & Mol in 1. p. q. 19. ar. 10. Pro libero Dei arbitrio conſidera loca Diuinę ſcripturę. *Omnia quæcunque voluit fecit. Potens eſt Deus nos de manibus tuis ò Rex liberare: quod ſi noluerit, ſtatuam tamen, quam feciſti, non adoramus*. aliaque à Bellar. & Val allata.

Pſ. 133. *Dan. 3.*

Eſſe in Angelis arbitrij libertatem, à Theologis traditur, & à Patribus; quorũ multos recenſet Card. Bell. c. 15. l. c. V. D. Th. 1. p. q. 59. ar. 3. Bãnes, Cumel, Vaſquez, Molinã ad eundem locũ, Val. q. 10. d. p. 4.

Adamus, ante lapſum, liberi arbitrij viribus, poterat in ſtatu gratiæ perſeuerare, quia gratia, ſine qua non potuiſſet perſeuerare, in liberi arbitrij poteſtate erat. Bell. lib. vnic. cap. 4. de gratia primi hoĩs.

12 *Auxilio Dei ſpeciali*. Vide Greg. de Val. 1. 2. diſt. 8.

13 *Trinitatem perſonarum*. Trinitas, naturæ lumine, ab humana mente cognoſci non poteſt. Eſt propoſitio de fide, *Nemo nouit Patrem, niſi Filius, & cui voluerit Pater reuelare* Matt. 11. Vide S.Th. 1 p. q. 32. art. 1. Interpretes ad eundem locum, Val. diſt. 2. q. 6. p. 1. Molinam ar. 1. q. eadem.

Anima cognoſcit ſe. Non habet anima ſpecies ſibi inditas à natura, S.Tho 1. p. q. 84. ar. 3. principium cognitionis ortum habet à ſenſu ar. 6. De cognitione animæ multa Bannes ad ar. 7. l. c. Deus ſe ipsũ cognoſcit per eſſentiam ſuã, non Angelus, non hõ. Vide S.Th. 1. par. q. 84. art 2. q. 14. ar. 2. Val. d. 1. q. 14 par. 2 Mol. ar. 2. q. ead.

Angelus verò ſine diſcurſu De hac re D.Tho. 1. p. q. 58. ar. 3. 4 Simplici intuitu Angelus ſubiectum, ſubiecto conuenientia, principia, & concluſiones intelligit, Vide D. Dionyſ. Areop. c. 7. de Diu. nom.

Intelligere Angelum obiecta, naturalia non ſolum, ſed etiam ſupernaturalia ſibi diuinitus patefacta, ſine compoſitione, diuiſione, & diſcurſu, indicauit ſanctus Thom. q. 8. de Verit. art. 15. ad 3. ex eiuſq; ſententia, docet Caiet. hic ad ar. 5.

Diſcurſu adhibito intelligere Angelos, negat S.Th. lo. cit. ar. 3. affirmant Scotus, & Greg. in 2. diſt. 7. Molina ab Epiſcopo Curzulenſi Raphaele Ripa ad 3. ar. reprehenſus, probabilius exiſtimat, Angelos, per accidens, diſcurrere, poſſe, vide Val. diſt. 4. q. 9. p. 2. Angeli, naturæ viribus, cogitationes, & affectiones humanis cordis, nulla ratione indicatas, neque aliorum Angelorum, cognoſcunt. Vide D. Th. 1. p. q. 57. ar. 4. Molina ad eundem ar. Myſteria gratiæ, antequam fiant, naturæ viribus, Angeli non cognoſcunt: hæc eos, poſtquam facta ſunt, intelligere, negat D.Th. ar. 5. lo. cit. affirmat Scot. 4. diſt. 10. q. 8. D.Th. ſententia Molinæ probabilior eſt, ar 5. Diſp. 1. Greg. de Val. q. 8. p. 4. lo. cit. Scoti opinionem ſingularem, falſamque appellat, & argumenta confutat. Quo modo cognoſcant, & non cognoſcant Angeli Myſteria gratiæ, innuere cõtendit Epiſcopus Ripa ad ar. 5. q. 57 Quidam alij vberius, & melius,

16 *Ad imagines*. De Dei imagine in homine D.Th. 1. p. q. 93. Bannes aliique interpretes, Valentia præcipuè diſt. 7. q 3. p. 1. De hac eadem re multa diſſerit Bened Pererius in Geneſim, lib. 4. de creatione hominis. Graues, multique Scriptores Dei in homine imaginem explicant mentem, uoluntatem, memoriam, liberum arbitrium; quæ ſunt naturalia munera; quibus animalibus rationis expertibus nos homines pcellere dignoſcimur.

V.D.Ber. Serm. 80. in Cant.

Card. Bellarm. quoque lib 5. de amiſs. grat. & ſtatu peccati, ipſam rationalis animæ naturã imaginem Dei in homine exiſtimat: quam non deleuit peccatum, vt nugatus eſt, à Patribus reprehenſus, Origenes. Si dicas, imaginem Dei appellari etiam pulchritudinem animæ, ex donis ſupernaturalibus gratiæ, & gloriæ, quæ naturalem imaginem perficit. Fatebor, hanc pulchritudinem peccato deleri. Et in hunc modum, Origenem excuſare, quis poſſet. Vide Pererium q. 7. de creatione hominis. Bellarmini Card. ſententiæ conſentit Val. ſeu potius S.Thomæ: quamuis autem homo ſit ad imaginem Dei factus, & Dei aliquãdo imago vocetur: ſolus tamen Dei filius perfecta, & eſſentialis paternæ ſubſtantiæ imago eſt: Homo imperfecta eſt Diuinæ ſimilitudinis

C. 3. *Epiph. hære. 64.* *Ad Coloſ. 1.*

nis

nis participatione donatus: res creatę homine inferiores, ea ratione, qua homo, dici non poſſunt ad Dei imaginem factæ, ſeu Dei imago. Angelus verò ad intelligentem Dei eſſentiam, naturamve, proprius, quam homo, cenſetur accedere. Nō eſt autem vna ratio; cur intellectualis hominis pars ad Dei imaginē facta dicatur: Sed plures, quas exprimunt admirabiles homini à Deo traditæ proprietates: Eas mox paucis ſubindicabo. Generales naturæ gradus ſunt quattuor. Ex rebus, quæ extant, quędam eſſe, ſunt adepti, vt metalla: quædam vita vegetante præditæ ſunt, vt ſtirpes; quædā ſentiunt, vt beſtiæ; quædam intelligunt, vt Deus, Angelus, Homo, ſupremus gradus intelligentem naturam continet: in hoc Deus, Angelus, Homo: ergo ad Dei imaginem Angelus, & homo conditi ſunt: quos tamen infinitis interuallis diſtare à Deo, notiſſimum eſt. Gradus hic intelligentis naturæ plures, eaſque miras proprietates naturali complectitur modo: Nam humanus animus incorporeus, indiuiduus, immortalis eſt, intellectu, voluntate, memoria, libero arbitrio auctus, ſapientiæ, virtutis gratię, & ſempiternæ glorię capax, animantibuſq; quibus eſt excellentior, dominatur. & hę omnes proprietates ad conſtituendā propriam imaginis rationem requiruntur: quamuis auctores nonnulli vnam, aut alteram attulerint.

D. Hilarius lib. 4. de Trin. in Dei imagine, in homine, pluralitatem Diuinarū perſonarum conſiderat; Homo Dei imago eſt, ſecundum mentē, non ſolum, quatenus Deus eſt vnus in natura, ſed quatenus eſt trinus in pſonis. In Trinitate Verbum intelligibile à Patre intelligēte, Amor ab vtroque procedit: humanus animus, intelligendo rem, verbum rei, quam intelligit, pducit; & hinc naſcitur amor: qua re duæ Diuinæ proceſſiones indicantur: vna Filij per modum verbi intelligibilis Spiritus ſanct. altera per modū amoris. Vide D. Aug. lib. 12. c. 6. de Trinit. D. Th. 1 p. q. 93. ar. 5. Bannes ibidem, Val. loco cit. aſſertio. 4. Pererium q. 1. Diſpu. de imagine Dei in homine.

Mulierem; quia immortali animo prædita eſt, vt homo, ad imaginem Dei creatam eſſe, non debemus ambigere; quamuis, ſecundum aliam minus propriam rationem imaginis, aliud dicendum videatur. Vide Perer. q. 4. lo. cit.

Philo Iudæus, lib. de ſex dierum opificio, in mūdo magis, quam in homine fulgere Dei imaginem, dixit: Si mundi vocabulo, Angelum, hominemquè, cōprehendat, verum dicit; ſi excludat, non recta ſit comparatio; neque enim mundus eſt natura aliqua, vt homo; ſed ex variis naturis aggregatum quoddam. D. Tho. extenſiuè mundum (cū inſignem rerum creatarum multitudinē contineat) Diuinæ bonitatis imaginem magis, quam hominem repręſentare docet: intenſiuè autē, & ſecundū perfectionis aggregationē, nequaquam: Æternæ gloriæ capax eſt homo, & quaſi mundus exiguus, res maioris mundi admirabiles continet. Secundum mentē immortalem, inuiſibilem, incorpoream, immobilem, ſubtilem, velociſſimam homo eſt imago Dei: non autem ſecundum corpus propriè: quāuis quodam modo etiā in corpore imaginem aliquam Dei agnoſcat Aug. lib. 6. c. 12. de Geneſi ad literam. Vide Perer. q. 5. lo. cit. 1.p.q.93. ar.3.

Si morales cauſſas; cur Deus hominē ad imaginem ſuam condiderit, quæras, ſeptem apud Pererium, poſt octauā quæſtionem, inuenies.

Ad imaginē, & ſimilitudinē ſuā Deus hominem fecit: imago, vt videmus in intellectuali hominis natura: Similitudo, ſecundū ſupernaturalia gratiæ dona, quibus Deus animā ornat, cōſideratur. Quibus de cauſſis homo ad Dei imaginem factus dicatur piè, & elegãter explicat Ludou. Granatenſis 1. p. Introduct. ad Symbolum Fidei c. 35. Cicero quoque agnouit in homine Dei ſimilitudinem. Vide Eugub. lib. 9. c. 11. de Per. Phil. V.8.Tho. ar.9 Val. lo.cit. Perer. ad verſ. 26. c.1.Gen.

19 Bernard. in ca. 1. in edit. *Multi multa ſciunt, ſe ipſos neſciūt ab exterioribus redeā ad interiora, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendam: vt poſſim cognoſcere, vnde venio, aut quo vado, quid ſum, vel vnde ſum, & ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem Dei: Quanto namque in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem Dei accedo.* ſic D. Bern. lo. cit.

Trinitatis. De Deo vt Trino agit D. Th. 1. p. q. 27. vſq; ad 43. & Interpretes Caie. Bannes, Molina, Vaſquez, Cumel, Valentia diſ. 2., Suarez, Leſſius, alijque multi.

De ſanctiſſima Trinitate hæc catholica

Digitized by Google

dogmata notabis. Pr. Filius, Spũs ſanctus perſonę ſunt p ſe ſubſiſtẽtes: Filius, & Spiritusſanctus, vt tales, procedunt à Patre.

Sunt autem non ratione, ſed re ipſa, diſtinctæ tres diuinæ perſonæ. Pater Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus. Sed hæ tres perſonæ per vnam eandemq; numero, eſſentiã, ſeu naturã, sũt vnus Deus, vt etiam innuit in Symbolo Athan.

Filius à Patre procedit, à Patre, & à Filio Spiritus ſanctus. Procedunt autem à Patre Filius, & ab vtroque Spiritus ſanctus, vt perſonæ ſubſiſtentes, & tum à Patre, tum inter ſe diſtinctæ. Diſtinctionem perſonarum oſtendit Card. Bellar. lib. 2. cap. 6. de Chriſto. Contra impugnantes vera de Trinitate dogmata Greg. de Val. 1 p diſt. 2. Mol. 1. p. q. 36. diſt. 2. Græcos refellit. Multi ex Græcis à Filio etiam procedere Spiritum ſanctum negarunt. Veriſſimum eſt fidei dogma. *Spiritus à patre, filioq; procedere*. definitũ in ſacris conciliis, præſertim, Later. ſub Inn. III. Lugdunenſi, & Florentino; in quo Greci, cũ Latinis ad cõcordiã redacti, idẽ ſenſerũt; cum ibi adeſſet Græcorum Imp. Ioãnes Paleologus, Conſtantinopolitanus Patriarcha, Pluresque Græci Epi. Græci adhuc in priori viuunt errore: quia Cõcilij definitio non fuit populo tradita: immo Epi, & Sacerdotes, qui Concilio non interfuerũt errorẽ non exuerunt: & poſtq̃ obijt Paleologus, dũ de alterius Imperatoris creatione ageret, ad prioris erroris ſententiã delapſa eſt Græcia. Deus tantũ ſcelus, poſt annos 14. vltus eſt. Turcę enim Conſtantinopolim, & paulò poſt, totam Gręciam ſubegerũt. D. Ant. 3. p. Hiſt. tit. 22. c. §. 13. a Græcorum relapſum innuit Genebrardus in Chronol. ad annũ 1031.

c. firmiter de ſumma Tri. & fi. Cath.

ANDREÆ VICT. BASSAN. Doct. Theologi.

Ad Præludium Quartum D. Martini Nau. Notæ, & Appendices.

FInem. De fine hoĩs quẽ Plato, & Ariſtoteles ſtatuerũt, Eugubinus lib. 10. c. 1. de pereni Philoſophia, & c. 2. cognitionẽ Dei totius Philoſophiæ finem eſſe ex Philoſophis docet. Finis vt quędã cauſſa, & illud, cuius gratia deſiderantur, aut fiunt cętera V. Ariſt. 2. Phyſ. t. 29. De fine lege, quæ D. Th. 1 2. quæſtio. 1 Vaſquez, & Val. in eundem.

Proprium aũt eſt hominis (& intelligẽtiũ aliarũ creaturarũ) ita ob finẽ agere, vt ipſe ad finẽ moueat V. D. Th. ar 2. Val. ad eundẽ. Finis vocabulũ vſurpatur, & pro re ipſa, & pro ejus adeptione, uſuve Deus eſt vltimus finis, primo modo creaturarum oĩum: Scdo Angelorũ tantũ, & hominum. Creaturarũ non intelligentiũ finis eſt Deus, quia conditæ ſunt, vt Deũ oſtendant: Angelorũ, & hoĩum, quia, vt Deo per intellectũ, & voluntatẽ fruãtur, sũt creati. V. D. Th. & Interp. q. 1. ar 8. l. c.

Rem creatam. Beatitudo, quæ vltimus eſt hominis finis, accipitur vel pro re, quę poſſeſſa felicẽ efficit poſſidentẽ, vel pro vſu eiuſdẽ, quo poſſidens intrinſecè beatus efficitur. Eſt obiectũ beatitudinis, ſiue beatitudo obiectiua: Secũdũ priorẽ vocabuli, Beatitudo, acceptionẽ: at beatitudo poſteriori modo, ĩtellecta, eſt ipſa Dei poſſeſſio, & fruitio. Eſtq; formalis, eſſentialis, & ĩtrinſeca beatitudo. Deus increata, Dei poſſeſſio creata beatitudo eſt Deũ eſſe obiectũ beatitudinis, fides & à natura petita rõ docet: neq; enim creatũ aliqđ bonũ obiectiua beatitudo eſſe põt. Beatos aũt hoĩes effici increata Dei operatione, nonnulli Pariſienſes Theologi (teſte Greg. in 2. d. 7. q. 2.) Ioã. de Ripa (referente Capreolo) & alij quidã docuere: Sed hanc ſnĩam cõfutant Greg, Capreol. Caiet. & poſt eos Vaſquez in 1. 2. diſp. 7. c. 2. Quinetiã nonnulli ex recẽtiorib. Thomiſtis dãnatã putant in 6 Syn. Gñali act. 17. Quicquid ſit de definitione; certũ puto, increatã operationẽ creatæ naturæ cõuenire nõ poſſe; & Pariſienſiũ opin. confutatam eſſe apertiſſimè, Leonis 1. verbis in eadẽ 6. Syn. act. 17. & decreto Viennenſis Concilij Clem. Ad noſtrum de hereticis. Verba Leonis refert Vaſquez. lo. cit.

Actum intellectus ſpeculatiui, &c. Beatitudinem nr̃am eſſe amorẽ caritatis erga Deũ clarè viſũ Scotus, alijq; exiſtimarũt, alij ſolã delectationem de Deo vero: alij nõ ſolũ viſionẽ, neque ſolũ caritatis amorẽ, ſed vtrũque ſimul: ſolam viſionem ad beatitudinis eſſentiã ſpectare, cũ S. Tho. alijſq; ꝓbat Vaſquez d. 11. c. 3. vſq; ad 8. & Scoti, aliorũq; argumẽta diluit. Diſp. ât 12. cęleſtẽ beatitudinẽ incõplexã ſpeculatiui-

Digitized by Google

tiui intellectus operationem eſſe, tradit. Greg. de Val. d. 1. q. 3. p. 4. ſentẽtias. S. Th. & Scoti probabilis putat. Sed addit, in actu intellectus, & voluntatis beatitudinẽ ſimul conſiſtere, quatenus beati animus per vtrunq; Deo vnitur perfectè, ſummũ que bonũ, cum perfecta appetitus quiete conſequitur.

Quò delectatio ad beatitudinẽ requiratur, docet D. Th. 1. 2. q. 4. ar. 1. V Val. q. 4. p. 1. An delectatio ĩ patria ſit proximè de Deo, aut de viſione, nõ eſt vna eiũm opi. diſputat de hac re Vaſquez diſt. 15. lo. cit.

9 *Præſtantiſſima potentiarum anima.* Voluntatẽ præſtantiorem eſſe intellectu, docuerũt Sco. 4 d. 49. q. 4. Hẽricus, Ægidius, & alij nõnulli, & Io. Maior. 4 eadẽ diſt. q. 5. Scoti ſententiã probabiliorẽ vocat. D. Th. 1. p. q. 82. ar. 3. intellectũ voluntati p̃fert, quam ſententiã tuentur multi, Bannes præcipuè, ad hũc articulũ, vberi vſus diſputatione. Idẽ ſentiunt Greg. del Val. in 1. p. d. q 6. p. 2. Colleg. Conimb. in li. 3. de anima, c. 13. q. 2. ar. 2. Vaſquez 1. 2. diſt. 11. ca. 3 Intellectus operatio præſtantior eſt operatione voluntatis: Si præſtantior operatio, præſtantior etiam facultas; à qua illa operatio.

10 *Cum fruitione.* Frui ſimpliciter vltimi tantũ eſt finis; qui ita delectabilis eſt; vt poſt eum, nihil ſperandum reſtet. vide S. Th. 1. 2. q. 11. ar. 3. Frui (ait Augu. de doct. chriſt.) eſt alicui rei inhærere, p̃p ſe ipſam. id eſt, tãquam vltimo, quod p̃p ſe deſideretur, vt finis. Humana peruerſio eſt (Aug. teſte) fruendis vti velle, & frui vtendis. i. fruenda ad aliud referre; & in creatis rebus; quæ ad Deũ referendæ ſũt, tamquam in vltimo fine conquieſcere.

Li. 6. c. 4.

Cap. 5.

Scotus exiſtimauit fruitionẽ, reſpectu vltimi finis, eſſe potius obiecti beatifici aſſecutionẽ, quàm delectationẽ; & intellectus, nõ voluntatis actũ. D. Th. lo. cit. ar. 1. fruitionẽ obiecti beatifici volũtatis actum eſſe, arbitratur. Et qm̃ in voluntate eſt amor, & delectatio; nõ definit D. Th. an fruitio ſit amor, vel delectatio. Caiet. delectationem eſſe putat (Aug. Magiſtrò lo. cit. ca 33.) adſtipulatur. Val. diſt 2. q. 6. par. 1. Fruitionis obiectum, propriè, eſt vltimus finis; in quo conquieſcit humana mens.

1. p. q. 11. Ar. 1.

Intuitiua. Aĩaduerte, ab anima beata lumine gloriæ nõ corroborata Deũ videri, non poſſe. Viennenſe Conc. id definiuit. Clem. Ad noſtrũ de hær. Contrarium aſſerere, hæreſim eſſe, opinantur Caiet. & Ferrar. propẽdentq; Capreolus, & Scot. Mol. in 1. p. q. 12. diſt. 2. ar. 5. non crederet hæreticũ, qui lumen gloriæ, tamquã aliquid beatificam viſionem neceſſariò antecedens, negaret: cenſet nihilominus p̃babile, Patres Viennenſis Concilij rem voluiſſe definire: ac proinde temerarium eſſe, eam ſententiam non ſequi.

11 *Longè certior.* Cognitio, quæ habetur ex fide, nõ eſt euidens; ſuperat enim naturæ vires; ſed tamen eſt certior cognitione per demonſtrationem facta; quandoquidem diuinæ innititur reuelationi. *Habemus firmiorem propheticũ ſermonẽ.* 1. Pe. 2.

Illa Pauli Hominem in hac vita perfecta beatitudine in clara Dei viſione conſiſtente beatum eſſe, non poſſe; docet D. Thom. 1. p. q. 5. ar. 3. q. 102. ar. 11. Excipe Chriſtum Dominum; cuius anima perfectæ gloriæ donis, vſque mirificis, ab ipſo creationis momento cumulata fuit. De qua re S. Thom. 3. par. q. 9. ar 2. q. 10. & q. 15. art. 9. q. 34. ar 4. Theologi in 3. diſt. 14. Suarez, in 3. par. diſtin. 25. ſect. 1. Greg. de Val. t. 4 diſtinct. q. p. Melchior Canus lib. 12. de locis Theol. c. 14. Chriſti animã in momento creationis ſuæ beatum fuiſſe; dogma fidei eſſe, quidam aiunt; negat Suarez, fatetur tamen id negare, eſſe, vt minimum, temerarium, erroneum, hæreſiſque proximum: cũ id Patres, & Theologi, communi conſenſu, affirment.

D. Paulum diuinam eſſentiam in raptu clarè vidiſſe, affirmant S. Tho. 1. par. quæſt. 12. art. 11. ad 2 2. 2. quæſt. 175. art. 5. D. Auguſt. Epiſtola 112. cap. 12. negant D. Dionyſ. cap. 4. Cœl. Hierar. Tertullia. contra Praxeam, c. 14. Naz. Orat. 34 Catherinus, Clicthoneus, & alij, Vaſquez in primis in 1. par. Diſp. 56 c. 1. Ipſe D. Paullus de Deo ſcriptum reliquit. *Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt.* 1. Timoth. 6.

A Moyſe Diuinã eſſentiam clarè fuiſſe viſam in hac vita, cenſuit. S. Tho. poſt D. Auguſt. lo. cit. alijque non pauci, probabiliter: non fuiſſe viſam, affirmant mul- ti, relati à Vaſquez, diſtinct. 55 cap. 2. qui eandem negantem ſententiam copiosè, validèque tuetur ca. 2. 3... Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam.* 1. Timot. 6.

Vide Bannes 1. p. q. 12. ar. 11. q. 94. ar. 6.

Egẽns

Quem nemo hominum vidit &c. Plures pro hac ſententia recenſentur etiam à Val.tit.diſt.1.q.12.p.7 Hanc quoque de Moyſe, & Paullo diſputationem habes apud Molinam 1.p.q.12.ar.11.Diſp.2.qui probabilius, & ſacris literis conſonantius eſſe oſtendit,neq; Moyſem,neque Paullum Diuinam in hac vita eſſentiam vidiſſe. Aſſentitur Suarez in 3.p.ti.2.Sed Vaſquez refellere nititur. Epiſcopus Ripa.1.p.q 12.ar.11.

Certum eſt ex fide, nullum purum hominem in hac vita Dei eſſentiam, ſecundum communem Dei legem, clarè aſpexiſſe. Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet.* Io.1. *Deum nemo vidit vnquam.* An Moyſes,& Paullus eam viderint, ex priuilegio, incertum; vt vidimus De Adamo,& B.Vergine quærunt nonnulli. Adamum in ſopore illi à Deo immiſſo. Dum ex eius coſta Euæ corpus diuinitus formatum fuit, clara Diuinæ eſſentiæ viſione donatum fuiſſe, nõnulli opinati ſunt: at nullum extat rei huius, quod firmum ſit, argumentum.

V.Vaſqu. & Mol. l.c.infra.

Beata Virgo Maria, Dei Mater, quamdiu mortalis vixit, viatrix fuit. Soli animæ Chriſti ratione vnionis, etiã dum is, mortalem vitam duxit; gloria fuit connaturalis, Sanctiſſimã Vergine euectã fuiſſe aliquando ad Dei eſſentiã clarè aſpiciendam, piè, & ſatis probabiliter, Suarez teſtimonio, credere poſſumus: fortaſſè die Incarnationis, aut Natiuitatis, Filij, aut Reſurrectionis. Vaſquez 1.p.q.12.art.11.c.2.nemini hoc priuilegiũ tributum exiſtimans, ait, conceſſum Mariæ, ſi alicui vnquam cõceſſum fuit. Hoc SS.Auguſtino & Benedicto, donatum quicquid nõnulli affirment; negat Vaſquez l.c. Ab Adamo non fuiſſe Dei eſſentiam, in raptu, viſam tradunt Vaſquez l.c. Molina de opere ſex dierum diſt. 25. fuiſſe viſam, alij quidam, probabile eſſe cenſent. Sic Bannes.1.p.q.94.ar.1.alijque citati ab eo; nec S.Th. eodem articulo, videtur aduerſari: Sed potius anceps eſſe, ut anceps eſt Epiſcopus Ripa. Quæſtio factum reſpicit: ex ſacris Litteris, Concilijs, Patribus non conſtat, Adamum Dei eſſentiam in ſopore vidiſſe.

V. ſuarez in 3. p. ti. 2. diſt. 4. ſect. 1.

Cumel. 1. p. q. 90. art. 1.

13 *Summum gaudium.* Qui Dei eſſentiam videt, Deo fruitur: fruitio continet amorem, & delectationem circa ſummum bonum vt perfectè obtentum per intellectum, & voluntatem. Delectatio cum clara Dei viſione ita coniuncta eſt, vt ordinaria Dei lege, ſeiungi non poſſit. *Torrente uoluptatis tua potabis eos.* Abſoluta autem ſua potentia, Deus poteſt hanc ab illa ſeparare. Hæc certa inter Theologos. De ratione, cur ordinaria Dei lege, hæc ab illa ſecerni nequeat, nõ idem omnes. Valentia t.2.diſt.1.q.4.p.1. *Pſ.35.*

Ad beatitudinem delectationem requiri, docet cum D. Aug.S.Th. 1.2.q.4.ar.1.Si ſcire vis. Quomodo delectatio cũ amore comparetur, lege Vaſquez d.14.c.4.t.2. An delectatio in cæleſti patria ſit de Deo, aut de viſione, diſputat copioſè Vaſquez Diſp 15.l.c.Dur. proximè de viſione, de Deo remotè delectationem eſſe, ait; alij de Deo proximè, nullo modo de viſione Vaſquez, ca.3. mediam ſententiam veriorem putat. Quæ docet, delectationem eſſe de Deo & de viſione, qua Deus videtur; & ita, vt ſit verè obiectum & eſſe proximè de Deo, quãuis, viſione intercedente, percipiatur. *l.c.*

Creata voluntas in Cælo tam neceſſariò in Deum clarè viſum fertur, ut eum non amare amore caritatis, & de ipſo, vt de proprio bono delectatione non affici non poſſit. Communem hunc Theologorum ſenſum amplectitur Vaſquez ca.2. diſt.16.l.c.

D. Th. 1.2.q.4 ar.2. Viſionem delectatione potiorem eſſe, cum cauſa effectu ſit potior, ar.3. Viſionem non ſolum, & fruitionem, ſed comprehenſionẽ etiam ad beatitudinem requiri, affirmat.

De animæ beatæ dotibus non eſt vna omnium ſententia. D. Th cit.art.3. tres conſtituit dotes, viſionem, tentionem, ſeu comprehenſionem, & delectationem. Quidam pro delectatione dilectionem ponunt.

Rich.4.d.49.art.3.q.7. tres ponit (ſed non eodem modo) dotes animæ. Gloriæ lumen ad videndum, charitatis habitum ad amandum, fruendumque Deo, & habitum ſecuritatis, quo voluntas de æterno ſuæ felicitatis ſtatu ſecura efficitur.

D. Bon.4.diſt.49.1.p.q.5. viſionem in intellectu, fidei; dilectionem in concupiſcibili charitati; quæ fuit in uia, tẽtionem in uolutate, ſpei reſpondentem, dotes animæ ſtatuit.

Alij,

Digitized by Google

Alij, teſte S. Bonau. l. c. uiſionem delectationem, fruitionem dotes animæ puta rū: per fruitionem autem intellexerunt dilectionē charitatis erga Deum, Primā dotem in intellectu, poſteriores in volun tate collocarunt.

Alij viſionem, delectationem, fruitionemque dixerunt animæ beatæ dotes: ſed per fruitionem intellexerunt delecta tionē de Deo: tētionē, ſiue comprehēſio nē, dotē nō cenſent peculiarem; ſed quid cōmune recenſitis dotibus vt nō ſit aliud, quā Deum amare, de illoque, cum æterna ſecuritate, delectatione perfundi.

Vaſquez diſt. 17. c. 2. ſententiam D. Th. duas partes complectentem, probabiliorem putat. Prima pars docet, tres eſſe dotes, viſionem, comprehenſionem, delectationem. Seconda, comprehenſionem non eſſe actum ſecuritatis, non viſionem, non omnes operationes Simul, ſed relationē voluntatis ad Deum clarè viſum.

Dotis vocabulum metaphoricum eſt, ratione ſpiritalis coniugij inter Chriſtū, & animam ſponſam eius. Virtutum deco ra ſunt in Chriſto illuſtrius, atque excellentius, quam in alijs beatis: at quia Chri ſtus ſpōſus eſt, non ſponſa; dotes in eo nō vocātur. In Angelis ornamēta glorię nō vocantur dotes; quia alterius ſunt naturæ; & Chriſti ſponſæ non vocantur; vt animæ humanæ.

De quibuſdam velut accidētibus; quę ad eſſentialem gloriam in mente beati, requiruntur Greg. de Val. 1. 2. diſt. 1. q. 4 p. 1. ex D. Th. ea ſunt, Clara Diuinæ eſſen tiæ viſio. Delectatio in ſummo bono obtento. Comprehenſio.

Rectitudo voluntatis. De dotibus animę etiam Sot. 4. diſt. 49 q. 4. ar 1.

Conſortium corporis ad eſſentialem beatitudinem non requiri, docet D. Th. ar. 5. l. c. Animas ſanctorum à corporibus ſeiunctas, ſecundum ordinariam Dei legem, vera non frui beatitudine, docuerūt nonnulli ex priſcis ſcriptoribus: inter quos Tertulianus, Lactantius Victorinus; & multi hæretici, at certiſſimum eſt fidei dogma, Sanctorum animas ritè, penituſque expiatas ad præmium cæleſtis beatitudinis euolare. Luc. 23. *Hodie mecū eris in Paradiſo.* Act. 7. *Vido Cælos apertos. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.* Eph. 4. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.* Sic definiuit Eccl. In extrau. Benedictus, In c. Maiores extra de Bapt. & eius effectu. In Concil. Flor. in decre to Vnionis, in Trid. ſeſſ. 25. Catholicam aſſertionem validè muniunt. Val. p. 2. l. c. & Vaſquez d. 19. c. 2. q. c. 3. aduerſa diluit argumenta vberius Cardinalis Bellar. l. 1. de Beatit. & Canoniz. Sanctorum à. c. 2. Ante Eccleſiæ definitionem, quæſtio anceps fuit, ob varias grauium doctorum, Patrumque ſententias. Poſt definitionem, contraria aſſertio hæretica eſt. Extrauagans Benedictus Benedicti 12. eſt, vt oſtendit Penna ad Inquiſitorum Directorium com. 21. eius verba ab eodē Penna, & ab Alphonſo à Caſtro V. Beati tudo, referuntur. Armeni quoque graui errore decepti beatorum animas ante diem iudicij Deum non videre dixerunt. V. Sanderum lib. 7. De uiſibili Eccleſ. Mo narchia hęr. 118. Hæreticorum argumenta refert Bellar. Card. c. 1. l. c. *V. etiam mel. 1 p. q 12. diſ. 1. art. 1.*

Cum catholica doctrina tradat beatos hominum animos clara Dei viſione frui, ante corporum reſurrectionem. Quæſtio anceps eſt, vtrum poſt reſurrectionem eſſentiali maiori gloria donandi ſint; nam nulla eſt de accidentaria felicitate dubita tio Tres extant ſententiæ. Quidam futurum putant, vt viſio, fruitioque Diuinæ eſſentiæ intenſior ſit. Quidam aiunt ani mas corporibus iunctas non perfectiori intenſione, ſed promptius conſpecturas. S. Thomas, Caiet. alijque non pauci aſſerunt, eandē quo ad intentionem, & cona tum iuſtarum animarum conditionem futuram poſt iudicij diem, quæ nunc eſt, eritque vſq. ad illum diem. Sententiā hanc veram putat, probatque Vaſquez cap. 4. l. c. Greg. de Val. p. 2. l. c. reiicit ſententiam aientium animæ gloriam, recepto corpore, intenſiuè maiorem, & aientium imperfectiorem omnino futuram; Sequiturque D. Th. non intenſiuè, ſed ex tenſiuè, futuram perfectiorē affirmantē.

D. Auguſtinus, 12. ſuper Geneſ. ca. 35. beatas animas deſiderio corporum reſumendorum retardari, putat, nè ſumma in tenſione in Deum ferantur. Idem fatetur D. Bern. Serm. 3. Sanctorum omniū. Haimo in c. 6. Apoc. Pet. Lombardus 4. diſt. 49.

Cupiunt quidem ſeiunctæ animæ ad ſua redire corpora; ſed eiuſmodi cupidi

tas,

Digitized by Google

tas, vt multis placet, non reuocat eas a vehementi, inſignique viſione, & delectatione. Præcipuè, quia intellectus ad Deũ conſpiciẽdum, voluntas ad illũ fruendũ neceſſariò fertur. In Chriſto, dum mortalis fuit, cum ſumma lętitia coniuncta fuit mæſtitia. V. Vaſquez in 1.2.q.4.c.4. ad ar. 5. Beatarum animarum at corpora appetitũ, nõ deſideriũ abſolutum, ob eximiam cũ Dei voluntate conformitatẽ, ſed vellei tatem gignere, ſcribit Mol. in. 1.p.q.12.ar. 6. diſt. 4.

V. D. Th. 1.2. q. 5. ar. 4. Vaſquez diſt. 21. c. 1. 2. 3. Greg. de Val. 1. 2. diſt. 1. q. 5. p. 6.

Beatitudinem (claram Dei viſionem & fruitionem) amitti nullo vnquam tempore poſſe, certam eſt fidei dogma. Origenes, malè nugatus, neq; beatitudinem, neque miſeriam perpetuo duraturam, dixit, vt quibuſdam placet: quidam enim inter Origenis errores hunc non recenſent. Eccleſ. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Matt. 25. *Iuſti autem in vitam æternam.* Vera beatitudo omnem miſeriam reijcit, omnem explet cupiditatem: at hoc non contingeret, ſi finem eſſet habitura. Ad rationem beatitudinis durationem perpetuam requiri, certum eſt. V. Vaſquez c. 3. & Val. l. c. Qua ratione corrumpi nequeat clara Dei viſio; docet Vaſquez. c. 2.

De Aureolis Martyrum. Virginum, Doctorum diligenter Theologi, & D. Th. 3. p. q. 96. ar. 10. Neque aureolæ, neque corporum gloria ad eſſentialem beatitudinem ſpectant, & cadunt, ratione aliqua ſub meritam viæ. V. Molinam 1. p q. 62. ar. 9. De Aureolis etiam Greg. de Val. t. 4. diſt. xi. q. 5. p. 2. Sot. 4 diſt. 49. q. 5.

Ex beatis vnum alio Diuinam, eſſentiam perfectius videre, eſt de fide. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Io. 14. Ratione meritorum datur merces. V. S. Th. 4. diſt. 49. q. 1. ar. 4. q. 3. Caſtrum de hæreſibus V. Beatitudo hær. 7. Vega lib. 10. in Conc. Trid. a c. 4. Sot. 4. diſt. 49. q. 3. ar. 2. Molinam 1. p. q. 12. ar. 6. Diſp. 1. Val. 1. 2. diſt. 1. q. 5 p. 3.

Diuerſitas gloriæ ortum ducit ex lumine gloriæ: vnus beatus, quò maiori charitate auctus fuit in via, eò plus luminis gloriæ habet in patria: quò plus luminis habet, eò perfectius Diuinam aſpicit eſſentiam. Charitatem meritorum radicẽ eſſe, nullus ambigit. V. Mol. l. c.

Satietatem. Quamuis autem ex Beatis vnus alio Deum perfectius videat; vnuſquiſque in gradu felicitatis, quem hẽt, ita contentus eſt: ut eius appetitus nihil amplius cupiat. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua,* pſal. 16. Rationes, breuitate id poſtulante, omitto; Eas ſuggerit Mol. diſt. 4. loco citato.

14 *Naturaliter deſideremus.* V. D. Th. 1.2. q. 5. ar. 8. Greg de Val. 1. 2. p. 1. l. c. Vaſquez quæſtionem, An rationalis creatura naturalem ſuæ felicitatis apperitum habeat, copioſè pertractat D. 22 in 1. 2.

15 *Obiectum.* De hac re ſuperius

Eſſe aliam à charitate. An gratia differat a charitate; tres extant ſententiæ. Quidam dicunt, differre formaliter, non realiter; quidam realiter, & ratione; quidam nomine tantum: nullam ex his ſententijs probabilitate carere, exiſtimat Card. Bellar. lib. 1. c. 6. de gratia, & lib. arbit. magis autem probabilem ſententiam credit; ratione ſolum differre; at Greg. de Val. 1. 2. diſt. 8. q p. 2 re diſtingui, ait, cum S. Th. eſſe probabilius. Auctores nonnullos de hac re agentes recenſui olim ad l. 4. c. 8. Inſtruct. Sacerd. Cardinalis Toleti.

16 *Sine illo admirabili lumine gloriæ.* De hoc nonnulla ſuperius. De lumine gloriæ, eiuſque neceſſitate diligenter Molina 1. p. q. 12. ar. 5. d. 1. vberius Vaſquez in 1. p. d. 42. 43. nonnulla Val. t. 1. d. 1. q. 12. p. 3. & Sot. 4. diſt. 49. q 2. ar. 4 Lumen gloriæ eſt quid creatum; & nil aliud, quam quædam diuinæ eſſentiæ participatio; per quam creatus intellectus eam excipiens Deiformis fit: creato intellectu non poſſe gloriæ lumen eſſe connaturale apertum eſt. Vide Molina D. 2. l. c. & Vaſquez diſt 44. Viſionem beatificam intellectui lumine gloriæ aucto connaturalem eſſe negat Sot. affirmat Vaſquez l. c. c. 2. Intellectum cum ſolo glorię lumine integrum eſſe viſionis principium probatur ab eodem Vaſquez diſt. 43. c. 6. 7. l. c.

Hæreticũ eſſe. De fide eſt, intellectum humanum non poſſe videre Deum, eoq; frui, niſi lumine gloriæ ad id eleuetur. Clc. Ad noſtrũ de hær. Nonnulli graues Theologi in illa Clementina definitum putant, lumen gloriæ eſſe habitum re à viſione diſtinctum. id. negat Vaſquez c. 2 diſt. 42. l. c Definitum eſſe, ſed hoc tantum non poſſe, ſuis viribus intellectum Deum videre; ſed peculiari Dei ipſius auxi-

Digitized by Google

auxilio, quod lumẽ gloriæ vocat, egere. Molina probabile eſſe, inquit, voluiſſe Patres Viennenſis. Concilij rem definire; & temerarium eſſe, (non hæreticum) periculoſumque D. Th Sententiam non ſequi, tradentem, requiri habituale lumen, ad Deum videndum. Sententia Vaſquez placet Val. in 1. p. diſt. 1. q. 12. p. 3. ar. 5.

Sine lumine gloriæ creatum intellectum, ne Diuina quidem potentia, Deũ videre poſſe, negant. Capreol. Caiet. Ferrar. affirmant Dur. Scot. Mol. diſt. 1. l. cit. quorum ſententiam facile ſequor. Deus infinita ſua virtute vim, curſumque luminis gloriæ ſupplere non poterit? idem; quod Mol. docet Vaſquez D. 46. c. 2.

Octo beatitudines. Matthæus octo, Lucas quatuor refert beatitudines, non omnia, ſed omnium ſummam referre volebant Euangeliſtæ. V. Maldonatum in cap. 5. Matt.

A beatitudine ſuas conciones initium ſummere, Chriſtus voluit; quia Theodoreto teſte, ſe Dauid filium declarare uoluit, qui pſalmos exordiens cecinit. *Beatus uir qui non habijt &c.* V. Salmeronem t. 1. proleg om. & Can. 11.

17 *Operatio ab eorum ſubſtantijs.* Beatitudinem formalem. (obiectiua eſt ipſe Deus) operationem eſſe, a D. Th. 1. 2. q. 3. ar. 2. edocemur Henricus de Gandauo Quodl. 13. q. 12. formalem noſtram beatitudinem non ſolum in intellectus, & voluntatis operationibus ſed in Deo, qui eſt increata beatitudo, conſiſtere, inquit; quatenus .ſ. eſt bonũ voluntatis, in quod voluntas feruentis caritatis ardore amantem transformat, & quaſi in amatum trã ſit: vt hoc autem accidat, neceſſe eſt; vt Diuinitas in animũ illabatur. V Vaſquez 1. 2. diſt. 8 c. 1. eſſe operationem formalem beatitudinem noſtram, docet idem ca. 2.

Operationem a Deo infundi, quidam aiunt; alij probabilius operationem, qua homo beatur, ab ipſo homine deſcendere, tradunt. V. Vaſquez 1. 2. diſt. 9. c. 1. & 2. Increata Dei operatione animos beatos effici, nonnulli dixerunt, contrarium eſt verius. V. Vaſquez diſt. 7. l. c. & quæ ſupra de hac re.

18 *Imperfecta* D. Th. 1. 2. q. 2 varijs articulis oſtendit, beatitudinem noſtram, neque in diuitijs, neque in honoribus, neq; in fama, neq; in voluptate, neque in alio creato bono conſiſtere docet. Beatitudinẽ imperfectã huius vitæ. D. Th. 1. 2. q. ar. 5. naturæ viribus acquiri poſſe, ait. Sed diſtinguendum. Beatitudo huius vitæ ab Ethnicis Philoſophis cognita in acquiſitarum virtutum vſu poſita, natura duce, acquiri poteſt: at non ea, quam chriſtiani Theologi agnoſcunt in Theologicarũ aliarumque infuſarum virtutum vſu collocatam eſſe: ad hanc enim aſſequendã ſuper naturali auxilio opus eſt, quinimmo Vaſquez ad art. 5. q. 5. exiſtimat, D. Th. dicentem imperfectam beatitudinẽ per naturalia acquiri poſſe, mouentis gratiæ auxilium non excludere.

19 *Ante iudicium.* De hac re ſuperius, ad numerum 13. huius præludij. §. Conſortium corporis.

Non omnes pares. Vide quæ ſuperius ad eundem numerum §. ex beatis vnum.

Beatorum corpora quattuor habebũt dotes ſubtilitatem, impaſſibilitatem, agilitatem, & claritatem. De his D. Th. q. 82. Val. p. 1. l. c. Sot. 4. diſt. 49. q. 4. ab ar. 4.

20 *Miſeria perfectè ſumma.* Duplex apud inferos damnatorum ſupplicium, damni, & ſenſus; ſupplicio damni afficitur damnatus, quia admirabilem pulcherimamque Dei eſſentiam nec videt, nec videre poteſt. Supplicio ſenſus: quia æterno igne, alijſque ſenſibilibus cruciatibus torquetur. Pœna damni proxima, eſſentialiſque culpæ pœna, primum, ſummumque malorum omnium pœnæ. Beati Deũ amant; damnati, tanquam hoſtem, odio habent: & hic quoque grauis damnatorũ cruciatus, in ratione mali. Diuinæ viſionis carentiam ſuperans; nam pænæ eſt, & culpa Pænitentia malefactorum damnatos cruciat, non quia, per ſe Dei offenſam deteſtentur; ſed quia per accidẽs ob id dolore uexantur, quoniam patrata ſcelera ſuppliciorum, quæ patiuntur, cauſſæ extitere. Hæc pænitentia vermis ille eſt; qui damnatorum animos affligit, ac rodit qui nunquam morietur. Nonnulli tamẽ putant, veris vermibus damnatorum corpora corrodenda. Vide Sot. 4. diſt. 50. ar. 4. Val. t. 4. diſt. 11 q. 5. p. 3. 4. Veros vermes agnoſcunt Toſtatus in c. 25. Matth. q. 560. Haymo in poſtrema Iſaiæ verba. Ribera in c. 19 Apoc. Serarius in c. 16. Iudith. q. 2. at methaphoricos, non veros, cenſet eos *Pſ. 66.* *Suarez t. 2. diſt. 56. ſec 3. Maldonat. in c. 9. Mar. ci.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

eos vermes Petrus Thyræus.c.26. de glorioſa Chriſti Appar.nu.60.

De fletu, & ſtridore dentiũ non idem, omnes ſentiunt. V. Thyræum n.71. l.c.

Fletu quoque & ſtridore dentium, nec non maximo frigore torquebuntur damnati, receptis corporibus; nulluſque erit in eis ſenſus, ſine peculiari cruciatu. V.Sot. Val.l.c. Sulphur quoque fortaſſe erit in inferno. V.Apoc.14. Suarez, Serarium l.c.Tyrhæumque nu.65 l.c.

Corporeus eſt inferni ignis, ſed ſine ſplendore, qui recreare poſſit; animas torquet, & torquebit corpora. V.Sot.art.1.l.c. Quomodo, corporeus cum ſit, in incorporeum ſpiritum agat; ſcire non poſſumus in hac mortalitate: veris, ſed miris modis torquet ille ignis, teſte Aug.lib.21. c.10. de Ciuit. Sic Dur.4.diſt.44.q.vlt.& Card.Bellar.lib.2.c.12.de purgatorio.

V.Suarez t.4.D.46. ſect.2.

Metaphoricum, non verum, ignem in inferno quidam concedunt; at veriſſimũ eſt, verum ignem in infernis locis ſupplicium damnatis afferre. V.Sot.artic.1.l.c. Maldonatum in c. 16. Lucæ, Thyræum nu.52.l.c.Bellar.lib.2.de Purgat.c.10.14. & temerarium eſſet affirmare; ignem hunc metaphoricum eſſe; vt Maldonatus quoque docuit in c.25.Matt.nu.41.

V.Suarez l.c.

De inferno, inferni cruciatibus nonnulla in opere Catechiſtico Petri Caniſij, apud Petrum Thyræum c.26.de glorioſa Chriſti apparitione, apud Io. Fontanam Epiſcop. Ferrar. p.4. Monito. pro animæ ſalute. Dionyſ. Cartuſ. de quattuor Nouiſſimis, Alphonſum de Caſtro lib.8. contra hær.V.infernus hær.1.Conradum Brunum c.13. de imaginibus, vbi de inferni imaginibus.

Infernum nihil aliud eſſe niſi conſciẽtiæ horrorem; Origenis error fuit.(teſtimonio.S.Hieronymi epiſtola ad Auitũ,) & Caluini, teſte Bellar.lib.4.c.9. de Notis Eccleſ.

V.Bellar. lib.2.c 6. de Purgator.

Errauit præterea, Origenes dicens, inferni pænas non eſſe perpetuas. Alph. de Caſtro. V. infernus hær.2.Bellar. lib.2.c.1.de Purgat.& ante eos Aug. lib.21.c.17. de Ciuit.Epiphan.epiſtola ad Io. Hieroſol.

Damnatos abſolutè ad æternos cruciatus vitæ reddi, non poſſe, docet Bellar.li.2.c.8.de Purgat. æterna enim damnatorum punitio incerta redderetur. Si quis in lethali culpa mortuus in vitam reuocatus fuit eius ſententia fuerat ſuſpenſa V. S.Th.4.diſt.45.q.2. ar.2.Bellar.loc.citat.

Damnatos ſuffragijs viuentium non iuuari, docent Theologi 4.d.45. & Card. Bellar.c.18.l.c.poſt D.Aug.c.110.Enchir.

Grauis ſceleſtorum hominum tortor ipſa conſcientia. Egregie Iuuen. Sat. 13. Cur tamen hos tu.

Euaſiſſe putes, quos diri conſcientia facti.
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cędit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pæna autem vehemens, & multo ſæuior illis,
Quas & Ceditius grauis inuenit, & Rhadamanthus,
Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

22 *In Purgatorio.* De Purgatorio diligentiſſimè, eruditiſſimeque Card.Bellar. libros duos, tomo 2. & Suarez in 3.p.D. Th.t.4.d.45. Val.l.c.infra.

Purgatorium eſſe, catholico fidei dogma eſt; probat Bellar. capitibus multis li.1.& Suarez l.c.diſt.45. Val.t.4.diſt. xi. q.1.p.1.§.4.

Decedentibus cum venialibus culpis, aut cum reatu pœnæ, culpis deletis, Purgatorium cõuenit. Multos in hac re errores refellit Bellar.lib.2.c.1.V.Suarez diſt. 48.ſect.4.

Animæ in Purgatorio nec mereri poſſunt, nec peccare(Cap.2.l.c. Suarez diſt. 47.ſect.1.& 2.) in inſtantis mortis in gratia, bonoque confirmantur eſt de fide contra Lutherum.

Animę purgatorium incolentes de ſua ſalute certæ ſunt. ca.4. l.c.Suarez diſt.47. Sect 3.

Purgatorij locus in viſceribus terræ ſitus eſt. Communis hæc eſt opinio ſcholaſticorũm: non tamen ab Eccleſia definita. alias non veras ſententias refert Bellar.c.6. V.Suarez diſt.45.ſect.2. nec diſtat ab Inferno.

Mitiſſimum Purgatoriũ, in quo iuſtorũ animæ nulla pæna ſenſus; ſed dolore ſolo ex dilatæ beatitudinis deſiderio manãte crucientur, reperiri, improbabile nõ putat Bell.c.7.l.c.affert, ad hanc rẽ probã dã reuelationẽ ſanctæ Brigittę.l.4.c.124.

Poſt extremi iudicij diem. Purgatoriũ non erit: ſic D.Aug.lib.21.c.16.de Ciuit. quem

Digitized by Google

quem ſequuntur Scholaſtici,& Bellar.c.9.l c.hinc exponitur Origenis error; qui poſt reſurrectionem permanſurum Purgatorium,putauit.

V.Bellar. c.10.l.c. Nulla deſperatio, aut Gehennæ timor degentes in Purgatorio cruciat: ſed dolor ex carentia diuinæ viſionis, & pęna ſenſus,quæ ignis eſt,ſiue propriè,ſiue metaphoricè ignem accipias Hæc certa inter Doctores. Ignem Purgatorij eſſe verum,eiuſdemque cum noſtro ſpeciei, eſt communis: at non definita de fide ſententia.V. Suarez t.4 d.46 ſect.2. *Cap.xi.*

c.13. Angeli fęlices animarum Purgatorij tortores nõ ſunt:demones,eſſe negarẽ facilè:ſed non deſunt pro contraria ſententia probationes. Solo igne eas vexari,tradunt Scholatici.V. quid de hac re Suarez diſt.46.ſect.3.nu.8.

Pęna damni in Purgatorio non eſt maior qualibet pęna huius vitæ, aut Purgatorij. Maxima tamen huius uitæ pęna maxima pæna Purgatorij minor eſt ex D. Bonau.4.diſt.20.ar.1.q.2. Placet hæc opinio Bellar. c.14.l.c. Pęna damni in inferno, quia caret ſpe, etiam minima, pęnas omnes huius vitæ ſuperat. Pænas Purgatorij adeò graues atroceſque eſſe;vt nulli huius vitæ cruciatus cũ vis comparãdi ſint, cõſtans eſt Patrum opinio.V. Bellar. l.c. De Pęna damni,& ſenſus Suarez.d.46. cit.de acerbitate pæne ſenſus ſect 3 l c.

Suffragia viuentiũ degentibus in Purgatorio prodeſſe. Diſces ex eodem ca.51. & ex Suarez.diſt. 48.ſect.4.

Gab. lect. 58 in Cã. tom.2. de Relig. Orare, & impetrare pro nobis cruciatus in Purgatorio animas, negarunt veteres Theologi: affirmãt, ex recentioribus, nõnulli Greg.de Val.t.3.d.6.q.2.p.6.Bel. l.c.Suarez l.1.c.11.de oratione,ſententiam hanc ſatis piam, & probabilem putãt, ſi de oratione in generali, ſiue rerum, ſiue perſonarum ratione intelligatur; idem tradit t.4.in 3.p.diſt.47.ſect.2.

Animas Purgatorij non poſſe pro ſe ipſis,orãdo ſatisfacere,certum eſt: nã cruciatus illi in propriam vexatarũ animarũ actionem mutari non poſſunt: poſſe, & orare, vt a Deo liberationem impetrent, cum Alex.Alenſi,& Suarez l.c non ambigo,non in ſatisfaciendi, ſed ſatiſpacienti ſtatu ſunt eiuſmodi animæ. Id quoque tradit Suarez diſt.47.ſect. 2.

De ſuffragijs Bellar.c. 16. Suarez diſt. 48.ſect.4.copioſè.

Qui gratia deſtitutus eſt,neque pro ſe, neque pro alijs ſatisfacere poteſt. Mali tamen ſacerdotis miſſa prodeſt defunctis; quia ſancta, iuſta eſt Eccleſia, cuius ille miniſter eſt V.Bellar.c.17.

Beatos pro animabus Purgatorij orare interdum, certum arbitratur Suarez diſt. 48.ſect.5.non tamẽ immediatè impetrare aliquam pænæ remiſſionem. Orant Beati, ut Deus, vel viuorum excipiat pro defunctis ſatisfactiones; vel, vt viuis opẽ ferat ad ſatisfaciendum; vel, ut acceleret earum liberationem, ſi temporis diuturnitas pænarum grauitate compenſanda ſit.Sotus,qui dixit, Beatos non orare pro animabus Purgatorij, temeritatis arguitur a Bellar.lib.2.c.14. *4.d.45.q. 3.ar.2.*

23 *Limbum puerorum.* De animarum ſeparatarũ receptaculis Magiſter,& Scholaſtici lib.4.ſent.diſt.45. Val. t.4.diſt. xi. q.1. Quinq; initio conditi orbis, animarum receptacula effecit Deus, Cælum Empyreum, Infernum, Purgatorium. Limbum puerorum, Limbum Patrum. Ante Chriſti mortẽ nullus in cælũ euolauit: Poſt,nullus ad Limbum Patrum deſcendit. Animæ, quæ admittendæ erant ad gloriam, Limbum Patrum, ſeu ſinum Abrahę olim incolebant;quia in Cęlum, eam ob cauſſam properare nequibant; quoniam eximij eius Regni portæ Primi Parentis ſcelere clauſæ,nõdum erant ſanguine Chriſti patefactæ: Iam vero cum Chriſtus viam ad æternas coronas, ſua morte,nobis apparuerit,ad beataſque ſedes animas omnes eius Limbi tranſtulerit,locus ille huic vſui modo non ſeruit; vnde uel non extat, vel certè vacuus eſt. *V.Bellar. libr.4.de Chriſto c. xi.Sotũ.4. diſt.45.q. ar.1.Suarez to. 4. d.45.ſect. 2.Val.l.c. Angles in 4. Suarez t.2.d.42. ſect.1.2. V.V 4.d.*

Communi Scholaſticorum ſententia eſt,puerorum Limbum in altiore eſſe Inferni parte, quam Purgatorium ſit, eum ignis non tangit.V.Bellar.lib.2.cap.7. de Purgat. Conc. Flor. definit, eorum animas,qui in actuali mortali, vel ſolo originali peccato decedunt, mox in Infernũ deſcendere pænis tamen diſparibus puniendas.V. Val.diſt. xi. q.1.t.4. & Bellar. loco citato.

Pelagiani inſanientes, aiebant, pueros cum originali labe decedentes in Limbo qui puerorum dicitur,æterna extra cælorum regnum,uita frui. Negauit hunc locum,in hoc ſenſu, Auguſtinus, nam vita

æterna

æterna, & Cælorum regnum, poſt hanc viá, ieiungi nequeunt. V. Val. l.c. in fine. Duo loca á fide Catholica cognoſci, ait D. Aug. lib. 4 c. 28. de Bapt Paruul. in quibus homines perpetuo erunt: Cælum, Sedem Beatorum, Infernum carcerem dãnatorum (intellige Auguſtinum, ſecundum Flor. Concilij definitionem.) Puerorum animas baptiſmo non regeneratas in Limbo requie aliqua naturali frui, non improbabile putat Suarez t. 4 d. 45. ſect. 2. Cenſent nonnulli, has animas ad tempus ibi detinēdas: non vt aliquando in cælum euolent. (vt quidam falsò dixerunt.) neque vt in Inferni ignem detrudantur; ſed vt, poſt reſurrectionem, terræ ſuperficiem, corporibus iunctæ, incolant Deumque, vt auctorem naturę, agnoſcãt. diligant, celebrentque.

nu. 17.

Placet hoc Lucæ Pinello p. 2. c. 27. de altera vita. V. Notus Preludij. 8. nu. 8. & Bell. l. 6. de amiſſ. grat. & ſtat. pec. c. 4. 6.

Pæna ſenſus eas affligi, nonnulli dixerunt: at magis recepta ſententia docet, probabilius, ſola damni pæna cruciari, verum nonnullo interno dolore, ob carentiam diuinæ viſionis, affici (quam à ſe acquiri potuiſſe, ob naturalem, ad Deum aſpiciendum, propenſionem, intelligere poſſunt) exiſtimat Val. 1. 2. diſt 6. q. 17. p. 4. quod tamen alij negant; reijcit autem Val. Catherinũ, qui (in libro de puerorum ſtatu) ſcribit, eos in ameno loco naturali beatitudine potituros. Ad prçludium 8. nu. 8. de hac re alia nonnulla.

Gehennam in centro terræ eſſe, ſinum Abrahæ in ſuperiori, & digniori parte collocatum fuiſſe, tradunt omnes. V. Suarez in 3. p. t. 2. diſt. 42. ſect. 2 t. 4. d. 45. ſect. 2. Bellar. lib. 2 de Purg. c. 6. Greg. de Val. t. 4 diſt. xi. q. P. 1. in fine. Sotu. 4. d. 45. q. 1. ar. 2. Angles 4. diſt. 45. de Patrum Limbo, multa Suarez t. 2. l. c.

V. Val. t. 4 diſt. 2. q. 4. p. 2.

Purgatorium Inferno damnatorum proximum eſſe, ei ſuccedere puerorum Limbum, huic Abrahæ ſinum, communē eſſe Theologorum ſententiam, ait Val. l. c. hanc certè ſecuti ſunt Sotus, Bellar. l. c. Angles 4 diſt. 45. Io. Mai. diſt. 44. q. 3. Palud. diſt. 45. q. 3. & Suarez t. 2. in 3 p. diſt. 42. ſect. 1. 2. vbi multa de Limbo Patrum; & de ſtatu animarum ibi detentarum.

Quidam puerorum Limbum Purgatorio inferiorem, & Gehennæ viciniorem eſſe, opinantur.

Alij mediam ſecuti ſententiam, hæc duo loca, æquo ſpatio, à Gehenna diſtare, ſecũdum diuerſas partes, arbitrantur. Differit de hac re copioſè Saurez t. 4. d. 45. ſect. 2. varias refert ſententias Angles l. c. Certum iudicium in re occulta ferendum non putat Suarez: veriſimilius tamē cenſet; hæc loca nō eſſe ita p circulos diſpoſita, vt ad vnum, niſi per alium, aditus pateat.

t. 4. l. c.

De Patrum Limbo nonnulla etiam Pererius in Gen. c. 6. lib. 9. de laudibus Noe.

Pueris non regeneratis baptiſmo non prodeſſe ſuffragia viuētium, neque aditum ad Cælum patere, docet, cum Theologis, Sotus. 4. d. 45. q. ar. . . . concl. 2.

25 *Explicitè credere articulos fidei.* Quatuordecim ſunt fidei articuli, duodecim, in Apoſtolorum Symbolo, contenti ſententijs. De obligatione ſciendi articulos fidei Azorius t. 1. lib. 8. c. 7. Bannes in 2. 2. q. 2. ar. 8. Greg. de Val. t. 3. D. q. 1. P. 4. Hic, rudiores etiam explicitè credere debere, ait, eos Humanitatis Chriſti articulos, qui ab Eccleſia celebrãtur. De hac re paucis, in Notis ad Aphoriſmos Emanuelis Sa. V. fides.

26 *Memorare.* Egregium eſt Brunonis Cartuſiani Ordinis Inſtitutoris exemplũ qui, cognita doctoris cuiuſdam damnatione, arduum, ſed rerum diuinarum contemplationi opportunum, viuēdi genus elegit Bogor Bulgarorum Princeps, cum extremum iudicium a Methodio Monaco Penicillo expreſſum vidiſſet, Chriſtianæ religioni nomen, baptiſmo ablutus, dedit; idolaque, & falſam religionem execrauit.

Ex Io. Curopalata, & Viridario Sanctorum Raderi.

D. Paulus, in Act. Apoſt. de extremo iudicio verba faciens Feſtum Romanum chriſtianæ religionis inſcium, ita perterruit: vt totis artubus tremeret.

Vide Ioannem Climacum, gradu ſeptimo.

Exercitus cuiuſdam illuſtriſſimæ Loquitur, ni fallor, de egregijs, ijſque humanis animis vtiliſſimis exercitijs ſpiritualibus; quorum Beat. Ignatius, Societatis Ieſu Parens auctor fuit. Ea Viennę impreſſa legi exiguo contenta volumine. De his exercitijs Petrus Ribudeneira l. 1. c. 8. Vitæ B. Ignatij, Maffeius l. 1. c. 2.. Paulus 3. Pontifex ſummus exercitia huiuſmodi laudauit, eorumque vſum ſuaſit anno 1548. Ribude. l. c. & Maffeius ca. 8.

Digitized by Google

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD PRÆLVDIVM Quintum.

D. Martini Nauarri, Notæ & Appendices.

De paſſionibus, habitibus, &c.

1 DE paſſionibus animę Interpretes D. Th. in 1. 2. Vaſquez; & Val. D. 3. Collg. Conimb. diſput. 6. in lib. Eth. Ar. Azorius t. 1. Inſt. mor. lib. 3. a c. 1. vſque ad 19.

Paſſiones animę, ſeu motus, perturbationes, affectuſque vocantur. Græci nominant... V. D. Aug. lib. 9. ca. 4. de Ciuit. De his loquens D. Greg. Nyſſ. de reſur. & anima, aiebat, certo quodam vſu uoluntatis, & arbitrij, vel virtutis, vel vitij inſtrumenta eſſe. Definitionem paſſionis ponderat Colleg. Conimb. q. 3. diſt. 6. in lib. Eth. Ariſt.

2 *Concupiſcibilis*. Paſſionum alias eſſe ſenſitiui concupiſcibilis appetitus, alias iraſcibilis Ariſtoteles quoque docuit. 3. Eth. capit. 1. & 1. Rhet. capit. 10. De vtroque appetitu Colleg. Conimb. diſtin. 6. quęſtion. 1. 2.

3 *Sex*. V. Val. p. 2. l. c. vbi numerum, rationemque paſſionum confirmat. Plato paſſiones nomen habentes mutas, quæ nomen non habent, innumerabiles cenſuit. V. Colleg. quęſtion. 5. diſtinction. 6. loco citato & Azor. capit. terzo, loco citato.

Amor. Diuiſit amorem D. Dionyſ. c. 4. p. 2. de Diu. nom. in amorē diuinum, Angelicum, Spiritualem, ſeu rationalem. Animalem. Naturalem. Spiritualis, ſiue rationalis humanæ voluntatis eſt peculiaris.

Naturalis eſt propenſio rerum, quæ cognitione carent, in perfectiones ſuas. Animalis hominibus conuenit, & brutis: & eſt is, de quo ſermo eſt, appetitus concupiſcibilis affectio, ſeu paſſio, eſt autem propenſio quædam concupiſcibilis in bonum abſolute ęſtimatum, tanquam conſentaneum. Secatur in amorem amicitię, & concupiſcentiæ. Ille in bonum, ſecundum ſe ipſum, & tanquam in terminum, fertur: hic in bonum, vt ad alterum relatum, vel vt alteri applicandū, ſeu applicatum. Obſerua tamē, multa ex ijs, quæ de huius amoris differentijs, cauſſis, effectibusque dicuntur ad amorem ſpiritualem transferri poſſe.

Amoris cauſſæ tres potiſſimum recenſentur. Rei bonitas cognita, (volūtas in incognitum non fertur) Similitudo inter amantem, & rem amatam. Amor ipſe: vnius enim rei amor alterius amorem gignere Solet. quin vnius amor alterius amorem prouocat. De amore diligenter Azor. c. 4 de cauſis effectibus eiuſdem c. 5. l. c. Chriſtophorus a Fonſeca copioſe de amore diſſerit, in libro de Diuino Amore. Propertius amorem à Deo principium ducere, ait, & cum alis pingi, vt ad ſuum volet principium.

Fidem non fruſtra ventoſas addit alas.
Fecit, & humano corde volare Deum.

7 *Paſſiones eſſe bonas, neq; oēs malas*. Paſſiones poſſunt eſſe actus morales poſſunt eſſe bonæ, & malæ, meritoriæ, & demeritoriæ: vterque enim appetitus, concupiſcibilis, ſcilicet, & iraſcibilis, rationis, & voluntatis imperio ſubijcitur illis, quatenus mens eos aduertens, imaginationē alio impellere poteſt, & ſic frænum inijcere. V. D. Th. 1. 2. q. 17. ar. 7. Greg. de Val. t. 2. diſt. 2. q. 12. p. 5. Actus morales eſſe poſſe, dixit; quia directè vel indirectè voſūtariè eſſe poſſunt, à voluntate. ſ. ſaltem, vt ab imperāte, at cū morales actus boni, vel mali, meritorij, aut demeritorij ſint; ſequitur, vt paſſiones bonæ, & malæ eſſe queant. De ratione, qua voluntas ſenſitiuum appetitum mouet. Colleg. Conim. in Eth. Ariſt. D. 4. q. 2. ar. 3. Quatuor paſſionum ſumma capita, gaudium, triſtitia, ſpes, timorque vnico carmine a Viriglio indicata.

(Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque)

Quatuor pręcipuis ventis comparantur: mare turbant uenti, animos, paſſiones. Hoc egregie his verſibus expreſſum.

Spes leuat erectos; metus alto à vertice fluctus.
Deijcit, hinc animum pulſat furibunda voluptas.
Inde dolor: fluctus ceu fracti fluctibus altum.
Clamorem ingeminant pictis abſcondita nimis.
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.

12 *Quod habitus.* De habitibus animæ D.Th 1.2.q.49.vſque ad 54.Greg.de Val. t.2.diſt.4. Azorius t.1.Inſtit.Mor. lib.3.à c.19.

Vocabulum. Habitus, qui neque modi accipitur: hoc loco pro accidentali quadam rei perfectione, ſua natura, non facilè amiſſibili: per quam res, modo quodam, bene, vel malè ſe habet; ſi naturam, operationemque eius inſpiciamus Boni habitus ad bonos actus, mali ad malos excitant. Ex frequentatis autem actibus comparatur habitus acquiſitus. Quilibet vero habitus ad operationem ordinem habet. Ex habitibus quidam ſunt inſuſi, quidam acquiſiti. De his D. Thom. 1.2.queſtion. 51. artic.4. Val. t.2. diſt.4. quæſt.3.par.4.

Non eſſe inhærentem ex Conc.Trid.ſeſſ. 6.can.xi diſcimus, gratiam, & charitatem in hominum cordibus per ſpiritum ſanctum diffundi, eique in hærere.

Ipſum met ſpiritum S. Spiritum Sanctum à donis diſtingui, certiſſimum eſt. charitas gratia, aliaque diuina munera creata ſunt. Spiritusſanctus increatus. Verum cum donis datur etiam ſpiritusſanctus: & contrarium affirmare, error eſt exploratus. *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* 1. Ioann. 4. *Membra veſtra templa ſunt Spiritusſancti, quem habetis in vobis.* 1. Cor. 6. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritumſanctum, qui datus eſt nobis.* Rom.5. — *V.Bellar. l.2.c 22. de Chriſto*

Io.20. Per ſpiritumſanctum interdum intelligitur non perſona ſpiritus ſancti. Sed quid creatum. *Spiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis* Cyrillus, & Io.Chriſoſt. per Spiritumſanctum hoc in loco intelligunt poteſtatem remittendi peccata; Eos ſequitur Bellar. lib. 1.capit. 26. de ſacramentis in genere, vel indicauit Dominus Sacramentorum effectum à Spiritusſancti, virtute pendere; vt Bellar. obſeruat; aſſiſtit enim aſſiduè Sacramentis Spiritusſanctus. Spiritumſanctum hominibus tribui, cum eius dona, virtuteſque diuinitus donatur. *L.c.* Fatetur Card. Toletus in huius loci. *Accipite Spiritumſanctum*, & c. Explicatione. Remittendorum autem peccatorum poteſtas inter Spiritusſancti dona enumeratur. Hanc Chriſtus Apoſtolis dedit, cũ dixit. *Accipite Spiritumſanctum*, & c. Vt indicaret autem, ſolius Dei munus eſſe peccata remittere, dixit. *Accipite Spiritumſanctum*, non autem, Accipite poteſtatem remittendi peccata. Ita. Card. Tol.

Gratiam gratum facientem. Gratia gratum faciens coniungit hominem Deo; illique ad æternam beatitudinem conſequendam, ſingularem opem affert. V.D. Th.1.2.q.art.1.Greg. de Val. t.2.diſt.8.q. 3 p.1. Hac gratia munitus homo amicus, filiuſque Dei efficitur; & ſine ea non poteſt æternam beatitudinem promereri. Nihil autem eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, hanc iuſtificationis gratiam promereri poteſt, & ideo homo gratis iuſtificari dicitur. Acceptã iuſtificationis gratiam accipere, poſſe, incrementum, exploratum eſt. V. Conc.Trid.ſeſſ.6. c. 10. Quolibet autem mortali peccato hæc gratia amittitur. Conc.Trid.c.15.l.c. hoc ipſum docet. De hac gratia loquitur D. Paullus Rom. 5. *Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* — *V.Bellar. lib. 1.c.3. de grat. & l.arb. Cõc. Tri.ſeſſ.6. c.8.Ro.V.*

Partitio Diuinę gratiæ.

Diuinę gratiæ multæ extant diuiſiones, ex varijs eius conditionibus ortum ducentes. Diuiditur in gratum facientem & gratis datam. Illa eſt donum gratuitum, quod nec naturę nec hominis merito debetur, hominemque vt dixit, Deo amicum reddit, & ad æternam beatitudinem aptum.

Hæc non coniungit hominem Deo, nec aptum efficit ad æternam vitam. Sed illi datur, in aliorum vtilitatem. Huius gratiæ variæ ſunt ſpecies; quas D. Paullus recenſet. primo Corintio. 12. De partitionibus gratia B l armi. libr. primo capit. ſecundo de grat. & libr.arbit. — *V.D. Th. 1.2.q.111. art.4.1.2. à q. 171. vſque ad 178.*

Di-

V. S. Tho. 1.2.q.110 a.2 Greg. de Val. tomo 2.d.8. q.3.p.2.

Diuiditur gratia in habitualem, & actualem; illa eſt donum, quod diu in homine permanere poteſt; hæc eſt motus ſupernaturalis in animo diuinitus excitatus, ſiue ſit cognitio, ſiue cupiditas, ſiue actio.

At, quoniam tribuitur homini gratia, vt filius Dei efficiatur, & vt, talis effectus in ſtudio pietatis progreſſus faciat, & poſtremo ſempiterno æuo fruatur in Cęlo, diuiditur in gratiam vocantem, ſeu excitantem, & adiuuantem. Excitans gratia hominem diuinitus mouet, excitatque, vt pias actiones faciat, vt ad Deum Fide, Spe, Charitate, Pænitentiaque redeat. Sine præueniente Spiritus ſanctus inſpiratione, eiuſque ope, non poſſe hominem credere, ſperare, diligere, ſicut oportet, Tridentin. Concilij definitio eſt, ſeſſione ſexta, canone tertio, Adiuuans hominem iuuat, vt ad Deum redeat, & vt in accepta iuſtificationis gratia perſeueret. De vtraque Concil. Trident. loco citato, & cap. ſexto, eiuſdem ſeſſionis his verbis. *Diſponuntur autem ad iuſtitiam, dum excitat diuina gratia, & adiuti, Fidem, ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum.*

Non fideles, ſed infideles tantum excitante gratia egere, vt queant iuſtificari ſcripſit Vega libro ſexto, in Concil. Trident. cap. ſeptimo, at fideles etiam ea indigere, vt conuertantur, certum arbitror. Concil. Trident. ſeſſione ſexta, cap. quinto, docet, exordium iuſtificationis in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum, præueniente gratia ſumendum eſſe. apertius loquitur can. 3. ſuperius recenſito. Idem contra Vegam, Gregoriũ de Val. p. 2. col. 10. l. c. ſenſiſſe, non ſine animi delectatione, animaduerti.

Diuiditur præterea gratia in ſufficientem, & efficacem: donat enim Deus ſua dona hominibus, vt piè agere poſſint. ſufficiens gratia eſt illa; per quam homo pijs operationibus ſuæ ſaluti operam dare, eamque aſſequi poteſt. efficax eſt, per quam id re ipſa præſtat. Multa de hac re traduntur à Theologis: Egregiè diſputat de eadem Suarez in opuſculis, nonnulla habet Valentia diſtinctione octaua, quæſtione tertia, parte quarta, Bellarminius libro primo de gratia, & libero arbitrio, cap. vndecimo, & duodecimo, & Leſſius. *loco citat.*

Secatur præterea gratia in operantem, & cooperantem, ſed in explicatione huius partitionis non idem ſentiunt Theologi omnes; Bellarminius cap. decimoquarto loco citato, tres affert explicationes, & quartam addens, ait, operantem gratiam eſſe illam, quæ in homine primum deliberatæ voluntatis actum facit: huiuſmodi eſt conuerſio, ſiue ab infidelitate ad fidem, ſiue à ſceleribus alijs ad pænitentiæ ſtudium, cooperantem vocat eam; à qua conſequentes voluntatis actus efficiuntur, vt velle pia opera facere, velle adire ſacerdotem, & huiuſmodi. De hac partitione Magiſter, & ſcholaſtici in ſecundo diſtinctione vigeſima ſexta.

Auguſtinus libro de grat. & libero arbitrio cap. decimoſeptimo, hęc habet *Ipſe vt velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Conſiderat Auguſtinus ſententiam Val. parte quinta, & Bellarm. cap. decimoquarto loco citato, & cenſet hic, quæſtionem de hac gratiæ partitione non leuem eſſe, ob verborum Diui Auguſtini, à quo ad Scholaſticos partitio manauit, obſcuritatem.

Alia eſt gratiæ partitio in præuenientem, & ſubſequentem, quam indicauit Auguſt. libro de natura, & gratia cap. 32. *Deus præuenit, vt ſanemur, ſubſequitur, vt ſanati vegetemur. Præuenit, vt vocemur, ſubſequitur, vt glorificemur.*

Quinque ſunt (quod pertinet ad hanc rem) Diuinæ gratiæ effectus, in homine, ideſt ſanitas hominis, ac iuſtificatio. Secundo eius in Deum conuerſio. Tertio virtutum exercitatio, ac meritum. Quarto Perſeuerantia. Quinto æternæ fælicitatis acquiſitio. Præueniens gratia eſt, quæ priorem aliquem in nobis effectum gignit: Subſequens, quæ poſteriorem. Omnis gratia prior cum poſteriore collata præueniens, omnis poſterior cum priori, ſubſequens dici poteſt: ſic excitans præueniens, adiuuans ſubſequens, ſic operans, & cooperans. *Nolentem, ait Aug. in Enchir. præuenit, vt velit; volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit.* Sicut effectus Diuinæ gratuiti ſunt in homine, vnus alio prior, ſic gratia, ratione prioris, præueniens, ratione poſterioris, ſubſequens dicitur. Animad- *V. Bellar. c.2. loc. c.*

uertendum autem eſt quam maximè; cum in ſacris litteris legimus locum aliquem; qui vedetur indicare, opus aliquod noſtrum eſſe prius diuina gratia, is explicandus eſt de gratia aliqua ſubſequente: nam nulla pia hominis actio, cogitatio, aut locutio omni gratia Diuina prior eſſe poteſt. *In ſacris litteris, cum dicitur conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos,* ait Conc. Trid. *Libertatis noſtra admonemur: cum reſpondemus: Conuerte nos Domine, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.*

ſeſſ. ſexta. cap. 5.

Ex locis diuinarum litterarum, quæ actionem humanam ſubſequente aliqua gratia priorem eſſe oſtendunt, ſunt hæc. *Miſericordia tua ſubſequetur me. pſalmus.* 22.

Mane oratio mea præueniet te pſalm. 87. *Præueni in maturitate, & clamaui. pſalm.* 118. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo. ibidem.*

Cõc. Trid. verba. Vocatio, qua homines, nullis eorum meritis exiſtentibus, vocantur: vt qui, per peccata à Deo auerſi fuerant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperando, diſponantur, pręueniens gratia à Trid. Concilio ſeſſ. ſexta, cap. quinto appellatur, vbi etiam tradit, non poſſe hominem, ſua libera voluntate, ſine Dei gratia, ſe ad iuſtitiam meruiſſe.

An autem habitus gratiæ. De hac re pauca ſuperius. Vide Bellarm. cap. ſexto, loco citato, vbi, varijs recenſitis opinionibus, docet, gratiam gratum facientem non diſtingui, re, ab habitu caritatis, quam ſententiam probabilem putat Val. tomo q. P. 2. d. 8.

14 *Virtus eſt.* De virtutibus doctè, diligenter, & apertè diſſerit Greg. de Val. tomo ſecundo, diſtinct. 5. breuius Azorius tomo primo, libro tertio, Inſtitutione Moral. à cap. 25. Virtutum aliæ ſunt intellectuales, aliæ morales, aliæ Theologicæ. Moralium aliæ infuſæ diuinitus, aliæ humana induſtria acquiſitæ. Ariſtoteles quinque enumerat virtutes intellectuales, quæ ſunt. Ars, ſcientia, Prudentia, ſapientia, Intellectus; de quibus D. Thom. primo, ſecundæ quæſtione quinquageſima ſeptima, & Val. quæſtione tertia, parte ſecunda, loco citato.

Virtutes morales actionem ſpectant. Sic appellantur, vel quia aſſuetudine acquiruntur, conſeruantur, & muniuntur, vel quia bonos humanæ vitæ mores habent pro obiecto, materiaque, in qua verſantur. Ex ijs alię verſantur circa operationes, aliæ circa paſſiones. Quę circa operationes, ſunt decem. Iuſtitia, Religio, Pietas, Obſeruantia, Veritas, Gratitudo, Vindicatio, Liberalitas, Magnificentia, Amicitia. Quæ circa paſſiones, ſunt Temperantia, Liberalitas, Philoſomia, Magnificentia, Magnanimitas, Veritas, Amicitia, Eutrapelia, fortitudo, Manſuetudo.

D. Tho. 1. 2. q. 59 60

At quatuor ſunt præcipuæ virtutes, (cardinales appellatæ) inter eas, quæ circa morale bonum rectæ rationi congruum verſantes, morales dictæ ſunt, Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo.

De moralibus virtutibus infuſis, vide, ſi libet, D. Thom. prima ſecundæ, quæſtione 63. Val. quæſtione ſexta P. prima loco citato, Azorius, cap. vigeſimo octauo, loco citato.

Theologicæ ſunt tres Fides, Spes, Caritas, quæ diuinitus infunduntur. Vide D. Thom. quæſtione 62. Valentia, quæſtione quinta, loco citato, Pænitentia quoque virtus diuinitus infunditur. Sed de his pluribus hic agere, opus non eſt.

Quædam præterea ſunt non virtutes, ſed ſemi virtutes: de quibus Azorius cap. 27.

Quæ faciunt bonum habentem. Theologi, Auguſtino magiſtro, definiunt, aientes eſſe bonam mentis qualitatem, qua rectè vtimur, qua nullus male vtitur, & quam Deus in nobis, ſine nobis operatur: At hæc definitio non eſt moralis virtutis acquiſitæ, ſed virtutis diuinitus infuſæ; vt obſeruat D. Thom. prima ſecundæ quæſtione 55. articolo quarto. Acquiſitam moralem virtutem Ariſtoteles libro ſecundo, Ethicorum cap. ſexto, definit, eſſe habitum, quæ poſſumus eligere bonum in mediocritate conſiſtens, prout ſapientis, ideſt prudentis ratio præſcribit.

Peccatum mortale non poteſt eſſe ſimul cum caritate. Peccatum mortale, gra-

tiam

Digitized by Google

tiam, caritatemque (ſiue differat hæc ab illa, ſiue ſit idem, re) alias etiam virtutes, per caritatem formatas, expellit. Fidem, & ſpem informes, acquiſitaſque virtutes non expellit. Virtutum infuſarum, quatenus virtutes ſunt, caritas eſt radix: ei autem lethale piaculum aduerſatur: veniale ſcelus non pellit virtutes infuſas, aut acquiſitas. Fidem à charitate perfici, tamquam à forma, Theologi docent 3. ſent. d. 23. de qua re Val. t. 3 d. 1. q. 4. p. 3. Fidê informem ſine caritate eſſe, poſſe in homine, definit Trid Conc. ſeſſ. 6. can. 28. De hac re contra hæreticos diligenter, eruditeque diſputat Valentia. parte quarta, loco citato.

D. Th. 1. 2. q. 71. ar. 4. V. Con. Tri. ſeſ. 6. c. 15.

V. ibi c. 15.

Quamuis autem dictum ſit, lethali crimine fidem non amitti, cum Concilio Trid. tamen infidelitatis peccato fidem infuſam amitti confiteor. Idem docuit S. Th 2. 2. q. 5. art. 3. & Bannes, cum communi, certaque ſententia, confirmata a Val. q. 5. p. 3. l. c. quamuis diſſentiat Dur. in 3. diſt. 23. q. 9.

Seſ. 6. c. 15.

Quoque eſt habitus. Vel habitum, vel qualitatem per modum habitus in homine permanentem, eſſe gratiam (quam, re à caritate non differre putat) tradit Bellar. lib. 1. cap. 3. de gratia, & libero arbitrio.

c. 6. l. c.

Caritatem non eſſe in nobis Spiritum Sanctum; Sed creatam virtutem oſtendit Bellar. cap. 8. l. c. contra Petrum Lombardum; qui dilectionis principium in nobis ſpiritum S. eſſe (non habitum infuſum; ut ſunt habitus fidei, ſpei, aliarumque virtutum diuinitus infuſarum) falſò dixit.

V. eunde Bellar. ca. 3. l. c.

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD PRÆLVDIVM ſextum.

D. Martini Nauarri, Notæ, & Appendices.

De actu Humano.

De actibus à voluntate imperatis S. Tho. 1. 2. q. 17. Medina, Vaſquez, & Val. ad eundem locum. De humanis actibus Io. Azorius t. 1 lib. 1. a ca. 1. Inſtit. mor. Laus omnis, aut vituperatio officij cuiuſcunque in humanis actibus conſiſtit: quare moralis theologiæ ſtudioſus diligentem nauet operam; vt, que vtiliter à Doctoribus de hac re tradita ſunt, perdiſcat. De voluntario in humanis actibus S. Th. 1. 2. q. 6. ar. 1.

Definitur. Actus humanus eſt actio hominis deliberata; quæ, ſcilicet, ex deliberatione rationis proficiſcitur. Si virgo præciſa vi violetur, diſſentiente penitus voluntate, humano actu ſtuprum non patitur: quia id non promanat à ratione, à voluntate: egregium eſt ſanctæ Luciæ virginis dictum. Si inuitam iuſſeris, violari, palma mihi duplicabitur ad coronam. Actus inferentis ſtuprum, quia à voluntate deliberante manat, actus humanus eſt; ſed turpiſſimus, peſſimus, æternis flammis, puniendus. Voluntatem ad agendum cogi, non poſſe, ſcribit S. Thom 1. 2. quæſt. 6. artic. 4. Vide Medinam, Vaſquez in eundem locum Greg. de Val. tom. diſt. 2. par. 3. Azoriũ l. c. cap. 9.

Factos metu. Communis eſt Philoſophorum, & Theologorum doctrina, ea, quę ex metu efficiuntur, ſecundum quid, eſſe inuoluntaria, voluntaria ſimpliciter V. D. Th. & Interpretes l. c ar. 6. Val. p. 4. Tractatio de metu ad multa in rebus moralibus explicanda vtiliſſima eſt; ad totũ argumentũ recte precipiendũ ſedulo incũbat diligẽs Cõfeſſarius. Agũt de metu ſummarũ ſcriptores V. Metus, Cou. p 2. cap. 3.

cap.tertio, §.4 5.de matrimonio,& ſponſal. Io Azorius, cap.10.11. loco cit. Sanchez de matrimonio, D.lib.7. D.quinta, Leſſius lib. 2. D.6. cap.17. de Iuſtitia, & iure. extatque in iure titu. De ijs, quæ vi, metuſve cauſſa fiunt. De metu in voto Suarez tom.2.de Religione, libro primo, cap.7.8.de Voto. Votum, metu iniuriosè incuſſo, emiſſum quidam naturæ, Leſſius, & nonnulli alij poſitiuo iure irritum eſſe, cenſent.

Li.4. multi.

Lib.2. ca. 40.diſt.1. de iuſt.

Omiſsio. Illud indirectè voluntarium eſt, quod ita pendet à voluntate, vt voluntas poſſit, & debeat id impedire, & non impediat; vt nauis ſubmerſio; quæ ideo fluctibus obruta eſt, quia nauta debuit, & potuit eam conſeruare, & non conſeruauit, bene eam regendo: hoc autem voluntarium eſt indirectè, quod poteſt eſſe, abſque omni actu. Vide D.Tho. 1.2.ar.3.Val lo.cit.

5 *Factum per vim puram.* Conſule D. Thom.artic.quinto, Valquez, Medinam, ibdem Val.par.3 loco cit. qui cum dixerit, (quod alij docent) voluntatem, quo ad actus internos, ſiue elicitos, non poſſe cogi, neque per diuinam potentiam, ſequitur Durandum docentem, negatiuè cogi, poſſe.

Reſcindi poſſit. Nonnullas quæſtiones huc ſpectantes habes apud Azorium, capit,11.loco cit.

Vt matrimonium. De metu matrimonium irritante inferius cap. 22. à nu.50. Sanchez lib.4.

6 *Etiamſi moueatur.* Sanct Thom.art. 4. ad primum dicit, à Deo voluntatem moueri poſſe, non autem cogi. Rom.5. *voluntati enim eius quis reſiſtit?* De hac re, Val.par.tertia, loco citat. Voluntatem non moueri à Deo ex neceſſitate, ſcribit Sanct. Thom. quæſtione decima, artic.4. loco citato.

7 *Per concupiſcentiam.* Voluntatem indirectè, atque ex parte obiecti à ſenſitiuo appetitu moueri interdum, traditur à D. Thom.prima ſecundæ, quæſtione 9. artic.ſecundo; at non efficit concupiſcentia inuoluntarium; vt idem docet artic. ſeptimo, quæſtio.ſexta, Vide Val.par.5. loco cit. Vaſquez, Medinam ibidem. Azorium, cap.17.

8 *Ignorantia.* De ignorantia ad alium huius libri locum agetur. Agit de illa D.Thom.art. octauo, Medina, Vaſquez, & Valen.par.ſexta, Azorius tom.primo, à ca.12. vſque ad 16.incluſiuè.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD PRÆLVDIVM Septimum.

D.Martini Nauarri, Notæ & Appendices.

De actu humano bono & malo.

De bonitate, & malitia humanorum actuum, diſſerunt D.Thom. 1. 2.quæſt. 18.Medina, Vaſquez ibidem, Valent.tom.2.diſt.2. quæſtio.13. Azorius to.1. lib.2. Mor.Inſtit. De meritis operum Bellarm.lib.5.de Iuſtificatione, cap.4.

Actus humanus bonus eſt, ſi cum recta ratione conſentiat, aut ſecundum prudentiæ legem, conſentire cenſeatur: malus autem, ſi rectæ rationi repugnet, aut, iuxta prudentiæ documentum, repugnare putetur. Prima autem bonitas, in humanis artibus, ab obiecto ſumitur.

Meritum. Actus humanus bonus meritorius, ſeu meritum, ideo appellatur, quia mercede dignus eſt. Actio hominis bona inde habet rationē meriti, quia homo libero arbitrio ſe ipſum mouet, ad bene agendum, vt eruditè indicat D. Thom.prima ſecundæ, quæſtio. 114 ar.1. Iuſtorum opera vitæ æternæ merita eſſe, probat Bellarmin. lib.5.à c. 2. de Iuſtificatione.

Vide Bellar. lib.5. c.10.de iuſtif.

Meritum in bonam acceptum partem ex D.Thom. doctrina loco cit. ſic deſcribit Valen.tom.ſecundo, diſtinct.8. quæſtione ſexta, par.prima. Meritum eſt liberum opus bonum ex gratia manans, aliqua ratione, ad Deum ſpectans, quod proinde ſecundum aliquem æquitatis, ſeu iuſtitiæ modum mercede aliqua à Deo ſit compenſandum. Cum homo à Deo diſtet infinito interuallo, vt inter vtrumque inæqualitas maxima ſit, ſecun-

Digitized by Google

cundum abſolutam æqualitatem iuſtitia hominis à Deo eſſe nequit, ſed tantum, ſecundum quandam proportionem; quatenus vterque ſecundum ſuum modum agit. Modus virtutis humanæ homini à Deo eſt, quare humanus actus rationem meriti non habet, niſi ex Diuinæ diſpoſitionis præſuppoſitione: decreuit enim Deus dare homini, ob bonum actum, quaſi mercedem, ad quàm huic ille virtutem agendi dedit. Non efficitur autem Deus ſimpliciter homini debitor, ſed ſibi ipſi; nam ordinatio eius impleri debet. Ex D.Tho.loc.cit. Vide etiam Val. par.2.loc.cit.

2 *Simplex ſiue de condigno.* Meritum de condigno, propriè dictum eſt illud; quod ex Val. ſuperius deſcripſi. Meritum impropriè dictum vocatur meritum de congruo: quod licet, ſecundum aliquem iuſtitiæ modum mercedem non promereatur, ex quadam tamen honeſtate decet; vt aliquo modo compenſetur. Ad meritum de condigno ſtatum gratiæ requiri, docet communis Theologorum conſenſus, docet eccleſia vniuerſa in Concil. Tridentino, ſeſſio.6.cap.16. docet Pius V. in quadam Conſtitutione; quam Gregor. XIII. renouauit, probat Card. Bellarm.cap.12.loco citato. Bona opera, ex natura ſua, æternæ vitæ meritoria non ſunt, ecluſa gratuita Dei promiſſione. *Et tamquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis fideliter reddenda.* ait Concil. Trident. ſeſſio. ſexta, capit. vltimo. Probat hoc Bellarm. capit. 14. Val. par. ſecunda, loco citato. Vide D.Thom. prima ſecundæ, quæſt.114. art.1. ad tertium, art.4. in corp. & q.111. art.1. ad ſecundum.

1579. 4 Kal. Feb.

Manat igitur ex gratuita Dei ordinatione, & promiſſione æternæ vitæ meritum: &, in homine, qui æternæ vitæ mercedem, ex condigno promereri cupit, neceſſarius eſt omnino gratiæ ſtatus: neceſſe eſt, ſcilicet, vt à lethalis piaculi impuritate alienus, Dei filius, & amicus iuſtificantis gratiæ beneficio effectus ſit: vt indicaui ſuperius, ex Theologorum doctrina, & Concil. Trident. ſeſſio. ſexta, canon. trigeſimo ſecundo; in quo habemus, iuſtificatum bonis operibus per Dei gratiam & Ieſu Chriſti meritum, augmentum gratiæ, vitam æternam, ipſiuſque æternæ vitæ (ſi in gratia obierit) adeptionem, gloriæque augmentum promereri.

Nullam creatam naturam, ſine ſupernaturali dono, quod dicitur gratia, ſufficiens principium actus vitę æternæ meritorij eſſe, poſſe, oſtendit Sanct. Thomas prima ſecundæ. quæſtione 114. art.2. Medina aliique Interpretes: Valen. par. tertia, loco citato.

Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. ait D.Paulus. 1.Corinth. 13. *Sine me nihil poteſtis facere.* Ioan. 15. & Conc. Arauſicanum, can.18. hæc habet. *Debetur merces bonis operibus ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant;* & Trident. ſeſſio. ſext, cap. decimoſexto, nos docet, Chriſtum in iuſtificatos iugiter virtutem influere, quæ bona eorum opera ſemper antecedit, & concitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent.

Refellitur hinc Pelagij hæreſis, qui hominem, ſine ſupernaturali gratia, id omne efficere, poſſe, cenſuit; quod ad æterna præmia aſſequenda, ſatis eſt. Vide Diuum Auguſtinum libro de hęreſ. hæreſi 88.

Opera bona iuſtorum non eſſe æternæ vitæ meritoria, niſi ex charitate procedant; probat Bellarmin. capit 15. loco citato, vt probabilius: non enim cenſet improbabile, eſſe æternæ vitæ meritoria iuſti, caritateque expoliti viri opera, etiamſi actu à caritate non imperentur. Diuus Thomas artic. quarto, principem meriti æternæ vitæ locum charitati tribuit. Meriti æternæ felicitatis, ex condigno, gratia gratum faciens eſt quaſi primum principium, proximum huic eſt charitas: debent autem opera iuſtorum bona in Deum, actu, aut virtute referri, ſi quis ijs velit, æternam mercedem mereri. 1.Corinth. 13. Sic ſentit, poſt Caietan. Sot. & alios, Gregor. de Valen. par. tertia, loco citato. Implicitè, ſeu virtute, bonum opus à iuſto in Deum refertur, ſi ille prius aliquando ſe, ſuaque in ipſum actu retulerit charitatis. Explicitè bonum opus in Deum neceſſariò referendum eſſe, arbitratus eſt Durand. ſecundo, diſtinctio. 40. quæſtio ſecunda:

V. 1. Cor. Si habuero.

Digitized by Google

Sed parum probabiliter,fortaſſe.

Altiſiodorenſis opinio, putantis,præcipuum meriti principium eſſe fidem,ab omnibus bene ſentientibus exploditur: nullo enim nititur fundamento,& fauet, aliquo modo, recentiorum hæreticorum deliramẽtis,(vt notauit Bellarm. loco c.) qui putant bonis operibus, non tamquã meritis, ſed tãquam fidei fructibus æternam dari mercedem. Vide Val.P.4.loco citato.

Meriti quantitatem ex bonitate actus, quam habet ab obiecto,& circunſtantijs, quidam, Victoria, & Val.l.c.ex quantitate gratiæ, & caritatis æſtimandam eſſe opinantur.

Iuſtorum opera vitam æternam, ex cõdigno, mereri, probatur à Bellarm. c.16. l c. vbi varia de merito referuntur dicta; non ſolum ratione pacti,ſed etiam ratione operum c.17.

Meritum bonorum temporalium de condigno non poſſe, habere locum in homine, qui caret gratia,probabilius videtur Val.loco citato Vide D. Thom.art. 10..loco citato.

Quæ ſit meriti, de condigno, materia, explicat diligenter Val. P. 4. Bona iuſtorum opera æternæ vitæ meritoria eſſe,ex fide exploratum eſt.Vide Val.loco citato, & Concilium Tridentinum ſeſſ. ſexta, can. 26.

2 Meritum ſimplex, ſeu de condigno, eſt, quod meretur gratiam, & gloriam. Hic ſiſte,lector;verbaque. *Quod meretur gratiam.* explica. Quod meretur augmentum gratiæ: Prima enim gratia non cadit in meritum;cum ſit meriti radix. Vide D. Thom.1.2.q.114. art. 5. Eſt dogma fidei, contra Pelagianos. Homines iuſtificari gratis, *Per gratiam ipſius,per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*, ait D. Paulus Ro. 3.& Conc.Trid.ſeſſ.ſexta,cap.5.declarat, exordium iuſtificationis in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt ab eius vocatione, qua, nullis eorum exiſtentibus meritis,vocantur. Vide Bellarm. c 21.lib 5.de iuſtificatione.& lib.5.de gratia, & libero arbitrio,Val.loco citato,Conc. Arauſic. cap.vlt.

Vide Val. loco citat.

Iuſtificatos bonis operibus augmentũ gratiæ,vitam æternam,illius adeptionem gloriæque augmentum mereri; decernit Concilium Tridentinum, ſeſſ.ſexta,can. 24.32. Vide D. Thom. art. 8. loco citato Medinam ibidem, Val.loco citat.§.Quinto aſſerimus.

Reparatio,poſt laſpum,& perſeuerantia in finem vſque in meritum, de condigno,non cadit. Vide Bellarm. cap.22.loco citato, D.Thom.1.2.quæſt. 114.artic. 7.9.Medinam ibidem. Val.loco citato. §. Tertio,& §.Quarto aſſerimus.

Nemo poteſt alteri gratiam, & vitam ęternam ex condigno, pro mereri. Conſule D. Thom.art. ſexto, Interpretes ad eundem locum:& Greg.de Val.P.5.loco citato. Ex congruo poteſt, quis alteri mereri.

5 *Peccatum eſt dictum*. D. Ambroſ. libro de Paradiſo cap.8.definit,peccatum eſſe Diuinæ legis tranſgreſſionem,& inobedientiam cęleſtium mandatorum. De D. Auguſtini definitione Azorius libro quarto,cap. 1.tomo 1. Inſtit.Mor.per legem æternam, aut diuinam, aut cęleſtia mandata rectam rationem intelligi, poſſe, ait Azorius loco citato; Ita vt peccatum ſit actus factus, vel omiſſus contra rectam rationem. De peccati definitione Vide D.Thom. 1.2.quæſt.71.art.ſexto,& Interpretes. Val.diſtinct. ſexta,q. P. 1.tomo ſecundo, vbi ſex peccati definitiones refert.

Lex æterna. De lege æterna D. Thom. 1.2.quæſt.93. Interpretes ad eundem locum,Sot.de Iuſt.& iure lib. primo,quæſtione tertia;Greg.de Val tomo ſecundo diſtinct. 7. quæſtione tertia, communia naturalis legis principia incommutabiles æternæ legis regulas appellat D. Auguſt. libro de vera religione cap.31. Quicquid in rebus creatis efficitur æternæ legis materia eſt: Leges omnes ab hac lege deriuantur.Vide Val.P.4.loco citato.

Bellarm. lib. 1.ca. 1 de ſtatu peccati.

10 *Peccatũ originale infantis* Præludio ſequenti de originali peccato nonnulla addentur.

11 *Peccatum veniale*. mortale ſcelus vita ſpirituali animam priuat; ideſt gratia,& charitate: veniale Deum lædit,at non ita humanum animum ab eo ſeiungit,vt caritatis inter Deum, & hominem communicationem impediat. De venialibus loquitur D.Ioan. primo, cap.Primo. Si dixerimus;quoniam peccata nõ habemus, ipſi nos ſeducimus. teſte D. Auguſtinus

libro

Digitized by Google

libro cap. tertio, contra duas epiſtolas Pelag. Mortale peccatum in ijs verſatur, quæ ſunt circa finem: veniale in ijs, quæ ad finem referuntur, (Vide D. Thom. prima ſecundæ, queſtione 88. art. primo) à caritatis officio hominem auocat veniale peccatum; mortale à Diuina gratia, à caritate, à Deo, qui vltimus finis eſt, ſummumque bonum, auertit, & ſeparat. Mortale contra præceptum Dei eſſe, veniale contra conſilium, dixit Scotus: Sed ab alijs hoc diſcrimen reijcitur, quia agere cõtra conſilium non eſt peccatum. Scotum mitius interpretatur Io. Azorius lib. quarto cap. nono, tom. primo Mor. Inſtitut. vbi de differentia mortiferę, & venialis culpæ diſſerit. Vide Valentiã tomo ſecundo, diſtinctione ſex. quæſtione decimaoctaua, Bellarminio libro primo, de ſtatu peccati; cap. tertio, & nono. Venialis à mortali diſtinctionem oſtendit Bellarm. cap. 9. cit.

Iouinianus omnia peccata eſſe paria; Pelagiani, quolibet peccato Diuinam gratiam amitti, falsò aſſeruerunt. Catholicum dogma eſt, quædam peccata leuia eſſe, ijsque non amitti Diuinam gratiam. *Septies in die cadit iuſtus.* Prouerbio vigeſimo. Gregor. decimotertio conſtitutione edita 1579. hunc articulum refert, & damnat. *Nullum eſt peccatum ex natura ſua veniale; ſed omne peccatum meretur pœnam æternam.* Vide Val. p. 1. loco citato, Azorius cap. octauo de ſententia Gerſonis idem Azorius quæſtione tertia, cap. nono, loco citato.

Sed præter legem. Durandus veniale piaculum contra legem Dei eſſe, dixit Dei lex eſt recta ratio, peccata etiam venialia, cum rectæ rationi repugnent, Diuina lege vetita ſunt; at nullum veniale peccatũ eſt contra ſpecialem Dei legem de acquirenda, aut conſeruanda eius amicitia. Cõſule Azorium, cap. 8. q. 3. loco citato, Iuſti Dei mandata ſeruare poſſunt; quamuis in venialia peccata labantur, hanc enim ob rem non deſinunt eſſe iuſti. Concilio Tridentino ſeſſ. ſex. cap. 11.

Poſſe hominem in tota vita omnia venialia peccata (niſi ex ſpeciali priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Eccleſia) vitare. eſt error damnatus à Trid. Syn. ſeſſ. ſexta, can. 23.

Hominem in ſtatu innocentiæ venialiter potuiſſe peccare, negat D. Thom. prima, ſecundæ quæſtione 89. art. 3. affirmant Scotus, 2. ſent. diſtinctione 21. & Gabriel ead. diſtinct. ſententiam D. Thomæ, vt probabiliorẽ, amplectitur, Val. 1. 19. p. 2. loco citato Bellar. libro tertio, de ſtatu peccati cap. 8. Pererius in Geneſim libro 5. q. 2. de gratia primi hominis.

Si de Angelis quæras, neque bonos, neque malos veniale culpam patrare, poſſe D. Thom. auctor eſt loco citato articulo quarto.

Veniale peccatum triplex eſt, ideſt ex genere ſecundo, ex leuitate materiæ, tertio ex imperfectione actus. Veniale ex leuitate materiæ, actusque imperfectione cognoſci facile poteſt; non verò veniale ex genere. Peccata, quæ Dei, aut hominis caritatem grauiter offendunt, mortifera eſſe, ex genere, affirmant, certa regula Theologi. De his Azorius cap. 9 q. 7. 8. loco citato, alias partitiones peccati venialis leges apud Bellarm. lib. primo, cap. 3. de ſtatu peccati.

Veniale ad mortale diſponit D. Thom. q 88. art. 3.

Vtrum veniale fieri poſſit mortale, ar. 4. Vtrum circunſtantia ex veniali mortale facere poſſit art. 5. Vtrum mortale veniale effici queat art. ſexto De his Azorius cap. nono, loco citato, diligenter.

De modis, quibus venialia delentur Azorius loco citato, cap. 10. Vide Bellar. lib. 1. cap. 14. *de purgat lib. 3. ca. 7 de cultu ſanctorũ.*

Mortalia omnia peccata per dilectionis gratiã, quæ infunditur, cum remiſſione peccatorum, homo vitare poteſt. Vide Conc. Mileuit. c. 4. Bellarm. lib. 2. cap. 14. de Pænit. col. 3. *D. Tho. 3. p. q. 83. a. 3*

13 *Vitium.* Peccatum eſt priuatio, vitiũ mala quædam habitualis qualitas: interdum tamẽ vitium, vocabulo latè ſumpto, ſignificat peccatum Vide Val. tom. ſecundo diſt. 6. q. 1. p. 2. Vide Azorius, tom. 1. lib. 4. c. 1. Inſt. Mor.

Priuatio boni dicitur malum, & nihil. Vide Azorium lib. 4. c. 1. tom. 1. q. 6. Per Deũ facta ſunt omnia; ſed Deus non eſt auctor peccati. ergo peccatum nihil.

19 *Interior, & exterior.* Vide quæ Val. tom. ſecundo diſtinct. ſecunda quæſtione 15. P. tertia, Concilio Tridentino omnia peccata mortalia, quorũ poſt diligentẽ diſcuſſionẽ, homo conſcientiã habet, etiam occul- *Seſſ. 14. c. 5 & can. 7*

Digitized by Google

occultiſſima, in confeſſione recenſendā eſſe, ſtatuit.

23 *Reatus*. De reatu Bellar. de amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati lib. 5. c. 7. 19. De reatu concupiſcentiæ c. 13.

24 *Actus indifferens*. De hac re D. Th. 1. 2. q. 18. a. 8. 9. Medina, & alij explicatores Angelici doctoris; Greg de Val. t. 2. d. 2. q 13. p. 5. Actus aliquos ſecundum ſpeciem ſuā, nec bonos nec malos eſſe, ſed indifferentes, eſt communis Theologorum ſententia, probata Val. l. c. V. Azorium t. 1. l. 2. c. 4. Inſtit. Moral q. 3.

25 *Quam vanè & ſtultè*. De nonnullis erroribus hæreticorum circa actuale peccatum Bellar. lib. 1. de Amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati.

Iouinianus, & Pelagius mortalis & venialis peccati diſcrimen nō agnouerunt. Vuicleffus oīa peccata mortalia cenſuit. Recētiores hæretici diſcrimē inter mortalia venialiaque ſcelera non cognoſcunt.

Lutherus omne viri iuſti opus, ex ſua natura, mortale peccatum eſſe, dixit; veniale vero, ex Dei miſericordia.

Melancthon alias hæreſes euomuit. Caluinus partim Iouinianum partim Lutherum partim Vuicleffum ſecutus eſt. Vide Bellar. lib. 1. c. 4. cit. qui cap. 5. 6. Iouinianum, & Pelagium refellit. c 7. Vuicleffum, Caluinumque cap. 8. Lutheranos confutat.

Hæreticorum de primaria cauſſa peccati errores recenſet, diluitque idem Bellar. lib. 2. de Amiſſ. gratiæ, & ſtatu peccati.

Multi Deum ipſum perennem bonorum omnium fontem, & ſanctitatis abyſſum, peccati auctorem exiſtimarunt quā hæreſim in Zuinglio, Caluino, & Beza agnoſcit eruditiſſimus Bellar. c. 4. l. c. oſtēditque cap. 5. ſequi ex eorum hæreſi, inſignem, ſacrilegamque blaphemiam, Deū, ſcilicet, verè & propriè peccare.

Ex fide certiſſimum eſt, Deum peccare non poſſe, nec eſſe peccati auctorem. Deuter. 32. *Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate*. Rom 9. *Numquid iniquitas apud Deum? abſit*. 1. Io 3. *Peccatum in eo non eſt*. Pſ. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es*. 2. Pet. 3. *Deus neminem vult perire*. Oſee. 13. *Perditio tua ex te Iſrael, tantum modo in me auxilium tuum*. Vide alia ſacrarum ſcripturarum teſtimonia apud Bellar. cap. 8. teſtimonia Patrum cap. 9. rationes cap. 10. l. c.

Nullus homo ſapiens auctor eſt; vt homo deterior efficiatur: & Deus, ſapientia increata, auctor eſſe poterit; vt homo deterior fiat. Deus peccaret, ſi peccati auctor eſſet; quandoquidem vellet homines peccare, quod crimen eſt, ſed peccare non poteſt (neque enim Deus eſſet, ſi peccare poſſet) ergo neque peccati auctor eſſe.

Beguardorum, & Beguinarum error fuit, poſſe hominem in hac vita ad eum perfectionis gradum peruenire, vt impeccabilis reddatur, & in gratia proficere nequeat. Damnauit hanc hæreſim Clemens. V. in Conc. Viennenſi Clem. Ad noſtrum de Hæret.

Peccata baptiſmo tegi, ſed non tolli, Origeniſtarum hæreſis fuit. V. Bellar. lib. 1. de Baptiſmo cap. 13.

Irremiſſibilia. Peccata in ſpiritū S. irremiſſibilia uocantur 1. quia peccantes in Spiritum S. vt plurimum, non reſipiſcūt. 2. quia directe aduerſātur gratiæ, qua peccata tollūtur. 3. quia peccātes, ex malitia nihil in ſe habet, vnde indulgētiam, veniamque promereatur. Sed tamen abſolutè ſunt remiſſibilia. V. Bellar. l. 1. c. 17. de Verbo Dei, lib. 3. c. 4. de Purgatorio, lib. 2. cap. 16. de Pęnit. Val. t. 3. d. 1. q. 14. p. 3. *Iouinianus*. V. Bel. l. 4. c. 9. de notis Eccleſiæ.

A N-

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD PRÆLVDIVM Octauum.

D. Martini Nauarri, Notæ, & Appendices.

De Peccato originali, quod eſt vna peccati ſpecies.

DE peccato originali D. Th. l. 4. cont. G. à ca. 5. & 1. 2. q. 81. 82. Medina, & alij explicatores, Greg. de Val. in 1. 2. diſt. 6. q. xi. xii. xiii. Cardinalis Bellar. lib. 4. 5. 6. de Amiſſ. grat. & ſtatu peccati. Tapperus in explic. ar. 2 Parua li. 3. ortodox. explicat. Vega in Conc. Trid. lib. 2. Theodorus Peltanus. Lindanus in Panoplia, alijque multi necterici: olim Alenſis 2. p. q. 122. Alb. Mag. 2. P. tract. 17. Ægidius Quodl. 6. q. 19. Scholaſtici in 2. diſt. 30. 31. D. Anſel. lib. de conceptu virg. & pecc. orig. D. Aug. primus omnium multis in locis.

Nomine peccati originalis, intelligunt Theologi macu'â quandam, ſeu defectû, qua homo ab Adamo per generationem ſeminalem, naſcens, in ipſo originis ſuæ momento ita inficitur; vt eo, tamquā veri nominis ſcelere, inimicus Dei conſtituatur, uarijs mortalis vitæ anguſtijs ſubijciatur; cæleſtium bonorum ſpe priuetur; ſi hæc macula diuino remedio non tollatur.

V. Val. t. 2. D. 6. q. xi. p. 1.

Controuerſiam de Peccato originis. D. Auguſtini tempore ortam, inter grauiſſimis catholicæ fidei controuerſias collocat Card. Bell. lib. 4. c. 1. de ſtatu peccati; omneſque de eo quæſtiones ad tres reuocari poſſe, opinatur 1. An ſit aliquod originale peccatum 2. Quid ſit 3. Quę illi ſtatuta pœna.

Pelagius, eiuſque diſcipulus Cæleſtius Adami crimen non poſteris, ſed illi ſoli damnum attuliſſe, arbitratus eſt. Anabaptiſtæ, Albigenſes, Petrus martir. Abailardus, Huldrichus, Zuinglius: alijq; nō pauci ad eumdem lapidem impegerunt.

Catholicæ fidei dogma eſt, ex Adami ſcelere in eius filios traduci maculā, quæ veri nominis, peccatum eſt. Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.* & inferius. *Per inobedient tam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. In Adam omnes moriuntur.* 1. Cor. 15. Alia ſacrarum litterarum, idem docentia, teſtimonia habes quod Bellar. ca. 3. 4. l. c. teſtimonia Patrum c. 5. Conciliorum definitiones c. 6. Rationum momenta c. 7. Concilia ſunt, Paleſtinum in Oriente, in Occidente Mileuitanum, & Cartaginenſe ex Africa, Toletanum ex Hiſpania, Arauſicanum ii. ex Gallia, Mogūtinū ex Germania, Duo, poſtremis temporib. generalia Florentinum, & Tridentinum. ab hoc, ſeſſ. 5. in decreto de originali peccato, priſcorum Mileuitani, & Arauſicani Conciliorum decreta renouantur. Audias ſacram ſynodum. *Si quis Adæ praeuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit, nocuiſſe, & acceptam à Deo Sanctitatē, & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eam perdidiſſe, aut in quantum illum, per inobedientia peccatum, mortem, & pænas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem, & peccatum, quod mors eſt animæ: anathema ſit: cum contradicat Apoſtolo dicenti. Per vnum hominem.* & c. Rom. 5.

V. Conc. Tri. ſeſſ. 5. in Decreto de Peccat. orig.

V. et Val. l. c.

Huic de peccato originali argumento lumen præbet originis animæ cognitio, de qua nonnulla ad Præludiū. Primum dicta ſunt.

Traduci originis peccatum in Adæ poſteritatem, notiſſimum eſt: qua ratione traducatur, obſcuriſſimum. Carnem infectam traduci quia cum æſtu libidinis gignitur, & carne infecta, animam infici, nonnulli putarunt; hæc ſententia falſa eſt Adami enim animā corrupta fuit prius, quam corpus: & caro, ante acceſſum animæ, peccato vitiari non poteſt. Alex. 2. p. q. 105. m. 4. & alij animam in carne infici, exiſtimarunt; non quod in carne reperiatur peccatum, proprie dictū; vel quia anima à carne infici queat; Sed quia caro iuſtitia originali priuata rationi aduerſatur, eam deprimit, obliquamque facit; Obliquitas huiuſmodi peccatum exiſtimatur.

Vtramque ſententiam confutat Bellar. & cum D. Th. 1. 2. q. 81. ar. 1. cum Scoto, &

Digitized by Google

& Dur. in 2. diſt. 31. docet, hoc ſolum, vt originalis labes traijciatur, requiri, ut homo, per veram ſeminis propagationem, Adami filius ſit. Quicunque enim in Paradiſo in lumbis Adæ fuit, cum is diuinã legem violauit; ſceleris eius particeps fuit: In illo enim omnes peccaſe, ait D. Paulus Rom. 5 Lex toti generi humano in Adamo parente propoſita fuerat; Adami voluntate peccarunt poſteri omnes, ab eo via generationis, propagati; excepta B. Virgine; quæ, ex miro priuilegio, originalem labem, vt piè credere licet, non fuit experta.

Alenſ. 2. P. q. 121. alijque nonnulli, originis peccatum in priuatione iuſtitiæ formaliter, in concupiſcentia materialiter collocatum eſſe, affirmarunt.

D. Anſel. lib. de conceptu Virginis, priuationem iuſtitiæ debitæ originale ſcelus autumat.

D. Th. 1. 2. q. 82. ar. 1. in corp. originalẽ noxam inordinatam vocat diſpoſitionẽ, manantem ex eius harmoniæ diſſolutione, in qua originalis iuſtitiæ ratio poſita erat, & ad primũ addit, nõ ſolum eſſe puram priuationem iuſtitiæ originalis, cum inordinata partium animæ diſpoſitione, ſed etiam quendam corruptum habitum ar. 3. vocat D. Th. eandem noxam originalis iuſtitiæ defectum, formaliter; materialiter concupiſcentiam, quam ſententiam veram, communemque appellat Val. D. 6. q. 12. p. 1. §. Aliorum: & multi, qui verbis ab hac diſſident ſententia, re non diſſident. Card. Bellar. lib. 5. ca. 17. De amiſſ. grat. & ſtat. pecc. originis culpam, iuſtitię originalis carentiam, ſiue habitualẽ auerſionem, voluntatiſque obliquitatem nominat: & maculam, quæ animam Deo reddit inuiſam, dici poſſe, ait.

Peccatum accipitur duobus modis. Primo, pro actione, qua violatur lex conſciẽtiam obligans; ſecũdo, pro eo, quod ineſt animæ, poſt legis violationem: homo nõ ſolum, dum peccat, ſed etiam poſt peccatum, donec reſipiſcens ad Deum redeat, Deo eſt inuiſus, ab eoque (ſi crimen lethale fuit) ſeiunctus, & auerſus. Hæ duæ ſignificationes, quæ in actuali, perſonalique peccato patent, in originalique quoque recognoſcendæ ſunt. Primo modo, Adami ſcelus totius poſteritatis ſcelus fuit; in eo actuale, & perſonale; in nobis, quibus per generationem communicatur eo modo, quo poteſt, per imputationem, ſcilicet, originale: priuauit enim Adamus ſe ipſum, & vniuerſum genus humanum, cuius ille caput, & parens, originalis iuſtitiæ dono, Deoque effecit inuiſum. Probatur propoſitio à Bellar. cap. 18. l. c.

Secundo modo, Adamus, poſt actionem peccati, voluntatis peruerſionem, & obliquitatem ex ea relictam habuit; & formaliter peccator extitit, donec, ad cor rediens, Deum ſibi pænitentia conciliauit: ſimili nos peruerſione, & obliquitate infecti peccatores verè naſcimur, & formaliter, iræque filij: & tales ſumus, donec baptiſmo, ablata hac labe, Deo accepti, gratique reddamur. Huiuſmodi obliquitas in primo parente fuit perſonalis; in nobis eſt originalis: & hæc eſt originalis iuſtitiæ priuatio, quatenus animum a Deo ſeiungit, per modum habitus remanens; & corruptus habitus a D. Th. appellata. Probat ſecundam propoſitionem Bellar. c. 19.

Subijciebat mentem Deo originalis iuſtitia, eamque in illum conuertebat: & hic erat pręcipuus formalis originalis iuſtitiæ effectus, ex D. Th. ſententia 1. p. q. 95. ar. 1. & quoniam ſubiectio, ſeu conuerſio mentis ad Deum duplex eſt, in actu, & in habitu; D. Th. de ea, quæ eſt in habitu loquitur, cum docet, rationem originalis culpæ in priuatione ſubiectionis ad Deum formaliter poſitam eſſe: Paruuli enim originis labe contaminati actionis ſunt incapaces. Hæc autem habitualis ſubiectio eſt recta quædam animi diſpoſitio erga Deum, vt Dominum; facultaſq; prompta illi, vt vltimo fini, ſeruiendi. Sententiam D. Th. de hac re diligenter perpendit, explicatq; Val. l. c. §. Subiectio.

Ruardus Tapper. 2. contra Lutherum articulo, & quidam alij, ſcelus originale in paruulis propriè illud eſſe, dicit, quod, poſt prauum peccandi actum ſcelus fuit in Adamo, habitualem ſcilicet animi à Deo auerſionem, habitualemq; ad creaturam conuerſionem. Quod a D. Th. ſententia, Val. teſte, diſcrepare non videtur. L. c. §. Sequitur.
Alij preterea ſunt dicendi modi, cum eadem D. Th. Sententia congruentes.

Sententiarum Magiſter. 2. diſt. 30. 31. originalem culpam eſſe, arbitratur, prauam

nam quandam qualitatem, quæ ex carnis, humano more, genitæ infectione ad animam dilabitur: at iure, reijciunt Theologi, communiter, hanc ſententiam, quã Bellar. impugnat l. 5. c. 15. de amiſſ. grat. & ſtat. peccati.

Ambroſius Catherinus de lapſu hominis, & Albertus Piglius de peccato originis crimen originale in paruulis, actualem ipſam primi parentis diuini præcepti violationem eſſe dicunt; quam, non per ſe, ſed ſecundum effectus ſuos, pœnam, ſcilicet, cui Adami filij ſubijciuntur, Apoſtolus in mundum intraſſe, teſtatus eſt. Hanc ſententiam fidei conſentaneam non eſſe, opinatur Val. §. Hactenus loco citato Card. Bellar. capit. 16. l. c. horum Doctorum ſententiam partim veram, partim falſam putat. Hæreticum eſt, originis culpam nihil aliud eſſe, quam actualem Adami præuaricationem, nihilque in infantibus eſſe proprium vnicuique, & inhærens, quod veram peccati rationem habeat. Nam Concil. Tridentin. ſeſſ. V. definit. 1. originalem culpam propagatione traduci, non imitatione. 2. vnicuique propriã in hærere. 3. Baptiſmi virtute remitti in infantibus id totum, quod in ijs veram, propriamque peccati rationem habet. 4. remitti culpam originalem non eſſe, non imputari, ſed vere auferri.

Matthias Illiricus, delirus hęreticus, & ad monſtra cõfingenda natus, Peccatum originale ſubſtantiam, ſubſtantialemque diaboli imaginem eſſe, dixit. Subſtantia eſſe non poteſt: nam Deus fecit Subſtantias omnes: & D. Paullo teſte, *omnis creatura Dei bona eſt.* Peccatum eſt malum, non eſt a Deo factum, ergo non eſt Subſtantia. Refutat Illiricum Bellar. lib. 5. à c. 2. Greg. de Val. q. 12. l. c.

Aliæ ſunt de quidditate originalis culpæ inſanorum hæreticorum delirationes quas Bellar. à c. 4. vſque ad 14. Val. l. c. referunt & refellunt.

1. Tim. 4.

Si Eua ſola peccaſſet, originalẽ culpã, & moriendi neceſſitatẽ in Adami poſteros non transfudiſſet. Ab Adamo dimanat hoc crimen; in quo nos, cum deliquit, tanquam in actiuo principio, eramus. D. Th. 1. 2. q. 81. ar. 5. Bellarm. lib. 4. de amiſſ. grat. & ſtatu pecc. cap. 13. Val. q. 11. p. 1. l. c.

Si non peccaſſet Adam, peccaſſent autem nonnulli ex filijs eius, originalis culpa non fuiſſet transfuſa. Solus enim primus parens totius naturę perſonam referebat Bellar. l. c. ex communi.

Sola ſeminali ratione hæc originis labes traducitur; quare ſi quis ex particula humanæ carnis, per miraculum, alioue modo, gigneretur, ab ea liber eſſet. D. Thom. art. 4. ex D. Auguſt. Val. l. c.

Eſt autem in omnibus ęquale originale crimen, quia naturæ peccatum eſt; quæ in omnibus æqualiter reperitur D. Th. 1. 2. q. 82. art. 4.

5 *Illa enim iuſtitia erat.* Nobilis eſt, ſed obſcura originalis iuſtitiæ diſputatio. Agit de illa D. Thom. 1. par. q. 95. d. 7. Gregor. de Valen. tom. 1. diſt. 7. pa. 2. Molina de opere ſex dierum. diſt. 27. Pererius in Geneſ. lib. 5. de ſtatu Innoc. vbi diligenter, docte, ornateque de hac re diſſerit, Bellar. de gratia primi hominis capit. 5. Azorius tom. 1. Inſtit. Moral. l. 3. à c. 31.

Per iuſtitiam originalem ratio ſubdebatur Deo, inferiores vires rationi, & corpus animæ ita D. Th. q. 4. de malo, ar. 1. V. etiam Val. l. c.

Hoc ſupernaturale donum iuſtitia originalis vocatur, quia Adami in ſua origine eo donatus fuit, donatique fuiſſent, in ſua origine, Adę filij; ſi is non deliquiſſet.

Hanc iuſtitiam abſolutam quandam habituum omnium comprehenſionem vocat Pererius. q. 1. l. c. qui quidem habitus hominem, ſecundum vires ſuas omnes, facultateſque, perfectum, ad actioneſque ſuæ naturæ congruentes perfectè exercendas efficiebant.

D. Thom. hoc donum in eſſentia animę, vt in ſubiecto, collocat. Scotus in voluntate; Durandus in appetitu ſenſitiuo; Pererius, q. 2. l. c. in omnibus intelligentis animę facultatibus; in quibus inerant habitus, quorum beneficio homo, ſecundum naturę ſtatum, rectus, perfectuſque efficiebatur.

An Iuſtitia originalis cum gratia gratum faciente idem fuerit, non eſt certum. Diſſentiunt inter ſe Doctores, in huius rei tractatione. Soto. libr. 1. capit. 5. de natura, & gratia, ex ſententia D. Thom. idem fuiſſe putat: *idē Azorius.*

Digitized by Google

c 32 q. 3 *loco citato* putat: Caiet. in 1. p. quæſt. 95. vnam ab altera diuerſam fuiſſe, non tamen hanc ab illa potuiſſe, diſiungi, arbitratur, D. Bonauen. & Scot. in ſecundo, diuerſas non ſolum, ſed etiam ſeparatas fuiſſe ſcribũt.

Diuerſa erat re ipſa, à gratia gratum faciente originalis iuſtitia: licet autem in eximio illo innocẽtiæ ſtatu neutra ab alterutra ſeparari potuerit: (neque enim ſine hac, vel illa eius ſtatus præſtantia cõſtare potuiſſet nihilominus, ſi illius iuſtitiæ rationem proprie accipias; negatiuè, non priuatiuè, ſine gratia gratum faciente eſſe poterat. Adam enim potuit in origine ſua, ante gratiam gratum facientem; iuſtitiam originalem accipere; (qđ *V. Azor c. 32. loco c.* accidiſſe, nonnulli putarunt) at de'eta gratia per lethale peccatum, originalis iuſtitia neceſſariò concidiſſet. Hanc ſententiã probabiliorem exiſtimat, ſequiturque Pererius, loco citato, Molina d. 27. de opere ſex dierum, ex D. Thom. mente, in originali iuſtitia nõ ſolum gratiam gratum facientem, ſed fidem, ſpem, & quicquid gratiam gratum facientẽ, ex lege ordinaria, neceſſariò comitatur, incluſum fuiſſe tradit, aliaque inſuper dona, quæ rationi appetitum, corpus animæ ſubiiciebant; eaque à dolore, à corruptione, à damno defendebant.

Marſilius in ſecundo, quęſt. 16. art. ſexto negat (at non ſine temeritate) Adam gratia gratum faciente, ante peccatum, auctũ *in 2. d. 29* non fuiſſe: communis eſt enim SS. Patrũ & ſcholaſticorum, opinio, Adamum, in ſua origine, iuſtitiam originalem, & gratiam gratum facientem à Deo accepiſſe. Greg. de Val. in 1 p. d. 7. q. 2. P. 2. ſecernit gratiam à iuſtitia: gratia perficiebat hominem, vt nunc, in ordine ad finem ſupernaturalem: iuſtitia in ordine ad rectum quendam humanæ naturæ ſtatum: quatenus ſpectat ad naturales vitam, & operationes. Hinc tres gratiæ effectus à tribus originalis iuſtitiæ effectibus ſecernit. Gratia 1. hominem Deo gratum efficiebat, eique tamquam adoptiuo filio, ad æternam hęreditatem ius tribuebat 2. aptum eum, idoneumque reddebat ad diuinis pręceptis obtemperandum 3. pias hominis actiones æterna mercede dignas faciebat. Iuſtitia originalis id eſt mentem Deo ita ſubiectam efficiebat, vt homo tanti doni vi ſine veniali etiam facilere naturalis legis præceptis obtemperare poſſet 2. ſentientem appetitum ita menti ſubiectum reddebat; vt illę ſine huius præſcripto non excitaretur 3. corpus animæ imperio ſubdebat. Cẽſet nihilominus Valentia probabile, gratiam gratum facientem ne ipſa ab originali iuſtitia non differre, & ab eodem dono diſtinctos, quos recenſui, gratia, & originalis iuſtitię effectus, manere, potuiſſe. Placent, quæ de iuſtitia originali Molina ſcripta reliquit. diſput. 27. loco citat.

8 *Damnari ſaltem pæna damni*. De hac puerorum cum originali noxa morientium pæna, ad Præludium. IV. quædam *num. 23.* adſcripſimus. De hoc poſt hanc vitam infanſium ſupplicio quinque extant ſententiæ.

Prima, quæ eſt error in fide, cæleſtes æternæ gloriæ theſauros non regeneratis baptiſmo polliceri, non veretur. Sic quidam Vincentius refutatus à D. Auguſtino, & Zuinglius. *Lib. 1. c. 9. de orig. ani.*

Secundam Pelagiani ſecuti ſunt. Hæc extra Dei regnum ęternum quãdam beatam vitam non baptizatis promittit Vide D. Aug. lib. de hær. c. 88. Sed hæc quoque catholicę fidei aduerſatur Duas haſce Hæreſes refellit Bellarm. libro ſexto de amiſſ. grat. & ſtatu peccati ca. 2. *Niſi quis* *V. Conc. Trid. ſeſ. 5.* *renatus fuerit ex aqua & ſpiritus. non poteſt introire in regnum Dei*. Io. 3. Concilium Florentinum, ſeſſ. vlt. animas decedentium in actuali mortali, vel ſolo originali in infernum, diſparibus tamen pænis puniendas, deſcendere, decernit.

Tertiam ſententiam, tradentem, paruulorum animas in originalis noxa e corporibus egreſſas æterna Diuinæ eſſentiæ viſione priuari, nullo tamen interno aut externo dolore affici, amplexus eſt D. Tho. quæſt. 5. de malo art. 1. 2. 3. & Scholaſtici quidam in ſecundo ſent. diſt. 33.

Quarta ſententia Magiſtri ſententiarũ *in. 2. d. 33.* eſt, non pæna ſenſus, vermis, & ignis, puniri animas ſola originis labe notatas, ſed interno dolore ex amiſſione cęleſtis gloriæ manante. Eadem ſententia aliis nonnullis placuit.

Quinta, longe ſeuerior, damni, & ſenſus pęnę eaſdem animas, ob originalem culpam Deo inuiſas, in Inferno perpetuò vexari docet. Sic videtur opinari Arimin. quæſt. 3. in 2. loco citato, & Io. Driedo lib. 1.

Digitized by Google

lib. 1. de gratia, & lib. arb. tt. 3. c. 2. Lutherus, & alij hæretici, originalem noxam cum actuali confundentes, idem ſentire videntur. Hæc ſententia Eccleſiæ definitione apertè exploſa non videtur; improbabilis tamen eſt; & communi Theologorum calculo refutatur. Innoc. 3. c. Maiores de bapt. & eius effectu, culpæ originalis pænam viſionis Dei carentiam eſſe, aſſerit, actualis vero lethalis culpæ perpetuos gehennæ cruciatus. Quintum hanc falſam ſententiam impugnat egregie Bellar. c. 4. 5. l. c.

Tertiam ſententiam probabilem cenſeo, cum Bellar. ca. 6. quartam magis probo; probabilioremque eam iudicat Bell. nec diſſentit Val. t. 2. diſt. 6. q. 17 p. 4. Agnoſcunt paruulorum animæ baptiſmo non regeneratæ, ſe a Beatorum ſocietate ſegregatas, diuinæque viſionis bono in omnem æternitatem cituras; hinc mitiſſimo dolore vexantur.

In hac quoque vita originale peccatum pænam habet.

De pæna peccati originalis in hac vita diſputat Bellar. eodem libro à c. 8. vſque ad libri finem. D. Th. 1. 2. q. 85. Med. & alij interpretes.

Val. t. 2. D 6 q. 15.

Conc. Trid. ſeſſ. 5. totum, hominem ſecũdum animam, & ſecundum corpus, per Adami peccatum, in deterius mutatum eſſe, docet.

Interna, & externa incommoda, ob Adami peccatum, homo experitur. Interna ſunt in ipſo homine, externa extra ipſum Illorum alia in ſuperiori animæ parte, alia in inferiori, alia in corpore. Horum non vnum eſt genus. Deum nobis infenſum eſſe, demones nobis tyrannicè dominari, animantia ratione carentia nobis non obſequi, cælum, aerem, aquã, tellurem calamitates nobis exhibere, externa ſunt damna; quorum Adami ſcelus extitit cauſa.

Rerum neceſſariarum ignorantia, diſcendi maxima difficultas, vltimi finis, mediorum ad finem, & propriæ animæ ignoratio, difficultas rerum naturas percipiendi, impedimentum, quod animæ corpus affert, nè facilè ſcientias comparet, inutilis curioſitas, infructuoſas rerũ inutilium conſideratio intellectus humani, vulnera ſunt ab Adami peccato originem trahentia.

Voluntatis hæc vulnera. Amor ſui, difficiles conatus in vitiorum victoria, virtutumque adeptione, negligentia in ijs rebus, quæ ad beatam vitam ſpectant, immodicum terrenorum bonorum acquirendorum ſtudium, ſegnities ad Deum amandum, & colendum, inconſtantia, proprij ſtatus faſtidium, facilitas ad peccandum.

Inferior aĩæ pars internos, externoſq; sẽſus & appetitũ vtruoq; iraſcibilem, con cupiſcibilemq; complectitur. In his omnibus vulnera ab Adami culpa

Iraſcibilis appetitus datus eſt hominĩ diuinitus; vt rationis imperio obſequatur; ſed Adami culpa factum eſt; vt ſæpè rationis arcem occupet, hominemque præcipitem agat, & in furorem vertat.

Cõcupiſcentia carnis, ſolutis habenis, ſpiritui bellum infert: & niſi rationis fræno cohibeatur, ad grauia flagitia hominẽ excitat. V. Per. in. c. 2. Geneſ. lib. 5 de ſtatu innoc. in fine. V. quæ de concupiſcentia Conc. Trid. ſeſſ. V. in Decreto de peccato orginali.

Somniorum illuſio, quæ, per internos confici tur ſenſus, & qua affigitur animus & interdum decipitur, non ne calamitas deflenda?

Interior ſenſus, cuius munus eſt ſeruire animo, vt rectè contemplationi operam det; vix dici poteſt, quam illum miſerè varijs figmentis à Diuinarum rerum contemplatione pernicioſas cogitationes traducat.

Quot homines, aliquo modo, in exterioribus ſenſibus læſi è matrum vteris egrediuntur? His malis locus non eſſet, ſi ſuo ſcelerè totum genus humanum nõ feciſſet Adam.

Si de alijs corporis malis ſermo inſtituatur; quis illa paucis recenſere queat? Quot morbi? quæ, interdum, cibi, potuſque inopia? qui labores pro tuenda vita perferendi? moriendi neceſſitas, vitæ breuitas, innumeræ vndique confluentes calamitates nonne homines grauiſſimis quaſi vulneribus afficiunt? mortem, pænas corporis, peccatumque, quod eſt animæ mors, transfudit Adam in omne

ne

ne genus humanum. Conc. Trid. ſeſſ. 5.

Quid attinet de externis incommodis orationem habere? Quis explicet, quam ſit dira calamitas Deum perennem bonorum oı̄um fontem, infenſum hoſtem habere? dœmonis tyrannidi, qui mētibusq. corporibusq. nocere contendit, ſubiectū eſſe? Homines ſæpè homines odio proſequuntur, cædunt, interficiunt; cęlū ignis, aer, aqua, terra quibus nos aliquando moleſtijs conficiunt? animantia rationis dono carentia, non ſolum, non parent hominis imperio (quod in felici originalis iuſtitiæ ſtatu nō accidiſſet) ſed illi ſæpè nocent. His adde incertas infelicesque aliquando fortuitorum caſuum, quibus remedium adhiberi nō poteſt calamitates, hominum mentes grauiſſime diſcruciantes. Lege cōmoda nonnulla ſtatus innocentię apud D. Auguſt. lib. 14, cap. 26. de Ciuitat. Dei.

V. Caiet. 1. p. q. 96. a. 1. Val. t. 1 D. 7 qu. 3. p. 2.

V. D. Au. lib. 14. ca. 17. de Ciuit.

Alia incommoda referri poſſent. Poſt peccatum confundi cæperunt primi parētes nuditate cognita, veſtibus vſi ſunt: tū gratia honeſtatis: tum etiam, ne cœli inclementia eorum corpora læderētur terram ſpinas, & tribulos Adamo germinaturam, dixit Deus: ſudandumque illi, vt panem, quo veſceretur haberet. Experimur nos perpetuo, grauiſſima mala; quæ Deus Adamo, ijs verbis, minatus eſt.

Gen. 3. V. Per. in c. 3. Gen. à verſu 17.

Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ; ſpinas, & tribulos germinabit tibi, et comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Amiſſa originali iuſtitia peculiares ęrūnas perpetiuntur mulieres; ſi perſeueraſſet innocentiæ ſtatus ſine libidinis ardore, fi'ij fuiſſent procreati, ſine moleſtia vterū geſſiſſent mulieres, ſine dolore peperiſſent. D. Aug. lib. 14. c. 26. de Ciui. vbi multa ſtatus innocentiæ bona commemorat. V. etiam D. Th. 1. p. q. 98 ar. 2. corp. & Interpretes.

Concepiſſet vxores & peperiſſent, ſalua clauſtrorum muliebrium integritate, quæ dilatatione aperta fuiſſent, non fracta, tum in ſeminis exceptione tū in prolis egreſſione. V. D. Aug. l. c. S. Th. 1. part. quæſt. 98. art. 2. ad 4. Bannes ibidem, Mol. d. 29. de opere ſex dierum, Val. t. 1. diſt. 7. quæſt. 5. p. 1.

Poſt peccatum, concepit Eua, in congreſſu viri integritatem carnis amiſit; q̄ non amiſiſſet in ſtatu innocentiæ; in quo ipſa quoque originalis iuſtitiæ donum acceperat à Deo: amittunt eandem concipiendæ proli operam dantes mulieres; & ſi vlla aliquando mulier eam non amiſit in coitione, vt audiui, amiſit in partu.

De mulierum vterum gerentiū ærumnis Ariſtotel. lib. 7. cap. 4. de Hiſt. animal. Pliniusque, Ariſtotelis in hac re diſcipulus, lib. 7. c. 6. & 7. Hiſt. Nat.

De dolore mulierum in partu Ariſtot. cap. 9. l. c. Hippocrates de morbis mulierum, Martinus Achachia, Hierony. Mercur. Ludouicus Mercatus, Nicholaus Rocheus in libris de eodem argumento. Ambroſius Paræus de hominis generat. Mauritius Cordæus in Hippocratem de muliere: Felix Platerus de mul. part. generat. dicatis Lebon Regis, & Guiſani Cardinalis medicus in Therapia puerperarum, Iacobus Ruffius in libro muliebrium.

Ipſum monſtruum ſanguinem peſtilentem habent mulieres, vide quæ de illo ſcribit Plinius libr. 7. capit. 15. Nat. Hiſt.

Sæpè fœtus in vteris matrum moriuntur, ſæpe ante maturitatē eijciuntur non ſine grauibus matrum moleſtiis, de fœtibus quibuſdā in vtero mortuis mira ſcribit Marcellus Donatus libr. 4. de medica Hiſtoria mirabili cap. 22. fœtum in lapideam duritiem concretum vigintiocto annos in matris vtero permanſiſſe, & poſt matris mortem, exectum fuiſſe leges apud Cordæum com. 7. in Hippoc. de mulier. par. 42.

Sæpè matres in ipſo partu periere. Obijt Rachel in partu Beniamin; xenodicem è partu morte ſublatam. legimus apud Pauſaniam: Nonnullos partus vtero exciſos, narrat Plinius lib. 7. c. 9.

Gē. 35. l. 2

Molas miras editas à mulieribus vterum gerentibus, quin etiam lacertas, ranas, aliaque monſtra, ſcriptum reliquit Marcellus Don. c. 25. l. c.

Infeliciores mulieres viris, & plurib. affectæ pœnis, audies libenter Diuina verba Euam cæteraſque fœminas excruciantia. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.*

Gen. 3.

Triplici hac pœna mulierem mulctatam ſcribit Rupertus Abbas Tuit. quia triplo maiori ſcelere, quā vir ſe obſtrinxit o

Lib. 3. de Trin. c. 22

i. ſcr-

Digitized by Google

1. ſerpenti magis, q̃ Deo credidit, 2. vetiti ligni pulchritudinẽ, & ſuauitatẽ. cũ volu ptate, cõcupiuit, 3. virũ ad peccatũ ĩduxit. *Mulier*. ait Rupertus l. c. *quanto ſecundior, tãto ærumnoſior poſt ſingulos conceptus dolor cruciat per ſingulas partes; ſuus eam ſanguis fatigat; quippequa & cũ ſana ẽ, mẽſtruis fluorib. laborat. Mulier nãq; vnũ, & ſolũ eſt mẽſtruũ aĩal. Quãta putas, hæc ira, quãta ẽ vindicta, cõcipi, vel naſci tot homines, qui numerũ excedãt, qui ad Dominũ, vel ad vitã æternã nõ ptineãt, quib. proinde melius erat, ſi nati non fuiſſent?* Sed de hoc Ruperti dicto lege Diſputationem 33. de opere ſex dierum Lud. Mol. 18.

Alias cauſas recẽſet Pereri⁹, l. c. 3. Gen. cur filiorũ multiplicatio, poſt peccatũ, ſit mulieres pæna. Multi ante perfectionem ab ortu pereunt, multi corporis, aut rõnis vitio cõtaminati, nõ ſine graui parentũ dolore, naſcunt̃, pauci ſunt electi, plures, ob eorũ ſcelera, æternis ſupplicijs addicunt̃. multi ob paupertatẽ, aut mores perditos, euentuſue infelices, incredibilem cruciatũ parentibus afferunt.

Eſſe quoq; mulierẽ ſub viri poteſtate, & dominio peccati pęna eſt; leue, inconſtans, ſuperbũq; mulieris ingeniũ non fert, æquo aĩo, virũ ſibi dominari. Sepè viri vxores asperè, & acerbè tractãt, & ſic ſuũ in eas imperiũ moleſtũ efficiũt. In ſtatu innocẽtiæ nõ coacte, nõ inuito aĩo, ſed hilari, & prõpto ſuaue, æquũ, charitatiſq; plenũ viri imperium vxor pertuliſſet. Vide Pereriũ in c. 3. Gen. ad verba, ſub viri poteſtate eris.

9 *Caruit Dominus N. Ieſus Chriſtus*. De fide eſt, chriſtũ Dñum, originali culpa notatũ nõ fuiſſe. Luc. 1. *Quod ex te naſcetur sãctũ, vocabitur filius Dei. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*. 1. Pet. 2. V Val. t. 4. d. 1. q 15. p. 2. Suar. in 3. p. t. 1 d. 33. ſect. 1. Ab inſtãti ſuæ cõceptionis fuit plenus grã, Chrs Dñus, fuit De⁹, & hõ: cõceptusq; de ſpiritu S. Cõc. Epheſ. definit, Chrm oĩno peccatũ neſciuiſſe. Conc. Ro. decernit, noſtrã nãm fuiſſe in Chro pfectè, & indiminutè, abſq; peccato.

Hoc loco vtitur S. Th. 3. p. q. 27 ar. 2 ad 2. Vide eundẽ 3. p. q. 15. ar. 1.

can. 1.

Et Glorioſiſſima Virgo. De ĩmaculata B. Virginis cõceptione pauca notaui ad Pręludium primum, ad §. Immaculata.

Hic, te Lector, monitũ velim, prudẽter explicãdũ eſſe, qđ apud D. Th. legit̃. 1. 2. q. 81. ar. 3 *Firmiter*, ſcilicet, *tenendũ, eſſe ſecundũ fidẽ catholicã, oẽs homines, præter ſolũ Chriſtum, ex Adã* deriuatos peccatum originale ex adã, contrahere. Hoc. n. quo ad culpã de B. Virgine non eſt verum, ſed verũ de alijs oĩb. & de ipſa, quo ad mortẽ corporis. Priuilegio excepta fuit B. Virgo (vt multis placet) ab originali culpa, ſed neq; hoc, neq; contrariũ ex fide certũ eſt. affirmãt multi, negãt multi, neutra ſẽtẽtia dãnata; q̃ tuet̃ conceptionis puritatẽ magis pia, fortaſſe, ꝓbabilior, arridetq; Eccleſiæ. Mors originalis peccati pęna eſt: mortis aũt legẽ B. Virgo experta fuit.

Pius V. conſtit. *Super ſpeculum*. vetat, ne quis in popularib. cõcionib. vel vbi ꝓmiſcua virorũ, & mulierũ multitudo cõuenire ſolet, de alterutra parte cõtrouerſiæ diſputare rationib. vel auctoritate, aſſerẽdo ꝓpriã ſuiam, & cõtrariã refellẽdo, aut impugnãdo; aut vulgari ſermone ſcribere, vel dictare pſumat, in ſacris cõſtitutis ſuſpẽſionis pęna, ipſo facto, ꝓpoſita eſt.

V. Caiet. c. 2. q. 81. art. 3. 119.

Anno 1570.

10 *Hæreticus*. Aliį ſunt hęreſes de peccato originali: de quib. paullo ante. V. Bellar. de amiſſ. grat. & ſtat. pecc. Alfõſum de Caſtro lib. 12. cõtra Hęr. V. peccatũ. initio

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol. Notæ, & Appendices.

AD PRÆLVDIVM Nonum.

D. Martini Nauarri,

1 MArci *Tullij*. Iouinianus quoq; ſtoicorũ, peccata æqualia exiſtimãtiũ, errorẽ ſecut⁹ eſt. Vide D. Aug. de hęreſ. c. 82. Peccata ĩparia eſſe, certũ eſt in fide. Matthei. 5. *Qui iraſcitur &c*. Io. 19. *Qui me tradidit maius peccatum habet*. Vide Alphonsũ de Caſtro V. Peccatũ hęr. 8. vbi, falsò, aſſerit, D. Hieron. huius hæreſis Iouiniani non meminiſſe. V. etiam Greg. de Val. tom. 2. d. 6. q. 3. p. 2.

Peccata ſunt in genere. Omnia peccata mortalia, et occultiſſima explicãda in cõfeſſione, & circunſtantię, ſpeciem mutantes. C. Trid. ſeſſ. 14. ca. 5.

Prima eſt. Quo modo peccata differant ſpecie, Azorius t. 1. Inſtit. Moral. lib. 4. c. 2. de peccato omiſſionis, & cõmiſſionis idẽ c. 3. De peccatis cordis, oris, & operis c. 4

Digitized by Google

De differētia peccatorū. Greg. de Val. t. 2. d. 6. q. 2. Eſſentiales differentias p. 1. accidentales p. 2. explicat.

Sexta diuiſio &c. in lethale & veniale. Vide Val. l. c. p. 2. Azoriū c. 8. Nonnulli hæretici omne peccatū lethale eſſe, mentiūtur. V. Azoriū. c. l. c. Val. q. 18. p. 1. Mortale, & veniale, dum habent idem obiectum, non differūt ſpē. Nauarrū reffellit Val. p. 2. l. c.

Tertio noſſe notas. Quo modo cognoſci poſſint peccata venialia ī genere Azor. l. c. q. 8. Vñ cognoſcēdū, an peccatū ſit mortale, vel veniale. Val. t. 2. q. 18. d. 6. parte 3.

Mortale peccatum eſt. Definitiones nonnullę peccati recenſentur à Greg. de Val. t. 2. d. 6. q. p. 1. Vide Azorium c. 1. l. c.

8 *Contra conſcientias dictantes.* Multa de conſcientia errante Azor. to. 1. lib. 2. c. 8. Val. t. 2. d. 2. q. 14. p. 4.

Dubitantes. Non licere agere cōtra cōſcientiam dubiam, eſt cōis ſententia. De dubia cōſciētia Azorius diligenter c. 18. & 19. Val. l. c.

Vel eſſe ſimpliciter peccata. Nauarri ſententiam ſequitur Val. & merito, §. Tertio quæritur l. c.

De dubitationibus coniugum circa matrimonia Azorius cap. 18. & 19.

Si iuriſperitus. Nauarri ſententia Cordubæ lib. 3. quæſt. q. 8. non ꝑbatur: Azorio tamē venior videtur cap. 19. q. 13. l. c.

Scrupulus. De ſcrupuloſa conſcientia Azor. cap. 20.

10 *Ignorantia.* Ignorantiæ partitionem, eamque diligētem habes apud Azorium libro primo, c. 12. loco citato. Quarum rerum ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis in nobis eſſe poſſit, docet cap. 13. Quo modo ignorantia iuſte à peccato excuſet cap 14. Quo modo per ignorantiam peccans à legis pæna liber ſit cap. 15. Quo modo ignorantia ſcelus contra humanā legē patratū ex toto, vel ex parte excuſet c. 16.

11 *Subreptio.* Quando ira, aut cupiditas voluntatem præcedit, quæ per illam, vel hanc fiunt, ſunt minus voluntaria, ac proinde peccata minora Vide Azor. c. 17. l. c.

12 Paruitas rei.

13 *Diſpenſatio* De diſpenſatione diuinę legis Val. t. 2. d. 7. q. 8. p. 4. In humanæ legis diſpenſatione requiritur iuſta cauſa, & auctoritas V. Val. q. 5. p 9. l. c. Azorium lib. 5. c. 15. l. c. vbi diligenter de diſpenſatione legis.

Principē in ſuis legib. diſpenſantē, ſine iuſta cauſa peccare, alij aiunt, alij negant, minus probabiliter. V. Azor. l. c. q. 2.

15 *An diſpenſatio inferioris.* V. Azorium q. 7. l. c.

17 *Diuinum conſilium contemptum.* Si omittas conſilium, non peccas: ſi contēnas graui te ſcelere obſtringis, Deū. n. q conſiliū dedit, cōtēnis. V. Az. lib. 4 c. 9. q. 15. l. c.

18 *Vel obſinem mortalē.* Humanos actꝰ bonitatē, aut malitiā, ex fine accipere, docet d. Th. 1. 2. q. 18. a. 4. expoſitores, & inter eos, Medina, & Val. d. 2. q. 13. p. 2. Azorius quoq; lib. 2. c. 2. t. 1. Mor. [Inſtit.

19 *Quod peccatum veniale.* Veniale vocatur, quia ſi dignū venia: eſt. n. paruū: contra legem Dei eſt, ſi lex Dei pro iuſta, & recta rōne accipiatur nō repugnat aūt ſpeciali alicui legi Dei de acquirēda, ſeu retinēda illius amicitia, & ſic dr̄, eſſe, ꝑter legē. V. Azor. lib. 4. cap. 8. l. c.

20 *Mala circunſtantia.* Circunſtantiæ, ſpecialem cum ratione repugnātiam continētes, efficiunt, vt peccata ſpecie diſtinguant. Peccatū luxuriæ eſt, ſi ſolu tus cum ſoluta concūbat: ſi cū virgine id crimē admittatur, erit ſtuprū; ſi cum nupta adulteriū, ſi cū moniali ſacris votis obſtricta, ſacrilegiū. ibi. n. alia ē peccati ſpecies, vbi aliud adeſt motiuū ad peccandū Vide D. Th. 1. 2. q. 72. art. 9. corp. Caiet. Med. & Azorium c. 7. l. c. in fine.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol. Notæ, & Appendices.

AD PRÆLVDIVM Decimum.

De pænitentia & eius partibus. D. Martini Nauarri.

De *pænitentia.* De huius vocis ethimologia Suar. t. 4. d. ſec. 1. ex D. Aug. & Sſidoro. Lindanꝰ lib. 4. Panoplię c. 61. V. ēt Val. t. 4. d. 7. q. 2. p. 1. Explodendi recentiores hæretici, huius vocis ſignificationē, non agnoſcentes, cum imperitè, & impiè dicunt, Pænitentiam eſſe reſipiſcētiam, aut nouam vitā. *Ago pænitentiam in fauilla & cinere.* Iob vlt. *In cinere, & cilicio egiſſent pænitentiam.* Mat. 11. non ſolum cognitio

nem

nem erroris,& mentis mutationem, ſed præteritorum ſcelerum deteſtationem, & vindictam ſignificat pœnitentia V. Bellar.lib.2.c.4 de Pęnitentia Lindanum Suarez l.c.Con.Trid.ſeſſ.6,c. 14.Chriſtia ni hominis pænitentiam poſt lapſum diuerſam eſſe,ait à baptiſmali, & non modo ceſſationem à peccatis,& eorum deteſtationem,aut cor contritum, & humilia tum continere,ſed etiam eorumdem ſacramentalem confeſſionem,ſaltem,in voto,& ſuo t..e faciendam,& ſacerdotalem Abſolutionem itamque ſatisfactionē per ieiunia elemoſynas orationes,&c.

Pænitentiam virtutem,Virtus pænitentiæ, & Pœnitentiæ ſacramentum in quo cōueniāt l.c.quibus modis differāt ſect.2 tradit Suarez De pœnitentia, vt eſt virtus D.Th.3.p.q.81.Sot.4.d.14.q.2.Val.t.4

4 *Tamen quaſi materia*: Peccata remota materia, proxima tres actus pœnitentis,Contritio,Confeſſio,Satisfactio:;qui à Conc.Flor.a Concil.Trid.ſeſſ.6.can.4. quaſi materia,& partes Sacramenti Pœnitentiæ,non immerito vocantur. Habēt veram pęnitentis actus materiæ rationē at quia non adhibetur extrinſecus, vt aqua in Baptiſmo oleū ſacrū in extrema Vnct.addita eſt à Concilijs uox,Quaſi.

Peccata ſunt materia,non acceptanda, ſed delenda,& deſtruenda ſic morbus, vt pellēdus,medicinæ materia dicitur V. D. Th.3.p.q.84.ar.2.Peccata ſcilicet poſt Baptiſmum admiſſa(V. Suarez in cōment. ar.2.citati ſic D.Th.explicantem) intelligere aūt,eſſe materiam ſacri pęnitentiæ; nā interior pęnitentia etiam de peccatis ante Baptiſmum patratis concipienda eſt. Lege Sotū 4.diſt.14.q.1.ar.2.in fine.

ANDREÆ VICTORELLI Baſs.Doct.Theol. ad Cap. 1 MANVAL. MART. ab Azpilcueta,Nau.Note, & Appendices.

Contritio eſt. De contritione diſſerunt egregiè Card.Bellar.lib.2. de Pænitentia Suarez t.4.in 3. p.d.4.Val.t.4.d.7.Sot.in 4.d.17. q.2.Concil.Trid.ſeſſ.14.cap.4.poſt Flor. in Inſtruct. Armenorum declarat,contritionem eſſe animi dolorem,eſt deteſtationem de peccato commiſſo,cum propoſito non peccandi de cætero. Hanc declarationem conſiderat Bellar.c.6.& Val.d.7. q 8.p.1.l,c.

Omniū opinio eſt, contritionem eſſe dolorem aliquem de patratis criminibus cum actuali,& virtuali propoſito nō peccandi de cætero. Ad qūi quatuor modis accipitur dolor videamus; quis dolor ſit contritio,Primo dolor eſt de peccato, nō quatenus peccatum eſt offenſa Dei; ſed quia pœnæ reatum vehit aut damnū aliquod in ſama honore rebus,& c.infert.

2 Cum dolet quis de peccato,ob pęnas vel malū aliqđ.&actu vel virtute,ēt quia eſt Dei offenſa;ſed ita tū, vt non doleret, niſi pęnas,aliunde incōmodū metueret.

3 Cum dolet,ob pęnas, aut aliud incōmodum præterea actu,aut virtute dolet: quia Deus eo ſcelere offenſus fuit; ſed ille dolor non concipitur de peccato tāq. de re ſūme mala,& ſuper oīa deteſtabili.

4 Cum dolor actu aut virtute ex Dei amore ſimpliciter ſuper omnia ortū ducens,cruciat aīum,quia peccatum ſupremum malum ſuper omnia deteſtatione dignum Deum ſummum bonū offendit.

Dolor primo,aut ſecundo modo,non eſt actus bonus;& propterea neq;contritionis neque attritionis nomē meretur.

Dolor tertio modo,ſi vocabulum late accipias, eſt contritio imperfecta, ſic & attritio à Conc.Trid.vocata;eſtque actus bonus; quicquid blateret lutherus: Ad hūc tertium modum reuocatur dolor de peccato,vt eſt Dei offenſa, qui oritur ab aliquo amoris actu: ſed non à Charitate Dei ſimpliciter ſuper omnia,

Dolor,quarto modo acceptus,eſt proprie,& ſtrictè vera perfectaque cōtritio. ſi latius deſcripſeris contritionem tertij, & quarti modi; Concilij Tridentini deſcriptione vti poteris:at ſi preſſe, & ſtrictè magis Complecteris contritionē tantum quarti modi; deſcriptio Nauarri,aūt Greg.de Val.loc.ci. quam ſi cupis,attexo vſurpari poterit.

Contritio eſt deteſtatio peccati ſuper omnia deteſtabilia, ex Dei dilectione ſuper omnia profecta,cum ſpe veniæ, & cum actuali, aut virtuali propoſito vitandi de cætero peccata imprimis mortalia; & ſeruandi omnia mandata,illud præcipuè: quod eſt de Confeſſione ſacramentali ſuo tempore facienda, & de ſatisfactione.

Hęc Valentiæ deſcriptio cũ Nauarri deſcriptione cõiq; Doctorũ ſẽtẽtia cõſẽtit.

Perfecta contritio virtutis pęnitentiæ actus à charitate profecta reconciliat hominem Deo, ante ſacramentum pęnitentiæ cum eius votũ in illa includitur Cõc. Trid ſeſſ. 14. cap. 4. naturæ viribus acquiri non poteſt; quicquid mentiatur Kemnitius, Conſi. Arauſic. 11. can. 4. definit, per infuſſionem ſpiritus ſancti, & operationem in nobis fieri, non tantum, vt à peccatis purgemur; ſed etiam, vt purgari velimus Conc. Trid. ſeſſ. 6 can. 3. decernit, ſine pręueniente ſpiritus Sancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere, ſperare diligere aut pœnitere, non poſſe, V. idem Conc. c 5. 6. 14. l. c.

Eſt liberi arbitrij libera actio pęnitentia (infremant impie, & impie Lutherani) Ioelis 2. *Scindite corda veſtra*, Matth. 3. *Pœnitentiam agite*, V. Bellar. ca. 2. Quamuis autem libera ſit hominis actio; acquiri tñ non põt, vt definiunt Concilia, niſi Dei peculiare auxilium humanum animũ præueniat, & adiuuet. V. Bell. c. 3. l. c.

Quatuor ſunt præcipui Pœnitentiæ, actus 1. voluntas delendi commiſſum ſcelus 2. ſceleris odium 3. illius deteſtatio 4. dolor. Contritio formaliter eſt ipſa deteſtatio; alij actus antecedenter, vel conſequenter illius comites ſunt; in eaque virtute, continentur V. Suarez ſect. 1. d. 4. l. c. ex communi ſententia loquentem.

Cum vera contritio, ſit ex amore Dei ſuper omnia; quidam putant, formalem amoris actum requiri, alij ſimplici actu deteſtationis perfici poſſe, V. Suarez ſect. 2. l. c. Vega in Conc. Trid. li. 13. c. 21. Sot. de nat. & grat. lib. 2. c. 6. 17.

2. *Pœnitudo*: Particulas deſcriptionis explicat etiam Val. l. c. qui tamen improbat Nauarrum dicentem, contritione eſſe dolorem actualem, vel virtualem: formalis. n. definitio ſit ſñ ea; quæ actu ſunt de illius eſſentia V. Sot. 4. d. 17. q. 2. ar. 1.

4. *Illi acerbiſſimo*: Quam graues fuerint Chriſti dolores, Suarez in 3. par. t. 2. d. 33. ſect. 2. D. Th. dolorem Chriſti maximum fuiſſe putat, intenſiue, dolorum ſane omnium quos homines paſſi ſunt; non autẽ omnium, qui de abſoluta potentia contingere poſſunt, V. Suarez l. c. Dolor gehennę; qui ſenſus dicitur, & modo ſpiritus torquet dolore. Chriſti ratione ſua, acerbior eſt. Dolorem corporum damnatorũ acerbiorem futurum probabiliter exiſtimat Suarez l. c.

5 *Sed prior ſententia*, Hãc ſentẽtiam Nauarri (contra Sotum 4. d. 15. q. 1. ar. 2. d. 17 q. 2. ar. 1) probant Suarez d. 4. ſect. 1. Val. d. 7, q. 3 p. 2 Vega in Conc. Trid. c. 3 4

Cum tamen Lutherus; V. Val. l. c. ad tertium, & Bellar. lib. 2. de Pœnit. à c. 4.

7 *Quatenus eſt offenſa*? De hac re ſuperius actum eſt.

11 *Vt minimum virtuali*; Nauarri opinio placet Val. l. c. prope finem; licet Sot. 4. d. 17. q. 2. ar. 1. expreſſum propoſitum requirat. Reprehendit autem vt dixi Val. Nauar. dicentem, contritionem eſſe virtualem dolorem: in definitione enim ponendus eſt modus, quo res eſſentialiter, & in ſe ac formaliter ſubſiſtit.

17 *Immo id eſſet imprudentia*: Sic etiam Val. poſt Sotum ar. 4. l. c.

20 *Sexto infertur dolorem ſenſus*: Contritio, quæ peccatorum deteſtatio eſt, non poteſt eſſe nimia: nimius vero eſſe poteſt ſenſibilis dolor; ac proinde cum vitio, V. Sotum ar. 4. cit. concl. 4. de eadem re, ſed non idem pęnitus Suarez d. 4. ſect. 4. dubio vltimo.

22 *De ſingulis peccatis ſingulas pœnitudines*; Veterum Theologorum opinio fuit, ſpecialem ſingulorum peccatorum contritionem requiri. Sotus 4. d. 17. q. 2. ar. 5. tres habent concluſiones.

1. Contritio per ſe, requiritur ſingulorum mortalium ſpecialis, & ſingularis, non ſolum in ordine ad cõfeſſionem, ſed etiam per ſe ipſam in iure naturæ quatenus per ſe ipſam ſolam ex gratia procedẽtem peccata remittuntur.

2 Quando tempus, aut commoditas nõ datur generalis peccatorum in confuſo, quatenus ſũt offẽſa Dei, cõtritio ſatis eſt.

3 Vt quis ſingulorum peccatorum ſpecialem contritionem habeat, ſatis eſt, ut cum ad confeſſionem accedit peccata ſingula per loca, & tempora indaget, eorũq; memoriæ oblatorũ contritionẽ. Sic Sot.

Quod hic docet Nauarr tradit Val. q. 8 p. 6. l. c. explicans, in hunc modum, communem ſententiam. Quando vera contritio neceſſaria eſt, ex præcepto: ea; eodẽ debet eſſe de omnibus, & ſingulis peccatis ſpecie, numerove diſtinctis; non de ſingulis peccatis, ſecundum numerũ aut ſpeciem.

ſpeciem; ſinguli cõtritionis actus reſpondere debeant: ſed quia omnia, & ſingula lethalia peccata, ſecundũ ſpeciem, & numerum, memoria repetenda ſunt: & de his, ſecundum ſe in ſpecie, & numero cõſideratis, ſiue pluribus ſiue vnico contritionis actu dolendum.

De hoc Cãd. aur. nu. 25. de Contrit.

Reprehendit Val. Nauarrum quia D. Tho. inter contrariæ ſententiæ auctores numerat: neque enim ſentit D. Th. quod Caiet. merito reiectus, ſenſit.

D. 4. ſec. 6 Suarez tria certa ſupponit 1. De peccatis omnibus contritionem habendam eſſe 2. ex parte voluntatis ſingulas ſingulorum peccatorum contritiones non eſſe neceſſarias 3. ex parte intellectus conſideranda peccata ad memoriam reuocata à peccatore, vt ab eo commiſſa.

Controuerſum eſt; an ad contritionem, & iuſtificationẽ diſtincta omnium peccatorum recogitatio neceſſaria ſit; negantem ſententiam ſequitur, cum Nauarro, Suarez, & probat.

24 *Vnum veniale poteſt remitti.* Certum eſt, non poſſe vnum mortale peccatum, ſine alio, remitti. Iac. 2. *Qui in vno offendit factus eſt omnium reus.* D. Th. 3. p. q. 86. art. 3. Suarez t. 4. D. 10. ſect. 1. & Sot. 4. d. 15. quæſt. 1. ar. 3. ne de potentia quidem abſoluta hoc fieri poſſe, cenſet V. Suarez loc. ci.

Venialis peccati remiſſio, naturæ viribus non poteſt haberi, ſed gratuito Dei beneficio V. Suarez d. 12. Sect. 1. §. Dico tertio. Non remittitur ſine ſanctificante gratia, quæ antecedat, vel concomitetur V. D. Thom. 3. par. quæſt. 87. ar. 4. Suarez ſect. 2. l. c.

Peccatum veniale, cum mortali coniunctum in alia vita non remittitur Suarez loc. cit. diffic. 2. poſſe hominem cum originali, & veniali ex hac vita migrare, cenſet Suarez loc. cit. contra alios id negantes.

Formalis contritio venialium, ad ea delenda, non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt: delet autem ea, de quibus concipitur, & ſi ſit vniuerſalis, omnia delet, immo ſolo Dei amore, ſuper omnia, ſine formali pœnitentia, tolluntur venialia, & fortaſſe, ſola atritione, vel contrario propoſito, aut ijs, aliquo modo, repugnãte virtutis actu, illusque complacentiam excludente V. Suarez l. c. aſſer. 1. 2. 3.

In ipſo momento, quo anima, Deo cara, mgirat è vita feruenti dilectionis Dei actu, perfectaque peccatorum omnium contritione afficitur, & ſic delentur venialia: quidam tamen dixerunt, in purgatorio venialia remitti. V. Suarez ſect. 4. loc. cit.

Quomodo aſperſione aquæ benedictę deleatur venialia; D. Th. q. 87 ar. 4 l. c. Venialia Sacramentalibus deleri, ex opere operato, alij aiunt, alij negant, inter hos Suarez d. 12 ſect. 2.

24 *Gratiam enim cauſa eſt.* In remiſſione peccatorum quatuor concurrunt. Infuſio gratiæ, liberi arbitrij motus per fidem, & caritatem in Deum, motus eiuſdem in peccatum per pœnitentiam, remiſſio culpæ V. Diuũ Thom. 1. 2. quæſt. 113. artic. 6. Valent. t. 2 diſtinct. 8. quæſt. 5. part. 6.

26 *Qui negamus nos, &c.* Nemo ſcire poteſt, certitudine fidei, cui falſum ſubeſſe nequit, ſe Dei gratiam conſecutum. Concil. Trid. ſeſſ 6. cap. 9. Excipe Diuinam reuelationem. De hac re D. Th. 1. 2. q 112. ar. 5. Medina ibidem, Val. t. 2. d. 8. q. p. 4. Vega lib. 9 ca. 47. in Conc. Trid. ſectarios refutat Val.

27 *Toto tempore.* Quando neceſſaria ſit contritio, Val. p. 4. Sot. diſt. 17. q 2. ar. 6. Io. Medina t. 1. de Pęnit. q. 6. Tol. lib. 4. c. 9. Suarez t. 3. d. 16. ſect. 3. t. 4. diſtinct. 15. ſect. 6.

Nemo ſtatim, ac peccauit, præcepto contritionis tenetur; nõ obligat hoc pręceptum cum patratum crimen ſpeculatiue, vel practice memoriæ occurrit, nec die feſto; nec cum Baptiſmi, aut Pœnitentiæ Sacramentum ſuſcipiendum eſt: obligat vero in periculo mortis corporalis, aut ſpiritualis: Hęc probat Val. loc. cit. diligenter.

Vel adminiſtrandi ſuſcipiendiue. Ad ſuſcipienda Sacramẽta Baptiſmi, & pœnitẽtiæ ſufficit attritio. Reprehenditur Nauar. à Greg. de Val. p. 4. l. c. infra §. Noſtra autem aſſertio

33 *Decimoctauo*: De attritione Val p. 2. Sot. artic. 5. loc. cit. Bellarm. libr. 2. capit. 17. de Pœnit. Suarez t 4. diſt. 5. Candel. t. 6. de Confeſſ.

37 *Ad illam magnam differentiam*: Cognitam attritionem ſatis eſſe ad Baptiſmi ſacramentum ſuſcipiendum, docent

Digitized by Google

grauiſſimi Theologi Suar.in 3.p.d.28.ſec. 2.§.Dico ſecundo,Sot.4.diſt.ſexta,quæſt. 1.art.7.concl.ſexta, Val.tom.4.d.7.q. 8.p. 4.col.7.imò ad ſacramentum pęnitentię, Val.l.c.cum D.Thom.3.p.q.79.ar.4.ad.2. Canus relect.de pœnit. Ruardus, Suarez tom.4.d.20.Sect.1.aſſer.3.duo.n.hęc ſacramenta in eum pręcipuè finem ſunt inſtituta; vt ſpiritalem gratiæ vitam ſpiritualiter mortuis tribuant. Vide, ēt Cordubā lib.1.q.11.pag.28. pro vtroque ſacramento attritionem agnitam 9.ſufficere, ait Azor.l.2.c.12.ꝑpe finē, t.1.mor.inſt.

Recolere omnes. Vide Notata ad nu.22.

38 *Attritus fiat contritus*. Vide Val.parte 2.col.2.Med.tract.1. de Pœnit. D.Tho. 4.d.17.q.2.ar.1.Suarez tom.4 diſtinct.5. ſect.3.

42 *Attritionem cognitam*. Vide quæ adſcripſimus ad num.37.

43 *Qui ſola peccata venialia*. Venialia ſufficiens,at non neceſſaria ſacri Pęnitentiæ materia Vide Suarez d.18.ſect. 1.Sot. 4.d.18. q.1. ar. 3. Vt integra ſit confeſſio, hæc recenſere non eſt neceſſe. Conc. Tri. ſeſſ.14.cap.5.& can.9. Vide Suarez d.22. ſect.8. l.c.

Propter ſolam pœnam inferni.Hāc Nauarri ſententiam excipit Candel. Aur.nu.7 de Attritione: contrariam tamen, tradentem,ſufficere attritionem,ob pęnas inferni,multi, ab eodem relati,amplexi ſunt. Conſidera verba Concil. Trident. ſeſſ. 14.cap.4. *V.Val.pa. 1.l.c.*

Attritionē ex gehennæ metu honeſtā eſſe,oſtendunt Suarez tom. 4. d.5. ſect.2. Bellarm.lib.2. de pœnit. cap.17. Timorē pœnæ, vt à Deo infligendę, bonum eſſe, definitio fidei eſt,in Conc. Trid.ſeſſ.ſexta, can.8.

Nullus dolor purè naturalis attritionis gradū attingit; quare neceſſe eſt, vt attritio ſit actus ſupernaturalis.Vide Suarez loco citato,ſect. 1. Poſſet autem dici, ex Conc.Trid ſeſſ.14 cap.4.attritionem, eſſe dolorem minus perfectum,ex turpitudinis peccati conſideratione, vel gehēnæ, & pœnarum metu communiter conceptum,peccati voluntatem excludentē, cum ſpe veniæ. Huiuſmodi attritio Dei donum eſt, impulſuſque ſpiritus Sanctus, mouentis quidem, ſed nondum inhabitantis, peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandā diſponens: per ſe tamen, ſine ſacramento, ad iuſtificationem non ſufficiens. Vide Conc.loco citato.

ANDREÆ VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.
ad Cap. 2

MANVAL. MART. ab Azpilcueta, Nau.
Notæ,& Appendices.

De Confeſſiōne D. Tho.3. p.q. Scolaſtici cum Magiſtro Sotus præcipuè 4. diſt. 18. Suarez tomo 4.diſtinct.21. Val.t. 4.diſtinct.7.quæſt.9.Bellarm.lib.3.de Pœnitentia,Thomas Vide Valdenſis de ſacramentis,Io. Medina c.de Pœnitentia,Pet. a Soto de Inſtit. Sacerd. Lindanus in Panoplia lib. 4. c. 65. Martinus Perſius p.3. de Diuinis,& Apoſt.Tradit.

1 *Vel a Sacerdote qui non eſt proprius*, ideſt, qui ordinaria, vel delegata iuriſdictione in pœnitentem præditus nō eſt.

Infertur ſecundo Conc.Trid.ſeſſ.14.ca. 1.diſſertis verbis,docet,ſacramentum pęnitentiæ,poſt Chriſti reſurrectionē præcipuè inſtitutum fuiſſe, cum Io. 20. dixit. *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata &c.* vnde eorum error exploditur; qui dixerunt,ſacramenta omnia ante Chriſti Reſurrectionem fuiſſe inſtituta. *V. can. 3. l.c.*

Eſſe partem ſubſtantialem, Conc. Trid. ſeſſ.14 cap.3. Actus pœnitentis contritionem,confeſſionem,& ſatisfactionē,quatenus in pœnitente ad ſacramenti integritatē,plenamque peccatorum remiſſionem Dei inſtitutione requiri, & hac ratione pœnitentię partes vocarit, ait Val. t.4 d.q.7.p.1.hos actus integrales Pœnitentiæ partes appellat,ex parte materiæ; poſt D.Th.3.p.q.90.art.3. Sic etiam Suarez in com.illius articuli.

Sacramentum Pœnitentiæ conſtare, eſſentialiter, ex materia, & forma diſces ex Suarez d.18.ſect. 2. vbi diuerſa de hac re ſententias offendes.

Infertur quinto ſit ſimplex &c. De ſexdecim conditionibus Confeſſionis verſiculis qua Nauarr. refert contentis, Sot. 4.diſtinct.18.quæſt.artic. 2. Suarez t. 4.

d.21.ſect.

Digitized by Google

d.21.ſect.1.Val.d.7.q.11.P.1. vbi diligenter omnes explicat.

Quod ſit accuſans,(hæc conditio eſt eſſentialis forma confeſſionis,) quod integra,quod nuda,cum neceſſarijs circunſtãtijs,quod ſit parere parata: ſunt conditiones ſimpliciter neceſſariæ; ſine his enim nulla eſſet confeſſio V.Sotum; a quo omnes conditiones in quatuor membra diſtribuuntur.

Confeſſio ſi diſcribi poteſt. *Confeſſio eſt legitima, ſacramentaliſque propriorum peccatorum accuſatio,coram ſacerdote locum Dei tenente facta ad eorum remiſſionem virtute clauium, conſequendam.* V.Sotum ar. 1.Suarez l. c.

Conditio *Accuſſans*, tanquam genus, confeſſionis ſubſtantiam complectitur; reliquę ſpecificam accuſationis rationem explicant. V.Suarez l.c.

Quatenus confeſſio eſt actus virtutis pœnitentiæ (manifeſtatio ſcilicet peccatorum debet eſſe fidelis,ſimplex, & integra: quatenus autem eſt pars ſacramenti, debet eſſe accuſans ſecreta,parere parata. V. Val.l.c.

9 *Iure Canonico*, De canonica lege annuæ confeſſionis Azorius t.1.libr.7.c.39. Suarez d.36.diligẽter, Val.q.9.p.4. Cand. Aur.de Confeſſione t.7.& ante hos, Dominicus à Soto 4.diſt.18.qu.1. ar.4.

) *Religioſus autem S.Benedicti.* An Clementina obliget Benedicti nos venialia tantum habentes,incertum.Legem illam obligare ad mortale mortalia habentem,ſcribit Candelabrum Aurium de circunſtantijs num.25.innuit Sot.4. ar. 3. & Val. p.
Loco c. 3.id affirmat, de monialibus Benedictinis loquens, Petrus Boncus in ſpeculo Religioſo c.13. negant id Caiet.& Cano Relect.de Pęn. p. 5.at Suarez t.4.d.36. ſect. 5.hoc pendentem,credet ex inſtituto conſuetudineque Benedictini Ordinis; nec magis hac, quam alijs legibus Monachos Benedictinos deuinciri. Azorius t. 1. libr. 7.c.40. huiuſmodi monachos ſingulis mẽſibus ad confeſſionem venialium inſtituendam obligari,ait cum Nauar.in c.placuit d.6.n. 122. & Caiet.quãquam reclamet Sot.4:d.18 q.1.ar.3.& Candel. Aur. loc.citat num.25.Vtraque ſententia probabilis.

ſeſ. 25. c. 10. *Item ſanctimoniales* Conc.Trid. ſanctimoniales in conſtitutionibus admonendas pręcepit: vt ſaltem ſemel ſingulis mẽſibus Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramenta ſuſcipiant. Ex ipſis Concilij verbis non videtur colligi vis pręcepti obligationem inducenus. Idem Suarez l. c. in fine.

Inſtat mortis articulus. In periculo mortes (de periculo,& articulo inferius) Diuino iure obligari fideles ad ſacramentalẽ Confeſſionem certum puto,cum Suarez l.c.§.circa ſecundum, & Val.q.9. p.4. de articulo mortis idem D.Th. Quodlibeto 1. ar.11.& Sot.l.c.

In deſcriptione articuli mortes quædam pericula recenſet Nauar. imminens prælium,tempus pariendi &c.quare articulum à periculo non videtur ſeiungere Sotus 4.diſt.18.q.ar.4.Couar. in c. Alma mat.1.p.§.11.n.8.& alij quidam facultatem abſoluendi in mortis articulo ad periculum non extendunt at alij non extendant. V.Notas noſtras ad Aphoriſmos Eman.Sà V.Abſolutio n.3.& V.mortis articulus.

10 *Cum probabiliter credit.* Habens reſeruata, & copiam ſuperiores reſeruantes, cuius occaſione omiſſa, non poterit confiteri,iure Diuino confiteri tunc debet: vt placet Dur. 4. d. 7. q. 10. Val. d. 7.q.9.p. 4.l.c.

Is eodem iure confiteri debet cui prudens confeſſarius iniungit; vt ad efficax nonnullorum grauium ſcelerum remedium confiteatur. Val.l.c.

Qui fore putat; vt nonnullorum lethalium facinorum obliuiſcatur,niſi eo modo explicent in confeſſione,tenetur, Marſilij iudicio, iure Diuino id efficere. ſed improbant hanc ſententiam merito Nauarr. c. 21.nu.35. Vict. q.132.Val.l.c Suarez t.4.d.36. ſect. 5.num. 5.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Tertium.

Manualis Doctor. Martini Nauarri,

Notæ, & Appendices.

DE Satisfactione d.Th.q.12.Supplem.Adrian.in 4.Io.Med.c. de Pænit. Sot.4.diſt. 19.q. 1. Greg.de Val.t.4.diſt.7.quęſt. 14.Bellarminus l.4.de pænit. Pet. à Sot. de Inſtit. Sacerd. Suarez tom.4.D.37.38. Tol.lib.3.c.xi. Candel. Aur.t.8.

2 *Execrandam Lutheranorum*. Diſput. pro ſatisfactione, contra hæreticos Cardin. Bellar. lib. 4.cit.cap.xi. nonnulla Lutheri argumenta confutat. Vide Caſtrenſem contra hęreſes. Vide ſatisfactio. Val.par.2.l.c.Lindanum lib. 4. panopliæ Euang.a cap.70.

3 *Tripliciter*. V.Bellar.ca.6.l.c. vbi Orationem, Ieiunium Eleemoſinam opera ſatisfactoria eſſe demonſtrat. De his multa Io.Med. cap. de Pænit. nonnulla Suarez d.37. ſect.6.l.c.

4 *Redegit in articulum*. Non omnia, quę ſunt de fide ſunt articuli fidei. Pænes a Deo inflictis, æquoque animo tolentis, nos Deo, per Chriſti merita, ſatisfacere poſſe, quo ad pænam temporalem, definitum eſt de fide à Conc. Triden. ſeſſ. 14. can. 13.

Multa, quæ ſunt de fide, & in Symbolo non expreſſa ad articulos fidei recuſantur.

A Deo omnia videri, & regi articulus fidei non eſt, vt reuocatur ad articulum primũ. Auguſtiſſimũ Euchariſtię ſacramentum inter fidei articulos non numeratur, ad eum tamen ſpectat; quo credimus. Vnam Sanctam Eccleſiam.

Sanctorum communionem remiſſionem peccatorum. Vide Azor. tom.1.lib. 8.cap.5.

Articuli fidei, iuxta numerum Apoſtolorum, ſunt duodecim, qui ratione rerum credendarum appoſitę in quatuordecim diſtribuuntur, quorum ſeptem ad Diuinitatem ſpectant, ſeptem ad Humanitatem cum Diuinitate coniunctam. V. Azor.lib.1.

5 *Secundum omnes ſatisfactoria eſt*. Non eſt hæc omnium ſententia, vt contra Nauar. indicat Val.t.4.D.7. quęſtion. 14.p. 3. Adrianus enim in 4.quęſtion. 2. de ſatisfact. Sot.4.d. 19.q.1.ar.5.(quos Val. ſequitur) ſatisfactionem a Sacerdote iniunctam, exhibitam extra gratiam, ne tunc quidem valere, cenſent, cum homo gratiam recuperauit, probabilis profecto opinio Ledeſmæ quoque probata 2. par. quęſtion.13.ar.3.dub.4. Eam non improbat Suarez. D.38.ſect.8.aſſert.3. Superiorem tamen Caietani, & Nauarri probabiliorem iudicat, cui ego aſſentior. Satisfactio eſt pars Sacramenti pænitentiæ. Sacramẽtum totum informe, remota fictione, ualet, probabile eſt, ſatisfactionem quoque, quæ eſt pars, amota fictione, vim habere.

Satisfactionem Sacramentalẽ in mortali explere, pratice non eſſe lethale ſcelus, ſcribit Suarez l. c.

Satisfactionem iniunctam non poteſt pænitens per alium explere, ſine conſenſu Confeſſarij, qui, dum expedire videt, poteſt eam per alium exhibendam imponere. Suarez l.c.ſect.9.

Æqualem Confeſſarium ſatisfactionẽ ad alio impoſitum, iuſta de cauſſa mutare poſſe, negant Sot. & Vict. affirmat communis, opinio, Suarez probata, ſect. 10. in mitiorem, ne dum inæqualem, hæc mutatio fieri poteſt.

Suffragia facta pro defunctis. Communis ſententia eſt, Suffragia fidelium extra ſtatum gratiæ exhibita, neque viues, neque defunctos iuuare. Suar. D.48.ſec.8.l. c.Bellarmin.lib. 1. cap. 14. de Indulgen. quæſtion.5.Sà V. Indulgentia num.2.V. Tol.lib.6.c.16.

Peccatum veniale poſſe remitti. Non poſſe remitti veniale, ſine mortali, communis opinio. Sot. 4. diſtin. 15. quæſtion. 2. artic.4. Valent. tom.4. diſtin.7. quęſtion. 4.par.3.

10 *Abſtinere a propinquis*. V. Lopez par. 1.capit. 19. Inſtruct. conſcient. Suarez d. 32.ſect.2.

14 *Quarto reſpondimus*; Hanc quæſtionẽ

per-

perpendit lopez cap. 20. loco citato.

17 *Secunda reſponſio.* Hoc corollarium à nonnullis reprehenditur, tanquam ſuperius dictis contrarium. Vide Lopez l.c.

19 *Sincero ad pænitentiam.* Accidit nonnunquam, vt homines ex impuri amoris coeno emeſſerint; & Sanctam vitam duxerint. Bonifacius Martyr fœdo cum Aglae matrona concubitu ſe polluerat; facti pænitentia captus, pie vixit, martyrium ſubijt. Aglae quoque ſceleris fœditatem deteſtata pijs operibus cum daret operam, Sacro Bonifacij corpori obuiam proceſſit, ædemque, in qua corpus tumulatum fuit, extruxit. Breu. Rom. *Die 14. Maij.*

20 De concubina expellenda, antequã concubinarius beneficio abſolutionis afficiatur. Syl. Vide concubinarius. nu 2.

De tollendis lethalium criminum occaſionibus, Syl. Lopez tom. parte prima, cap. 19. Rodriquez in ſumma parte prima, cap. 49. Tol. lib. 3. cap. 18.

ANDREÆ VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Quartum.

Martini Doct. Nauarri, Appendices, & Notæ.

DE *confeſſario multi.* De confeſſarij poteſtate Barth. Med. lib. 2 cap. 1. Inſtruct. confeſſ. De bonitate cap. 2. De prudentia c. 3. De Sigillo cap. 4.

In confeſſario requiruntur Poteſtas ordinis, & iuriſdictionis, Scientia, Prudentia, Bonitas (hæc non omnino neceſſaria eſt.) Sigilli cuſtodia. Vide Syl. confeſſor. 3. Caiet. Vide confeſſor in Summa, vbi addit ſigillum, vt Medina. cap. Enchiridion quoque Paſtoralis Theologiæ Petri Binsfeldij ſuffraganij Treuirenſis cap. 12. parte prima.

De prudentia confeſſarij, Suarez; Belle & fusè Valerius Reginaldus in tegro volumine, quod vtiliſſimum cenſeo.

De prudẽtia curati Io. Baptiſta Poſſeu. cap. 11. de officio Parochi: cui libro nonnullas addidimus notas.

De clauibus, Suarez t. 4. d. 16. De iuriſdictione ſect 3 l. c. Sot. 4. d. 18. q. 4. Syl. confeſſ. 1. Val. t. 4. d. 7. q. 10. p. 2.

Iuriſdictio, diuino iure, eſt neceſſaria ad abſoluendum; non autem humano, vt falſò putauit Armacanus. Eſt autem Iuriſdictio auctoritas quædam in alterum, vt in ſubditum, ſaltem ad cognoſcendam conſcientiã eius, ligandã, atq; ſoluendam.

3 *Habitualem* Idem c. 27. num. 259. 260. Suarez doctiſſimus Theologus, tom. 4. d. 16. ſect. 3. num. 15. falſam appellat Nauarri ſententiam. Eſt enim diſtincta poteſtas ordinis à poteſtate iuriſdictionis, & hanc, ex vi ordinationis, Sacerdos non aſſequitur.

Non à Chriſto immediate, ſed à Pontifice, vel ab Eccleſia Sacerdotes iuriſdictionem habent. Vide Val. l. c.

Seu vicario, vel à Parocho. Parochus poteſt ſacerdoti approbato ab ordinario iuriſdictionem delegare, vt ſuorum confeſſiones excipiat: non tamen ſimplici Sacerdoti; quem non parochus, ſed Epiſcopus approbare poteſt. Vide cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reform. & Suar. d. 28. ſec. 4

3 *In mortis articulo.* Quemlibet Sacerdotem in mortis articulo à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſe, Concilij Trid. doctrina, perſpicuum eſt: hoc fieri poſſe à quocunque Sacerdote in articulo, ſeu morali periculo mortis, iure Eccleſiaſtico multi, iure Diuino nonnulli putant. Suarez tom. 4. d. 26. ſect. 4. auctorum recenſet nomina. *Seſſ. 14. c. 7.*

Mortifera aliàs legitime confeſſa. Ita etiã Suarez tom. 4. d. 24. ſect. vlt. Sotus tamen id non concedit. Simplex Sacerdos, etiã poſt. Conc. Trid. ex conſuetudine Eccleſiæ à venialibus abſoluere poteſt. Vide Suarez d. 26. ſect. 5. l. c. *Vide Lopez p. 1. c. 26.*

8 De ſcientia confeſſarij. Syl. confeſſor 3. num. 2. Caiet. Vide confeſſ. condict. Sot. 4. d. 18. q. 4 art. 3. Adria. q. 4 de confeſſ. dub. 7. Rich. 4. d. 17. art. 2 q. 8. Pet. à Sot. lect. 6. de confeſſ. Suarez t. 4. d 28. ſect. 2.

9 *Ex qua reſolutione.* Nauarri ſententiã contra S. Ant. & Syl. probat Suarez loco citato num. 7.

13 De confeſſione nulla, ratione ignorantiæ cofeſſoris, Suarez l. c.

In articulo, ſeu periculo mortis, ſi Sacerdos, qui ſolus adeſt morienti homini, formam Sacramenti proferre queat, & materiam aliquam agnoſcere, valide abſoluet. Vide Suarez l. c.

15 *Bonitas*

Digitized by Google

15 *Bonitas Confeſſarij.* Fidelitas in Confeſſario ad valorem Sacramenti neceſſaria eſt, qui enim ſine intentione abſoluendi (ficte ſcilicet) abſolueret, nihil faceret. Bonitatis in alijs rebus ad ſanctè, non autem ad ualidè miniſtrandum neceſſaria eſt. V. Suarez D. 28. ſect. 1. l. c.

Abſoluere in lethali ſceere, ſcelus lethale eſt, audire confeſſionem in lethali, antequam forma proferatur, graue peccatum, ex ſuo genere, ad ferendum autem iudicium in indiuiduo, materiæ grauitas, & circunſtantiæ ponderandæ ſunt. Suarez l. c col. 1.

16 *Octauo &c.* De hæreſibus circa confeſſionem, Alfonſus à Caſtro contra omnes hær. V. confeſſio, Bellar. lib. 3. de pænit. cap. 1.

Montaniſtæ, & Nouatiani abſoluendi poteſtatem negarunt. V. Vicleffus apertè confeſſionem impugnauit. Petrus Oxonienſis dicebat, confeſſionem non eſſe de iure Diuino, ſed ex aliquo vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuto, quem errorẽ Eraſmus, & Rhenanus ſequuti ſunt. Alia aliorum Hereticorum deliramenta habes apud Bell. l. c. qui cap. 2. Confeſſionis neceſſitatem, ex Euangelio probat, c. 3. ex figuris. ca. 4. ex alijs noui Teſtamenti locis c. 5. ex Cõcilijs. c. 6. ex Traditione. c. 7. 8. 9. 10. ex Patribus. Confeſſionem eſſe iuris Diuini, oſtendit. cap. 11. & Hæreticorum ſophiſmata ſoluit.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Quintum.

D. Martini Nauarri, Notæ, & Appendices.

1 DE interrogando pænitente. Sot. 4. diſt. 18. queſt. 2. ar. 4. Syl. Confeſſor. 3. num. 18. Suarez D. 32. ſect. 3. Valerius Reginaldus de prudentia Confeſſarij, Suffraganeus Treuirſ. 1. part. Enchir. Theol. Paſtor. c. 12. De interrogationibus Caiet. & alij quidam Summiſtæ. V. interrogationes. Bartholomæus Medina lib. 1. Inſtruct. Confeſſorum. cap. 18. §. 1. Ioannes Polancus cap. 2. Directorij, & in Appendice Valerius Reginaldus l. c.

Si pęnitens dicat, ne me amplius pater interroges, ſatis omnia recenſui, poteſt eum Sacerdos (admonitum, nihil valere confeſſionem non integram) abſoluere, ſi tamen exiſtimet probabiliter, fuiſſe illum integre confeſſum, nam ſi certo ſciret, pænitentem temere agere, non deberet abſoluere, V. Suarez l. c. nu. 5.

2 Confeſſor, exiſtimans, pænitentem neceſſaria vſum diligentia, ſi ſciat lethale ſcelus ab eo prætermitti, ob integritatẽ iudicij, tenetur eum interrogare. Suarez. nu 7. l c.

Si Confeſſor vidit hominem peccatum lethale patrantem, & hic ſcelus in confeſſione taceat, etiam interrogatus; abſoluere eum debet, ſi probabiliter exiſtimare, poſſit, eum alteri Confeſſario id explicaſſe, at ſi certo ſciat, eum, de dita opera, mentiri, non tenetur illius dicta ſequi, nec eum abſoluere debet, ſed ſua ſcientia conuincere, & redarguere poteſt. Suarez l. c. nu. 9.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Sextum.

D. Martini Nauarri, Notæ, & Appendices.

DE peccatorum circunſtantijs. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. Cano relect. de pænit. p. 5. Suarez. D. 22. ſect. 2. 3. Val. D. 7. q. 11. p. 1. Medina lib. 1. Inſtru. Confeſſ. c. 9. Candel. Aur. pag. 93. Syl. Confeſſio. 1. §. 20. Rodriquez p. 1. ca. 3. Tol. lib 3. c. 7. id Med. q. 8. Pet. à Sot. lect. 9.

1. *Eſt quoddam accid ns.* V. Azor. tom. 1. mor. Inſtit. lib. 1. c. 18. Greg. de Val. 1. 2. D. 2. q. 2. p. 1.

2 *Quis, quid, vbi.* Azorius quoque l. c. q. 3. explicat ſingulas circunſtantias. Vide Val. l. c. p. 2. & Suarez, ſect. 4. Has omnes circunſtantias copioſe explicantem.

Multiplicatio. Laudat Nauarrum Val. l. c.

Digitized by Google

loco citato poſt quintam aſſertionem.

3 Sot.4.diſt.18.q.2. art.4. eas circunſtã tias explicandas, iudicat in confeſſione, (etiam ſi ſpeciem non mutent) quæ boni viri iudicio,notabiliter aggrauant. Concubitus cum matre, & cum Sorore eiuſdem ſpeciei inceſtus eſt in primo gradu: nihilominus quis non cenſebit, grauiorẽ eſſe,notabiliter,concubitum cum matre concubitu cum Sorrore. Cano loc.c. Solas eas circunſtantias exprimi oportere, ait, quæ mortalem notabilem malitiam addunt, quæ in explicatione principalis culpæ non intelligitur a confeſſario, & loquitur de circunſtantijs ſpeciem non variantibus. Hæc ſententia communi, (quam Nauar.hic nu.6.& Couar in 4.Decret.p.2.Val.l.c.ſequuntur) repugnat,nihilominus graues veteres,& recentes,autores habet,Altiſiod.lib.4 & 6.c.q.3.Ale. 3.p.q.77.memb.3.ar.2.Ledeſmam 2.p.4. q.8.ar.4 dub.5.Pet.à Sot.lect.9. de Confeſſ.Vict.nu.136.Suarez,t.4.diſt.22.ſect. 3.nu.5.cui hæc minus communis ſententia, circunſtantias notabiliter aggrauantes neceſſario exprimendas eſſe, docens, verior,& probabilior videtur, quam probat ex vſu fidelium,& rationibus Gradus conſanguinitatis, incæſtus circunſtantiæ, exprimendi ſunt, vt omnes aiunt, quamuis ſpeciem non mutent, vt eſt probabilius, & circunſtantiæ notabiliter aggrauantes explicandæ non erunt.

Intelligendum tamen eſt. Concilium Trid. da ſolis circunſtantijs ſpeciem mutantibus loquitur,quod eſt certum, de aggrauantibus notabiliter, quod eſt in controuerſia, non definit, uerba tamen, & ratio Concilij,virtute, has circunſtantias amplecti videntur,vt Suarez quoque obſeruauit nu. 7.l.c.

5 *Quæ peccatum extenuant.* Extenuantes ita,vt ſpeciem mutent,ſunt explicandæ.Patet ex Trid.Conc.Quatuor modis accidere poteſt mutatio.

1 Si circunſtantia patefacta oſtendat, actum non eſſe peccatum, quem lethalẽ Confeſſarius iudicaret, ſi illam pœnitens ſilentio præterijſſet.

2 Si ex indicata circunſtantia Confeſſarius agnoſcat, venialem eſſe culpam, quam circonſtantiæ inſcius mortiferam exiſtimaſſet.

3 Si circunſtantia vnam auferat lethalem circunſtantiam,aliamque relinquat.

4 Si expreſſa circunſtantia declaret,peccatum non eſſe illius ſpeciei,cuius quamuis leuioris, ſine circunſtantiæ cognitione.Confeſſarius putaſſet.

Quocumq; modo accidat mutatio ſpeciei,ex minuente circunſtantia,exprimenda ea eſt.

At ſi in eadem ſpecie minuens circunſtantia contingat,minuatque notabiliter, exprimendam eam eſſe in confeſſione, aiunt Scotus,Cano,& alij quidã: negant alij,& vt mihi quidẽ videtur,probabilius inter hos Nauar. hic, &Suarez nu.16 l.c.

6 *Hoc non eſt neceſſarium*, Vide notata ſuperius num.3.

7 *Virginitatis circunſtantia.* Nauarri ſententiam,contra Sotum,amplectitur Val. l.c.Saltem de puellæ,ſub parentum cura viuentis.Virginitate circunſtantiã enim peccatum ad ſtuprum reuocat. Soti ſententia non diſplicet Suarez ſect. 4.l.c.qui tamen non ſatis intelligit differentiam à Soto propoſitam inter ſtuprum mente & ſtuprum corpore perpetratum. Dicit Soto,mentalis ſtupri circunſtantiam exprimendam non eſſe,exprimendum ſtupri actu exerciti,ob maius damnum, cur hoc,cũ malitia in interiori actu conſiſtat, nec minus ſcelus admittat qui nocet, quam qui nocere vult.

Virginitatis circunſtantia in homine ſpeciem non mutat;ex omnium ſententia,ergo neque in fæmina,per ſe loquendo, ſi illa ſponte conſentiat, ſi non decipiatur,ſi nulla, parenteſue illius, iniuria afficiantur. Sic nonnulli, ſic Suarez l.c. addens, fæminam impudicitiæ crimen internum, externumuè confitentem, nec declarantem,an virgo ſit,de hac re interrogandam non eſſe,ita Alcocel. c. 20. Summæ num.71.Pet. Nauar.lib.2.ca.3. de Reſtit.nu.433. docet, rem habentem cum Virgine conſentiente non obligari ad reſtitutionem, nec ad circunſtantiam explicandam in confeſſione,cum ſpeciẽ non mutet. Huic ſententiæ tanquam probabiliori adſtipulatur Sanchez lib. 7. de mat.D.14.nu.5.dum virginis (etiam ſub cura parentum)ſponte conſentientis violationem à ſimplici fornicationem diuerſam non eſſe,affirmat,& tunc ſolum ſtuprum eſſe ſpecie diuerſum,cum virgo inuita violatur.Pro hac ſententia referun- V. Caiet. 2.2.q.154 a 6.

ur

illa vixit, nec non frequentiæ modum p̄ dies, heddomadaſque, quantum fieri poterit, recenſere; in quo opem feret pænitenti confeſſarius. In externis actibus hoc non eſt difficile: interni actus ſatis exprimentur, ſi dicat pænitens, ſe ad illud crimen patrandum, aut cupiendum paratū extitiſſe, quoties occaſio ſe illius offerebat, aut quoties illud in memoriam veniebat. Ex communi ſententia.

Si qua publica meretrix. Ego (cum Sà V. confeſſio nu.31.) tam generali confeſſione non facile contentus eſſem: poſſunt.n. meretrices cum conſanguineis, cum affinibus, cum duobus fratribus concumbere, vti fraudibus, amatorijs, potionibus, aliauè dæmonis arte, ſcelera contra naturam patrare, fætus conceptionem impedire, alienum furari, & alia grauia criminina admittere; quæ generica explicatione non exprimuntur. Vide Sot. quarto diſtinctione 18. quæſtione ſecundâ, artic. quarto, ad conclu ſ. ſecunda Medina libro primo cap. nono § diſtinctione ſecunda. Inſtrut. Confeſſ. conſidera obſeruata à Vi ualdo in candelabro Aur. de confeſſ. numero 19.

17 *Quod toties.* Lopez p. 1. Inſtruct. confe. cap. 31. Nauarrum explicare contendit.

Voluntas. Non diſſentit à Nauar. Greg. de Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. col. 7.

Quod plane verum eſt in peccatis internis Quamdiù voluntas in eo actu interiori, quo culpa committitur, perſeuerat, vnū tantum eſt crimen, numero. Multiplicantur autem crimina vnius actus interreptione, in eodem homine circa idem obiectum, ſi alius ſucceſſiuè efficiatur. Fit autem interruptio ſpatio aliquo temporis interiecto, quo homo deſiſtit ab eo actu: Hæc videntur certa: controuerſum eſt, quanta ad numericam ſcelerum mentalium multiplicationem (in ordine ad confeſſionem) interruptio requiratur; & tres circunferuntur ſententiæ.

Prima eſt. Quacumque minima interruptione, etiam ex ſomno, aut alia naturali diſtractione, crimina mentalia multiplicari.

Secunda. Multiplicari, ſi interruptio per contrariam voluntatem contingat, & poſtea ad priorem malum mentis actum redeatur. Ità Cano relect. de pænit. Sed eum in hac re, confutat Suarez ſect. Vide l. c. à num. 9.

Tertia docet, Interruptionem debere eſſe moralem, (neque enim phyſica ſatis eſt.) in ordine ad confeſſionem, in qua, humano more, iudicium ſolet exerceri. 1. voluntariam interruptionem ab interna voluntate, aut conſenſu, etiam minimi temporis, eſſe moralem: vt, ſi quis prætermittat mentalem actum peccati, ſciēs, & volens, ad exiguum tempus, & poſtea ad eundem noua deliberatione redeat: tunc enim certum eſt, nouum peccatum admitti, & eſſe explicandum. 3. Si interruptio longi temporis, per ſomnum, aut naturalem diſtractionem accidat, & ea tranſacta, cum deliberatione, quæ ad peccatum patrandum ſatis ſit, homo ad ſimilem actum reuertatur, diſtinctum erit crimen. Copioſè diſſerit de hac ſententia Suarez, qui etiam addit. Peccata, quæ interruptione committuntur, numero diſtinguuntur; numericam autem ſcelerum multitudinem, eo, quo poteſt modo, tenetur homo in confeſſione recenſere. Azorius libro ca. quæſtione quarta, tomo primo, Mor. Inſtit. duas refert ſententias.

Ex quo infertur primo. Communis ſententia eſt, vnum eſſe peccatum, ſi, nondum perfecto opere exteriori, interior voluntas renouetur. Vide Suarez loco citato, numero vigeſimo. Quanta exterioris actus continuatio ſit neceſſaria, vt peccatum ſit vnum, docet numero vigeſimoprimo Suarez loco citato, Phyſica non ſufficit; ſed moralis requiritur.

17 *Factorum inordinatorum conſequentium.* Improbat Suarez, in hac re, Nauarrum, nec, fortaſſe, immerito. Impudicos actus fornicationem antecedens, non eſt neceſſe in confeſſione exprimere, nam ſunt veluti partes venerei ſceleris perficiendi; per ſeque ad illud diriguntur: ſubſequentes verò iam perfecti criminis non ſunt partes, neque ex eo, natura ſua, dimanant: ſed mala ſceleſti viri actio eos addit; quare diſtincti ſunt, & explicandi. nu. 26. lit.

18 *Infertur ſecundò.* Vide Azor. loco citato.

Qui imprecatur mortem alicui, & toti familiæ. Quidam cenſent vnum tantum

peccatum

peccatum eſſe. Azor l.c. q.3. tot eſſe peccata, quot perſonæ in familia.

Petro, & vndecim Apoſtoli. Azor. l.c.q.5. tot eſſe putat crimina, quot Apoſtoli, omnes enim proſequitur contumelia: ſic plura admitteret crimina, qui vno ictu plures interficeret.

Infertur ſeptimo. Aduerſatur Suarez, vt vidimus paulo ante, ad num. 17.

19 *Vnico verbo mille.* V. Sot. 4. diſt. 18. q. 2. artic. 4.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Septimum.

Manualis Doctor. Nauar.

Appendices, & Notæ.

T*Ertio infertur.* Quidam cenſent peccatum non graue complicem ſceleris in cō feſſione detegere, ſine neceſſitate, aut cauſa. V. Ca. 2.2. q. 73. ar. 2. Suarez. diſt. 34. ſect. 1. putat, eſſe mortale, detegere graue crimen proximi in confeſſione, cum eius infamia, ſine rationabile cauſa, cum cauſſa autem, nullum crimen.

Vt integra fiat confeſſio, non ſolum licite poteſt, ſed tenetur pænitens, (ſi id neceſſarium ſit) complicem declarare. Multi hanc ſententiam probant, tuetur valide Suarez ſect. 2. l.c. Contra Nauarrum, qui paucos habet ſuæ opinionis defenſores. Reuerentia, quam Sacramento debemus poſtulat, vt integritas eius complicis declarationi anteponatur. Vide rationes apud Suarez l.c. apud Petrum Vicecomitem c. 2. & Cordubam q. 1. trat. de caſibus conſcientiæ.

De hoc Lopez quoque par. 1. Inſtruct. c. 36. Petrus Vice Comes Cencor rerum fidei Cremonæ, integro libello. Cremonæ excuſo, hanc quæſtionem pertractat, an ſcilicet pænitens ſceleris complicem declarare poſſit, & Nauarro aduerſatur, exiſtimat enim, pœnitentem, cum alterius confeſſoris copiam cōmode habere nō poteſt, debere integrè confiteri, etiamſi Confeſſarius ex integra eius confeſſione complicis crimen agnoſcere facile queat. Doctores quam plurimos, communem hanc ſententiam amplexos, idem recenſet, & cap. 4. docet, pænitentem non ſolū, vt integre confiteatur, ſed in aliud animæ ſuæ bonum, poſſe complicem detegere, vt confeſſarij conſilio iuuari poſſit, quod Nauarrus ipſe ſenſiſſe videtur inferius num 7.

Sexto infertur. nec non in bonum tertiæ perſonæ, vt correctione ad bonam frugem reuocetur.

4 *Circumſtantia graduum cognationis. &c.* probabilius cenſeo, cum Suarez. d. 22. ſect. 3. num. 12. Gradus conſanguinitatis, & affinitatis, (quamuis, tamquam circunſtantie inceſtus, explicandi ſint in confeſſione) ſpeciem non mutare. V. Caiet. q. 154. art. 9. Cano Relet. de Pænit. Sot. 4. clauem Regiam l. 8. c. 4. nu. 3. Rodriquez p. 1. c. 208. *V. Val. t. 4. d. 7. q. xi. p. 2. §. ex hoc itē.*

Inceſtum cum conſanguinea ſpecie differre ab inceſtu cum affine, negat Cai. affirmat Leſſius lib. 4. c. 3. de Inſt. & iu. Dubit. xi. quod magis placet, differt enim ab affinitate conſanguinitas, & concubitus cum matre grauior eſt, quam cum nouerca.

Inceſtus cum conſanguinea in linea recta cenſetur differre ſpecie ab incæſtu in linea laterali, & primi gradus in laterali a reliquis.

Inceſtus in gradibus, non naturæ, ſed poſitiuo iure, inductis, non diſtingui ſpecie, probabiliſſimum eſt. Leſſio, quamuis contrariam Nauarri ſententiam improbabilem non putet, à qua non diſcrepat. Val. t. 3. d. 9. quæſtion. p. 3. col. 3.

A N-

Digitized by Google

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Octauum.

Manualis Doctor. Nauar.

Appendices, & Notæ.

DE Sigillo. D. Tho. ſupplem. q. xi. Schol. in 4. d. 18. Sot. q. 4. art. 5. eadem diſt. & de ratione teg. ſecr. Val. t. 4. d. 7. q. 13. Suarez t. 4. Diſt. 33. Io. Medina cap. de Pænit. Adria. in 4. Pet. à Sot. de Inſtit. Sacerd.

3 *Venialia, verum etiam eorum circunſtantia.* De hac re Suarez ſect. 3. l.c. Non ſolum peccata, & circunſtantiæ, ſed ea omnia, quę ad explicandum peccatum narrantur, ſigillo Confeſſionis ſubiecta ſunt; ſcelera etiam publica in confeſſione cognita. Hæc omnia intelligenda ſunt, cũ relatione ad peculiarem pęnitentẽ, & cum peculiari reuelatione, neque enim ſufficit detegere crimina in abſtacto, ſi pænitens non detegatur. ex capit. omnis vtriuſque ſexus. *Caueat, ne reuelet peccatorem.* Quare non eſt Sigilli fractor, qui de ſceleribus in confeſſione auditis tam prudenter loquitur, vt auditur intelligere nequeat, aut ſuſpicari, qui fuerit eorũ criminum auctor. V. Suarez l.c. Val. p. 3.

Quæ nullo modo peccatorum accuſationi deſeruiunt, & concomitanter in confeſſione explicantur, lege Sigilli non comprehenduntur, ita etiam Suarez nu. 10. l.c.

Val. p. 3. l.c. Omnia in confeſſione cognita, quorum declaratio grauem, odio ſamquę hominibus confeſſionem efficeret, ſub ſigillo contineri, ait.

5 *A Lege Diuina, naturali, poſſitiua.* De hac re Suarez ſect. 1. Val. P. 1. Io. Med. q. 45. de confeſſione.

Naturali iure à fama proximi lædenda abſtinendum eſt, & fidelitas ſeruanda.

Chriſtus hoc Sacramentum ſic inſtituit, vt id omitti à confeſſario, voluerit, quod homines à confeſſione peragenda deterrere queat, deterreret autem auditorum criminum propalatio.

De humano iure V. c. omnes vtriuſq; de pœnit, & remiſſ. & Can. Sacerdos, de pænit. diſt. 6. Quamuis autem humanum ius hoc ſecretum prçcipiat, & violatores puniat, ab eo tamen non dimanat illius obligatio, neque à ſolo natuali, ſupernaturalem ordinem reſpicit, naturaliaque ſecreta vincit, vnde eius violatio Sacrilegium eſt: Supernaturale præceptum. Diuinumque (non tamen poſitiuum mere) Confeſſarios ſecreti nexu deuincit, quod tamen ipſi Sacramento (prout iam illud Chriſtus inſtituit) inſitum, & connaturale appellat, rectiſſime, Suarez, neceſſaria enim conſequutione ab ipſa Sacramẽti inſtitutione proficiſcitur.

Tanta antem eſt præcepti huius uis, & obligatio, vt nullo caſu, nullo tempore, ne pro tota quidem Rep. à quacunque ſpiritali, aut temporali pernicie eximenda, infringi queat, vt Theologi, quorum ſeriem adſcribit Suarez. nu. 2. l.c. vno ore fatentur.

Sect. 1. l.c. nu 9. 10.

Sigilli Confeſſionis violator Sacrilegus eſt, & iniuſtus; Sacrilegus, quia reuerentiæ Sacramento debitæ, eiuſque bono aduerſatur: Iniuſtus, quia famam proximi lædit, & ſecretum, inuito proximo, detegit. V. Suarez. l.c. nu. 13.

7 *Interpres.* Quidam negant, interpretẽ obligari lege Sigilli, eſt enim interpres pænitentis inſtrumẽtum, non chriſti: nec claues habet. Caiet. V. Confeſſio condit. xi. & Soto, verum ſententia Nauarro probata communis eſt. V. Suarez ſect. 4 l.c.

10 *Neque obſtat.* V. Sot. 4. diſt. 19 q. 2. ar. 5. Syl. Pęnitentia num. 1. Io. Med. q 40. de Confeſſ.

Vndecimo infertur. Ita etiam Candel. Aur. de Sigillo nu. 25. Non abſolui cum Nauarro ſentit Suarez, ſect. 6. Contra Ca. Hæc antem reuelatio indriecta eſt.

12 *Dummodo adeo circunſpecte* Contra Panorm. diſputat Sot. de ratione teg. ſec. m. 3. q. 4. concl. 3. Vers. Nunquid. Neque enim Sigilli fractio eſt, peccata in genere de tegere, ſi nullũ immineat reuelationis perſonæ periculum. Qui ſine hoc periculo, ſe in confeſſione aliquod peccatum audiuiſſe, dicit, Sigillum non violat, nec lethali ſe obſtringit culpa, ſi nullum ſit ſcan-

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Nonum.

Manualis Nauarri.

Notæ, & Appendices.

QVando confeſſio iteranda. Suarez tom. 4. diſtin. 22. ſect. 6. Val. tom. 4. diſtin. 7. quæſtion. 11. par. 3. Caiet. Vide Confeſſio. Sot. 4. diſtin. 18. queſtion. ar. 3. Pet. à Sot. lect. 7. 8. de Confeſſ Lopez part. 1 capit. 38. Tolet l. 3. c. 10. Rodri. p. 1. ca. 58. Sà V. Confeſſ. nu. 7. Vual de Confeſſ. à nu. 66.

V. Tol. lib. 3. c. 10. 1 *Quarto dicimus*. Valet abſolutio à peccatis ſuſcepta in maiori excommunicatione, bona fide: excommunicatio enim in ſuſcipiente prohibet vſum Sacramenti, ſed illud non irritat: at ſi ſciat pænitens, graue ſcelus eſſe, ſuſcipere in excommunicatione abſolutionem à peccatis, & eam ſuſcipiat, inualidè abſoluitur: quia confeſſio caruit dolore, & integritate. Suarez tom. 4. diſtin. 22. ſect. 7. Excommunicatio maior in Sacerdote, quia illum priuat iuriſdictione, confeſſionem inualidam reddit. Vide eundem loco citato Vide inferius numer. 8.

6 *Non habentis.* Iuriſdictio ordinaria eſt in Parocho. Delegata in Sacerdote expoſito ad excipiendas confeſſiones, ſine parochiali titulo. Sacerdotes omnes poteſtatem habent ordinis ad conſecrandum Chriſti corpus, non omnes poteſtatem iuriſdictionis, ad abſoluendum a peccatis. Concilium Tridentin. ſeſſ. 14. capit. 7. inualidam eſſe, ait, abſolutionem Sacerdotis neque ordinariam, neque delegatam iuriſdictionem habentis.

Summus Pontifex ordinariam, eamque eminentiorem, iuriſdictionem habet à Chriſto immediatè, pro toto orbe,

Epiſcopi à Chriſto, per Summum Pontificem, pro ſuis Diœceſibus ordinaria iuriſdictione inſtructi ſunt. Vide Suarez tom. 4. diſtin. 25. vbi de ordinaria iuriſdictione loquitur.

Omittamus modo Pontificem, & Epiſcopos. Ordinaria iuriſdictione, pollent proprij Sacerdotes; proprij autem ſunt, qui ex officio ad tradendum hoc Sacramentum fidelibus obligantur.

De Confeſſario ex delegata facultate, Suarez diſtin. 26. ſ. 4.

Delegata hæc iuriſdictio, cum à delegante, vel Superiore reuocatur, ceſſat, ſi ſit vſque ad præfinitum tempus conceſſa, eo elapſo, expirat, ipſo facto.

Summus Pontifex concedere poteſt hanc delegatam iuriſdictionem perpetuo duraturam, donec à ſe, vel à ſucceſſore reuocetur.

Delegatam ab Epiſcopo iuriſdictionē, *Sect. 3. l. c.* morte eius extingui, quidam aiunt, alij negant. His Nauar. & Suarez, ad ſtipulantur.

In articulo mortis, quilibet Sacerdos ſimplex (ſi expoſitus non adſit) iuriſdictionem habet ad abſoluendum: vel a iure Diuino, vt quidam docent, vel ab humano, vt alijs placeat V. Suarez ſect. 4. loco citato.

A venialibus, & à mortalibus aliàs confeſſione deletis, ſimplex Sacerdos, iuriſdictione ab Eccleſia delegata, abſoluere poteſt. Vide Suarez ſect. 5. loco citato.

8 *Qui ita publicè manus violentas*. Si publice denuntiatus, publicuſue clerici percuſſor toleretur ab Eccleſia, valere abſolutionem, cenſent nonnulli. Vide Victor de excom. nu 4.

14 *Quæ non eſt integra*. De formali Confeſſionis integritate diligenter Suarez diſtin. 23. eam autem formalem integritatem, putat, in qua pœnitens nihil omittit, peccando mortaliter.

15 *Propter aliquam cauſam*. Pænitens non tenetur crimen explicare, cum periculo grauis alicuius damni ſui, aut Confeſſarij, aut alterius hominis Suarez. diſtin. 23. ſect. 2. vbi de hac re.

Neſciens illud. Obliuio, vel ignorantia duplex eſt. Inuincibilis, & vincibilis: illa inculpabilis, hæc culpabilis. Inuincibilis ignorantia, & obliuio Confeſſionem irritam non facit, vincibilis

 facit,

facit,(conſule Suarez ſect.3.l.c.) cum eſt craſſa,ſupina,aut affectata.

16 *Duodecimo.* Conſcientiæ examen præmittendum,illudque diligens,ſi mortalia ſcelera pœnitens admiſit. Horum enim integra confeſſio neceſſaria. Morali vtendum diligentia,vt integra fiat Cōfeſſio, non eadem tamen in omnibus requiritur. Conſiderandus pœnitens,peccandi, conſuetudo, diuturnitas temporis, aliæque circunſtantiæ. V. Suarez. d. 22.ſect.10.

19 *Decimoquinto.* Caiet. quoque V. Confeſſio 3.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimum.

Manualis Doctor. Nauarri,

Notæ, & Appendices.

DE ijs, quæ præſtanda ſunt à Cōfeſſario, Polancus in Directorio, Valerius Reginaldus in libro De Prudentia Confeſſarij, Barthol. Medin. lib.2. capit. 5.6. Inſtruct. Confeſſ.

1 *Decimus* primo. Eadem fere Barth. Med.c.5.l.c.

Quarto interroget. Med. capit. 6.l.c. de hac re.

4 *Sexto.* Pœnitentis diſpoſitionem Confeſſarius agnoſcere ſtudeat: debet, enim in huius Sacramenti adminiſtratione iuſtitiæ, religioniſque virtutes ſeruare, nec poteſt cum pœnitentem abſolutionis beneficio afficere, quem chriſtus non abſoluit; cum in eo munere, Chriſti perſonam gerat. Chriſtus autem hominem non bene diſpoſitum numquam abſoluit. Non eſt bene diſpoſitus, qui præteritorum criminum dolore non afficitur, qui non proponit, ſe in poſterum ſcelera vitaturum; Qui tenetur obligatione reſtituendi, & non reſtituit,cum poteſt; qui occaſiones proximas mortalis peccati non ommittit.

V. Suarez t.4.d. 32. ſect.2.

Caueat tamen, ne ipſum in tentationes. Si Confeſſarius de exiguo pœnitentis dolore,infirmoque peccata vitandi propoſito dubitet, explicet ei mortalis peccati damna. Qui mortifere peccat, quo ad affectum, Deum recuſat pro Deo. Caiet. V. Confeſſio condit. 12.

Neque Satisfeciſſe Eccleſiæ præcepto. Hominem, ſine neceſſario dolore, confitentem, ſatisfacere annue confeſſionis precepto, docuit S. Thom. 4. diſtin. 17. quem plures ſecuti ſunt, relati ab Azorio tom. 1. Inſtitut. Mor. lib. 7. capit. 40. & eſt communis opinio, Azorij iudicio. Suarez, confeſſione culpabiliter non integra, ac proinde nulla, non impleri præceptum, certum exiſtimat: at nulla, ob defectum doloris, quamuis multi præceptum impleri, probabiliter, tradant, non impleri, cenſet.

t.4.d.36. ſect.7.

5 *Velle aliquam perſonam nominare.* Vide, quæ notauimus ad caput 7. numer. 3.

Multa difficilia in huius Sacramenti adminiſtratione accidere poſſunt: (dimicant enim cum dæmone Confeſſarij:) quare Sancto animi robore indiget Confeſſarij animus: quod à Deo poſtulabit, ne à recta adminiſtratione, timore, aut blanditijs amoretur, aut impediatur V. Bart. Med. l. 2. c. 5. Inſt. Conſ.

Digitized by Google

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vndecimum.

Manualis Doctor. Nauar.

Notæ & Appendices,

1 *CAEremonialia, et iudicialia.* De legibus, præceptiſq; Hebræis in uetere lege præſcriptis. D. Th. 1. 2. à q. 98. Greg. de Val. in 1. 2. diſt. q. 7. Azorius t. 1. Inſt. Mor. lib. 6. à ca. 3. copioſè.

4 *An qui non ieiunat*. Cum Nauarro, Lopez par. 1. Inſtruct. ca. 40 at alij vnum tantum peccatum agnoſcunt; cum duo præcepta ad vnam tantum virtutem ſpectantia violantur. Sà Vide Confeſſio numer. 29 Nauarri ſententiam refutat. Azor. lib. 10 capit. 31. quæſtion. 10. & lib. 7. cap. 21. quæſtion. 7. Suarez t. 4. diſt. 22. ſect. 4. numer. 22. Si eodem die votum, & Eccleſiæ præceptum ad ieiunium obliget; tunc ieiunium violans, duabus malitijs obſtringitur, ſpecie diſtinctis: contra religionem vna, contra temperantiam altera Vide Suarez l. c. & noſtras Notas ad Sà Vide Confeſſio numer. 29.

5 *De diligendo Deum*. Præcepta de Deo diligendo, & proximo, in Decalogo expreſſa non ſunt: verum antecedenter ad Decalogum ſpectant, & quoniam ex præcepto de Deo diligendo, omnia præcepta Decalogi deducuntur, virtute in omnibus continetur. D. Tho. 2. 2. quæſtion. 44. art. 1. ad 3. Val. in 1. 2. D. quæſt. 7. par. 4. Et in 2. 2. diſtin. 3. quæſtion. 19. par. 1.

Præceptum quoque fidei antecedenter ad Decalogum ſpectat. Primum Decalogi præceptum rectum Dei cultum reſpicit, non autem propriè fidem. Vide Val. 1. 2. l. c.

De Præcepto diligendo Deum.

DE præceptis charitatis D. Tho. 2. 2. quæſtion. 44. Bannes ibid. Val. tom. 3. diſt. 3. quæſtion. 19.

7 *Dura videtur Scoti ſententia*. Valentia quoque par. 1. l. c. cum Soto, & Nauarro, Scotum refellit.

8 *Cum ad vſum rationis*. Nimis dura ſententia viſa eſt. Val. t. 2. q. vlt. de peccatis. V. eundem t. 3. p. 1. l. c. Non eſt tamen improbabilis hæc Nauarri opinio. Bann. 2. 2. q. 44. ar. 1.

Quando Baptiſmus. Sotum, contra Nauarrum, ſequitur Valentia l. c. putat tamen, ſatis eſſe, habere dilectionem Dei paulo ante, vel paulo poſt Baptiſmum.

Cum quis obligatur præcepto contritionis. Cum ſingulare beneficium à Deo accipit. Quando ſubeundi martyrij neceſſitas adeſt. Quando honor Dei contra blaſphemos defendendus eſt. Quando inſtat mors, obligat dilectionis Dei præceptum, vt placet Soto, & Val. l. c. quem lege.

12 De moroſa delectatione, Caiet. Vide Delectatio. Val. in 1. 2. diſtin. 6. quæſt. 4. par. 5. Azor. tom. 1. Inſtit. Mor. lib. 4. capit. 6.

Contra præceptum maximum &c.

18 DE odio Dei: Bannes in 2. 2. q. 34. Val. diſtin. 3. quæſtion. 11. Deus in ſe, & vt talis, vel vt bonus, obiectum formale odij non eſt. V. Val. loco citato Odium Dei eſſe maximum ſcelerum omnium, probat Val. par. 2. loco citato.

Septimo peccat. Vide Val. quæſtion. 19. par. 1. loco citato.

De Præcepto de credendo.

21 SEcundo. Vide Bannes 2. 2. q. 16. ar. 1. Val. t. 3. diſt. 1. quæſtion. 16. par. 1. De fide remunerationis extabat præcepuum in lege veteri Eccl. 2.

Qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Vide S. Th. art. 1. ad 5.

Digitized by Google

Contra præceptum de rectè credendo.

22 QVinto. Quidam putant neceſſario credenda myſteria, quæ publicè Eccleſia celebrat quidam multos excuſari cenſent ignorantia ab explicita Trinitatis, & Incarnationis cognitione: præcipuè, ſi non ſit, qui doceat. Hanc ſententiā olim dānabat: ſed poſtea nō audebat improbare Sà; Paſtores in docēdo, negligentes damnari putat. V. quæ ad eum locum Sà notauimus.

v. Fides n.

Sexto negligit ſcire. De hac re multa Azorius lib. 8. c. 7. t. 1. Inſt. Mor.

De præcepto de colendo, &c.

22 TErtio. De Religione, Val. in 2. 2. d. 6. q. 1. Azorius lib. 6. c. 10 t. 1. Suarez duo integra volumina de Religione hactenus edidit.

De peccatis contra Religionem. Azorius l. c. à cap. 11. vſq. ad 28.

De ſuperſtitione, D. Th. 2. 2. q. 92. 93. Caiet. V. Superſtitio, Val. d. 6. q. 10. Leſſius lib. 2. de Iuſt. c. 43. Martinus Delrio lib. 1. cap. 1. Mag. Diſquiſ. Quam noxium ſit ſuperſtitionibus vti. Idem Delrio libr. 6. monit. 4.

25 *Duplex modus inuocandi dæmonē.* Azorius c. 23. l. c. V. Caiet. V. Diuinatio. Naturali Magia mira effici, poſſunt; quæ videri poterunt à dœmonibus effecta. hac boues ænei mugent, ſerpentes ænei ſibillabunt, ſtatuæ deambulabunt. V. Azorium l. c. Pererium de Magia aduerſus fallaces artes; Martinum Delrio in lib. Magicarum Diſquiſitionum.

Cum dęmonibus pactum, amicitiamuè inire, nullo modo licere, tradit idem Delrio lib. 6. in fine monit. 2.

Vbi nulla tacita, aut expreſſa reperitur inuocatio dœmonis, & mala intentio abeſt, non admittitur lethale ſcelus in vanis quæ ex fortuna ſeu caſu creduntur. Eſt regula Caiet. V. Diuinatio.

Inuocatio tacita dęmonis, nota aut credita, aut dubia lethalis eſt: ignota autem, & eo animo facta vt ſi ſciret homo, eſſe inuocationem dœmonis, eam omitteret, non eſt lethalis, Caiet. ibidem.

Admonendum annulum ſupra ſilium. Vide Caiet. V. Incantatio.

Sanctos inuocandos nō eſſe. De inuocatione Sanctorum contra hæreticos egregiè Card. Bellar. lib. 1. à cap. 15. De Sanctorum Beatitudine, Vaſquez. lib. 1. d. 5. De cultu adorationis; De Reliquijs, & Imaginibus Sanctorum, Bellar. lib. 2. De adoratione Imaginum, Vaſquez lib. 2. de adoratione Reliquiarium lib. 3. Nos quoque de Reliquijs Sanctorum iuſtum cōficimus volumen: edemusque, ſi Deo, optimo, & maximo bonorum parenti, placuerit.

De Imaginibus piè Io: Molanus, & Conradus Brunus, qui myſticas quorundam imaginum ſignificationes explicat.

Contra præceptum maxim: m.

27 QVi aliquē habitum, vel ſignum Iudæi. Val. idē ſētire videtur. t. 3. d. 1. q. 3. p. 2. col. 333. poſt Caiet. & Bānes, 2. 2. q. 3. ar. 2. Adrianus, in 4. q. 1. de Bapt. ad 5. Cenſuit, licere aliquando ſuam fidem tegere falſæ religionis ſimulatione; immo ſimulare extrinſecus idolatriam, ſi nullum ſit ſcandalum, nec confitendi fidem præceptum inſtet. Superior ſententia tutior, & probabilior. Val. loco cit. At Azorius t. 1. lib. 8. cap. 27: (vbi de peccatis contra fidei confeſſionem) veſte, aut ſigno infidelium vti licere, ait ſi immineat mortis periculum, & nullum ſcandalum intercedat. V. Tolet. lib. 4. cap. 2. Sà, V. Fides, num. 5. Azorij ſententia mihi ſanè valde probabilis videtur.

28 *Colloqui cum ipſis dæmonibus.* Vnū aut alterum verbum interrogare dœmones, non eſt mortale ſcelus, ſed venialis curioſitas; cum ijs longiora inire colloquia periculoſum eſt. Sot. lib. 8. q. 3. ar. 2. de Iuſt. col. 9.

32 *Poculum amatorium.* De amatorijs maleficijs, Martinus Delrio lib. 3. q. 3. p. 1. Mag. Diſquiſ. Azor. lib. 9. ca. 26. q. 1. Docet in amatorijs Philtris vim naturalē non eſſe, ad alliciēdos certos homines ad amorē, vel odium; qđ eſt veriſſimum.

33. Sam...

Digitized by Google

33 *Somniant.* De obſeruatione ſomniorum Benedictus Pererius eleganter. Quædam ſomnia, à naturali cauſa proficiſcuntur, ea medici obſeruant: quædam à malo dœmone; quædam à Deo, miniſtris Angelis. B. Ioſeph Sanctiſſimæ Virginis Sponſum Angelus in ſomnis monuit: vt, cum ſponſa, & filio in Ægyptum proficiſceretur.

De coniectatione ex ſomnijs, Martinus Delrio, lib. 4. c. 3. q. 6. Mag. Diſq.

Somnia ex naturalibus cauſis manantia obſeruare, & interpretari eatenus licet, quatenus naturalis cauſæ effectibus, cauſæ ſuæ coniunctis, adæquatæ ſunt ex Martino Delrio l. c.

Dœmonum ſomnia ad euentus futuros obſeruare non licet, ad eorum fraudes vitandas licet ex eodem.

ex eodem Diuina obſeruare licet: interpretatio illorum ad eos pertinet quos Deus interpretationē docuit. Ioſeph Pharaonis ſomnia explicauit quia Diuinitus edoctus.

Diuina ſomnia à dœmoniacis ſecernere Confeſſariorum munus; qui animarū medici ſunt. Diſcretionem ſpirituum à Deo petant, cauſas, circunſtantiaſq. diligenter perpendat. V. Dlerio l. c.

35 *Reliquias*: Hæc religioſè collo ſuſpenſas de fere licet; V. Azorium lib. 9. c. 8. qu. 6. & quos retulimus ad Sà V. Reliquiæ.

38 De ſortibus V. Caiet. & Fumum V. Sorſ. Gorziam de contract. cap. 44. Molinam d. 509. Azorium lib. 9 c. 20. Martinum Delrio lib. 4. c. 4. q. 1. Mag. Diſquiſ. Romani in multis vti ſortibus conſueuere.

39 *Duellum.* Gregorius Decimusquartus 24. Decembr. 1582. extendit Decretū Concilio Tridentini de duello: & poſt eum Clem. VIII. anno 1592. Summorū Pontificum Conſtitutiones, Concilijque Trid. Decretum confirmauit, & extendit. Conſtitutionem leges apud Quaranta, in Sūmi Bullarij V. Duellum. Vide quæ de duello Comitolus lib. 6. qu. 13. 14. Reſp. mor. Pet. Nauar. lib. 2. c. 3. de Reſtit. à n. 280. Tol. lib. 5. c. 6.

Feruentem aquam, ferrum candens. Innocentia probabatur aliquando per rogum, per prunas, per ferrum candens. Qui illęſus abibat, innocens habebatur; qui læſus, nocens. De hac purgatione per ignē, quæ viget adhuc apud Laponios: & quæ in Germania, alibiq. in vſu fuit, multa collegit Martinus Delrio, lib. c. q. 4. Sect. 3. Mag. Diſquiſ. De probatione per pondera, & lancem, idem q. 6. l. c.

Per aquam quoque feruentem, aut frigidam fiebat purgatio; conſule eundem Martinum ſect. 4. l. c.

42 *Peccant Magiſtri.* Pius 4. ſanxit, vt cuiuſcumq. artis, aut facultatis profeſſores fidei profeſſionem emittant. Conſtitutionem offendes apud Quaranta l. c. V. Fidei profeſſio.

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT
Decimum ſecundum.

Man. Nauarr. Notæ, & Appendices.

DE iuramento D. Th. 2. 2. q. 89. Caie. ibid. Scolaſtici in 3. ſent. diſt. 39. Sot. li. 8. de Iuſt. & iur. Greg. de Vel. t. 3. d. 6. q. 7. Azorius lib. 11. Inſtit. Mor. t. 1. Pet. de Arragon. in 2. 2. D. Th. ad q. 89. Leſſius lib. 2. c. 42. de Iuſt. Suarez Omnium copioſiſſime t. 2. de Religione quatuor ſcripſit libros de Iuramento.

1 *Expreſſe.* Multæ ſunt iurandi formulæ, de quibus Suarez libro primo capite decimo tertio. Vti verbo, *Iuro*, non eſt neceſſe, etſi id aſſerant Canoniſtæ. Diuus Paulus dixit. *Teſtis mihi eſt Deus.* Prophetæ aiebant *Viuit Deus.* Ethnici *Me hercule.*

Dicere voueo Deum, in materia uoti non capace, ſed iuramenti, Iuramentum eſt, & graue. Sot. q. ar. 1. Suarez l. c. intendit enim, qui iurat, Deum in teſtem vocare.

Si quis dicat, Iuro, me facturum, iuramentum id eſſe, aiunt quidam, negat Suarez l. c. In foro conſcientiæ, ſi iurans iurare intendebat, iurameutnm eſt: teſte eodem; nam verbum vtruſque intentionis eſt capax, & iudicium ex iurantis intentionis deſumitur.

Iurare per creaturas in Deum relatas Iuramentum eſt.c. & ſi Chriſtus de iure iurando.

In fide mea, vel per fidem meam, eſſe iuramentum affirmant nonnulli iureconſulti, negant Caiet. Sot. Couar. Gutier. Suarez l.c. Sà. Vide Iuramentum numer. 1. Recentioreſque Theologi. Si dicas. In fide Chriſti, Dei, iuras. In fide Chriſtiana, eſſe iuramentum, negat Sà, affirmat Suarez l.c. Addit Sà, niſi iurare intendat. Si quidem ex iurantis mente pendet iuſiurandum, vt innuimus.

Exaggerationes veritatis, profectò, certè. certiſſimè, verè, in mea veritate, ſine dubio, in veritate, non ſunt iuramenta. In veritate Chriſti, vel Dei, iuramentum eſt.

In conſcientia, per conſcientiam, eſſe iuramentum, negat Sot. ait Syl.

Dicta clericorum, Per meos ordines, per Santi Petri habitum, Religioſorum, per habitum S. Franciſci: per meam profeſſionem, ex vi verborum, & loquendi vſu iuramenta ſunt. Illæ enim Sacræ res, per quas iuratur, ad Deum habitudinem habent. V. Suarez loco citato.

Quemadmodum profeſſio in Religione fit tacitè, vel expreſſe, ita iuramentum dum adeſt iurandi mens, tacitè fit ſigno aliquo, ut manu ſublata, aut nutu. Leſſius Dubit. 2. l.c.

Obſerua, quod notat Val. part. 2. l.c. Vt ſcias, an ſermo aliquis iuſiurandum ſit: inſpice mentem iurantis, nam iuramentum eſt, ſi is, qui iurat, illis verbis vtatur, vt Deum formaliter, uel virtualiter, vocet in teſtem. Dictum eſt virtualiter, quia non eſt neceſſe, vt iurans ſciat, quid ſit Deum in teſtem uocare, idque velit efficere, ſed ſufficit, ijs verbis vti, & in eo ſenſu, quæ, & in quo, pro loci conſuetudine, alij iurantes abhibere, ſolent.

3 *Tres Comites.* De his Val. part. 3. l. c. Leſſius Dubit. 3. Caiet. Vide Iuramentum. Suarez, libr. 1 cap. 3.

Aſſertorium iuramentum, cui veritas, vel deeſt, vel deſſe exiſtimatur, aut dubia eſt iuranti, Semper lethale eſt in quacunque materia.

l.c. Leſſius, & Val. Promiſſorium item ſi veritas faciendi, quod promittitur, deſit. Hęc autem veritas deeſt, ſi diſſentiat ab animo uox. Val. l.c.

Contra iuſtitiam peccat mortiferre, qui iurat, ſe facturum aliquid mortale, venialiter, qui veniale. Vallen. Leſſius loco citato. Sot. libr. 8. Quæſtion. 1. artic. 3.

Ex defectu iudicij, ad videndum, an verum ſit, nec ne, quod iureiurando afferendum eſt, peccatum poteſt eſſe mortale, aut veniale, ratione negligentiæ in indaganda veritate.

Duo ſunt genera. Tres iuramenti diuiſiones habes apud Suarez libr. 1. capit. 12. Sex apud Leſſium. Dubit. ſecunda loco citato Vide Suarez etiam capit. 7. 8.

1 Iuramentum fit verbis, aut nutu, ſignoue.

2 Iuramentum fit ſimplici conteſtatione, vt cum vocatur Deus, vt teſtis vel execratione, vt, cum uocatur, vt vindex, & vltor, ſi non ſunt vera, quæ iuramento affirmamus, vel negamus, aut promittimus.

3 Iramentum aliud eſt per Deum. aliud per creaturas.

4 Aliud eſt ſimplex, aliud ſolemne.

5 Aliud eſt aſſertorium, aliud promiſſorium, aliud cominatorium, cum quis alteri aliquid minatur.

6 Aliud abſolutum, aliud conditionale.

Execratorij iuramenti multæ ſunt formulæ. Per animam meam, per caput meum. per vitam meam: ita viuam: ita me Deus adiuuet, amet, ita mihi mea condonet ſcelera: ita mihi ſit propitius, peream, diſpercam, numquam Dei vultum inſpiciam: cruciet flammis ęternis, per ſalutem Regis, per vxoris, patris, filiorum ſalutem. De formis execrationum Suarez. lib. 1. c. 13. l.c.

5 *Iurare per creaturas.* Vide Leſſium Dubit. 2. l.c. Suarez c. 5. lib. 1. & lib. 2. ca. 6. loco citato.

6 *Ita me Deus adiuuet.* Eſt formula iuramenti execratorij, de qua ſupra.

10 *Rem leuem licitam.* Leuitatem materiæ non excuſare à mortali in iuramento promiſſorio, probat Val. part. 3. col. 7. l.c. contra Nauarrum, & Sotum. Leſſius quoque id ſentit, quod Val. Suarez. lib.

Dub. 1. lib. 3. capit. 16. probabiliorem putat Nauarri ſententiam.

13 *Sophiſticè, & doloſè.* V. Leſſium. Dub. 9. l. c.

16 *Sed nobis oppoſitum.* Hanc Nauarri ſententiam veriorem vocat Val. p. 3. col. 11. l. c.

18 *In carcerem rediturum &c.* Ita etiam Couar. lib. 1. c. 2. Var. Reſol. nu. 10 Sà, Vide Iuramentum nu. 11. At Tolet. lib. 4. cap 22. Leſſius Dub. 6. cum Caiet. & Soto, cenſent, debere, hominem, qui iuramento promiſit ad iniurioſum carcerem redire etiam ſi, ſe iniuſtè puniendum agnoſcat.

20 *Inducit ad iurandum.* Iuſta de cauſſa poſſimus deferre iuramentum ijs, quos peieraturos, arbitramur. Quatuor caſus indicat Leſſius. Dubit. 10 De hac re Suarez lib. 3. cap. 14.

Iuſta de cauſa. Turcæ, quem per Mahumetum iuraturum exiſtimas, iuramentum, in contractibus deferre, nefas non eſt. Leſſius l. c. Sà l. c. nu. 27. V. Suarez lib. 3. cap 13. Val. p. 3. l. c.

Qui fraude deceptus, iurauit (non iuraturus, ſi fraudem agnouiſſet) non tenetur id facere, quod iurauit. Sà, Vide Iuramentum. Vide Leſſium. Dub. 7. loco citato.

Iuramentum promiſſorium non obligat, ſi rei promiſſæ executio peccatum ſit, quod ſi iures, ſine animo exequendi, mortiferè peccas. Leſſius Dubit. 4. loco citato.

Iuramentum metu extortum, ſi ſit de re licita, & animo ſe obligandi præſtitum obligat. Leſſius Dubit. 6. non tamen, ſi ſit de matrimonio contrahendo, & metus cadat in virum conſtantem. Sà num. 5, loco citato.

Qui latroni decem aureos, pro redimenda vita, iuramento promiſit tenetur ſoluere, ob religionem iuramenti; Sed poteſt repetere, at ſi latro remittat, aut eius Epiſcopus relaxet iuramentum, non tenetur. Leſſius. l. c.

Iuramentum metu extortum non ſeruare, veniale peccatum, cenſent Canoniſtæ; mortale Theologi. Vide Leſſium loco citato.

De iuramento ficto animo emiſſo, Leſſius Dubit. 8. De iuramento alio ſenſu, quam alter intelligat Dub. 9.

Obligatio iuramenti tollitur mutatione materiæ, condonatione, commutatione, irritatione, cum materia promiſſorij iuramenti ſubijcitur alteri Diſpenſatione etiam de quibus Leſſius Dubit. 12. l. c. De irritatione Iuramẽti promiſſorij. Suarez lib. 2. cap. 38. De condonatione capit. 39. De diſpenſatione capit. 41. Vide etiam Azorium tom. 1. libr. 11. à c. 9.

Multa iuramenta profeſſione Religionis approbatæ extinguuntur, & multa ab eodem, qui iurauit, in melius commutari poſſunt. C. Peruenit de Iureiur. Leſſius num. 58. l. c.

Iuramentum promiſſorium, per procuratorem, fieri poteſt, obligatque illum, cuius nomine effectum eſt. Suarez lib. 2. c. 31. De iuramento. Vide c. Tibi domino D. 63. c. optatum D. 100. ca. Metuentes. 4. q. 4. c. Vnde de ſtat. Regul. m. 6 In quibuſdam tamen caſibus humanum ius Iuramentum, per procuratorem, non permittit.

Si qui procuratorem miſit, mandatum reuocet, & procurator hoc neſciens iuret, non obligabitur in foro conſcientiæ, principalis (quicquid dicat Gloſ. in c. Tibi domino.) Suarez l. c. nu. 6.

An conſuetudo incautè iurandi hominem in ſtatu peccati collocet; Suarez. lib. 3. c. 6.

Ob ſolam conſuetudinem peierandi non reuocatam, iuramentum ſine formali inaduertentia; quę ad peccatum mortale per ſe non ſufficiat, nouum, & ſpeciale peccatum mortale non eſſe, tradit Suarez. l. c. cap. 7.

De precepto Secundo, &c. De Voto.

AGunt de Voto S. Th. 2. 2. q. 88. Caiet. Arragon ibid. Scholaſtici in 4. diſt. 38. Canonũ periti ad tit. de Voto, & voti redempt. Summiſtæ. V. Votum. Sot. l. 7. de Iuſt. & iur. Tol. l. 4. à c. 17. Greg. de Val. t. 3. D. q. 6. Bellar. lib. 2. de Monachis. Leonardus Leſſius l. 2. c. 40. de Iuſt. Azorius Inſt. Mor. t. 1. lib. 11. à cap. 12. Fuſiſſimè omnium Suarez libris ſex. t. 2. de Religione tract. 6. Clauis Regia. Lopez. Angles, Rodriquez. Vega, Phi. iarcus, Corduba, Corona, Barth Med.

Digitized by Google

24 *Promiſſio.* Votum promiſſionem eſſe Deo factam; ait Leſſius, ſine alia additione.

Quinque in promiſſione ſunt neceſſaria. Primum vt ſit deliberata Secundo vt ſpontanea. Tertio vt cum intentione ſe obligandi fiat. Quarto vt ſit de re illi grata, cui fit. Quinto vt promittens, ſe queat obligare. Vide Leſſium Dubit. 1. capit. 40.

25 *A Superiori non irritata*. De Votorum irritatione, Sot. lib. 7. quæſtion. 3. artic. 1. 2. Azor lib. 11. cap. 17. Val. p. 7. l. c. Leſſius Dub. 10. Arragon l. c. Suarez lib. 6. copioſè.

26 *Solum propoſitum*. Eſt communis Theologorum ſententia, non ſufficere propoſitum, ſine promiſſione. Canoniſtę, & Palud. 4. d. 38. q. 1. concl. 3. tunc propoſitum ſimplici voto æquipollere, ait; cum quis Religionem ingreditur, cùm propoſito perſeuerandi, Deoque perpetuo ſeruiendi. Vide Leſſium, Dubit. 2. l. c. & Suarez lib. 1. c. 2. priorem ſententiam, merito, ſequentes.

28 *De re indifferenti.* Sic Leſſius quoque, Dubit. 5. vbi de materia Voti; Arragon 2. 2. quæſtion. 88. art. 2. De voti materia. Azorius cap. 13. l. c. Suarez toto libro ſecundo.

Proxima voti materia & aliquis humanus actus, remota res omnes continet quibus homines ad Dei cultum per actus humanos vti poſſunt, pro vt talis vſus materia ſunt. V. Suarez lib. 2. capit. 1. loco citato.

30 *Ob malum finem.* Vide Leſſium l. c. numer. 36.

31 Vide Leſſium l. c. numer. 37.

Abrenunciatio. Leſſius, Dubit. 4. Sot. ar. 3. l. c. Val. p. 2. in fine. Bellar. lib. 2. cap. 19. de Monachis.

Duplex eſt voti genus. De diuiſione Votorum Leſſius l. c. Suarez lib. 1. capit. 19. Greg. de Val. par. 5. Sot. quæſtion. 2. art. 5. loco citato.

Vel ex Sacrorum Ordinum ſuſceptione. Sacro Ordini continentia, vel voto, quod Eccleſia illi addiunxit, vel ex decreto eiuſdem Eccleſiæ, annexa eſt; Et qui ſacro initiatur ordine immutabiliter Eccleſiaſtico ſtatui addicitur. Solemnis voti rationem, & ſubſtantiam à canonico Iure præſcriptam eſſe, leges apud Azorium tom. 1. lib. 12. capit. 6. quæſtion. 2. Et apud Sanchez l. 7. diſtin. 27. de matrim. quæſtion. 2.

Vt votum ſi ſolemne, duo requiruntur. Primo. Vt ſit omnino abſolutum, & per ſe perpetuum. Secundo. Vt hominem inhabilem reddat, vel ad Matrimonium, vel ad diuitias, vel ad alios contractus ſuæ materiæ contrarios. Vide Suarez l. c.

Continentiā Sacris ordinibus, Diuino iure, nonnulli, Eccleſiaſtico plures coniunctam eſſe, exiſtimant; & hi verius; vt mihi, cum Sanchez, videtur. *l. 1. q. ii. num. 5.*

An autem initiati Sacro ordine ad continentiam obligentur Eccleſiæ, eam pręcipientis, Decreto, an Voto; quod eadem Eccleſia, ſuo iuſſu, Ordini addidit, non omnes idem ſentiunt. Ex Decreto, quidam (inter quos Val. tom. 4. diſtin. 9. quæſtion. p. 5. §. 1.) ex Voto alij, & ni fallor, probabilius, hanc oriri obligationem dicunt. Sententiam hanc ſequitur Sanchez, eiuſque auctores recenſet numer. 10. quęſtion. 2. l. c.

Votum maiorem vim, quam iuramentum. Conciliationem Nauarri inter D. Tho. & Ioan. Maiorem conſiderat Leſſius, capit. 42. Dubit. 11. Indicat autem Nauar. Iuramentum, cæteris paribus, obligare magis, quam Votum. Greg. de Val. diſtin. 6. quęſtion. 7. p. 4. probabilem cenſet Maioris opinionem. De hac re, diſputationem vberem habes apud Suarez lib. 2. de iuramento capit. 3. vbi Nauarri conciliationem omittendam putat, & duas haſce aſſertiones ſtatuit.

Obligatio, quam aſſertorium iuramentum continet, ſeu ſupponit, voti obligatione grauior eſt.

Promiſſorij autem iuramenti obligatio minor eſt obligatione Voti.

Plus meriti habere. Eſt cōmunis opinio Azorius, t. 1. lib. 11. cap. 15. quæſtion. 18.

40 *Minimum.* Votum rei minimæ frangere, peccatum mortale eſſe, probabiliter putarunt Caie. & Angelus: Probabilius tamen eſt, eſſe veniale. Sic Leſſius d. 7. capit. 40. Arragon. 2. 2. quæſtion. 88. arti. 3. Val. par. 4. quęſtion. 6. l. c. Sot. ante hos, lib. 7. q. 2. ar. 1.

43 *Conditionalia.* De votis conditionalibus fuſe Suarez lib. 4. cap. 17.

Decimotertio; propter malum finem.

Si

Si opus ſit malum mortiferè, vouēs mortiferè peccat; ſi veniale malum: multi dicunt eſſe veniale Leſſius Dub. 5. l.c. putat, eſſe mortale.

Dixi abſolutè. Leſſius l. c. n.44. Votum de Matrimonio contrahendo non eſſe ab ſolutè validū dicit, niſi ſuppoſito quod vouens alijs remedijs cōtra carnis impugnationes vti nolit; tunc enim ad matrimonium ex uoto tenebitur. At ſi alia remedia adhibuerit ceſſabit vinculum voti. De hac re Bellar. de Monach. lib. 2. cap. 14. Sanchez l. 1. de ſponſ. d. 4. Suarez lib. 2 c. 9. De voto, qui cenſet, poſſe valere votum: nihilominus hominem cum tali voto, poſſe ingredi religionem.

44 *Vel ſe ipſum religioni tradere:* Ex iuſtitia non tenetur, alium ad religionem inducere. à qua aliquem, vi vel fraude retraxit: neque ipſe ingredi; ex quadam tamē æquitate debet, ſi commode poteſt alium inducere. V. Leſſium lib. 2. ca. 8. Dubit. 3. Pet. Nauar. lib. 2. De Reſtit. c. 2. n. 17. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 6 ar 3. concl. 4,

47 *Qui vouit ingredi; certum aliquod Monaſterium.* De vouentibus ingredi Religionem Leſſius c. 41. Vbi de ſtatu Religioſo. Dub. 5 de ſimplici voto Religionis Azor. lib. 11 c. 22. t. 1. Sotus lib. 7. q. 2. ar. 1. Suarez lib. 4. c. 8.

51 *Vigeſſimo qui filios, vel filias offert.* Filij infantes à parentibus Religioni oblati, non obligantur religioſis votis, aut legibus, niſi in adulta ætate conſentiant. Suarez lib. 3. De voto, c. 2. Neque parentum vota obligant filios, ad ſtatum religioſum, aut Eccleſiaſticum in adulta ætate. Idem lib. 4. cap 9. num. 4. Leſſius c. 40. Dub. 8.

56 *Peccat hæres.* Ad perſonale votum non tenetur hæres ſed ad reale, quod ante mortem non ſit perſolutum. Collige ex capit. Si hæredes de Teſtament. Leſſius loc. cit. ex communi. Si teſtator, qui obijt, peregrinationem, aut Sacram militiam Deo promiſſit, ea mente, vt ſi per ſe eam ſuſcipere non poſſet, ſuſciperet per alium; ſub tacita conditione nouiſſe putatur, ſe ad hæc efficienda, ſumptus exibiturum; quare ad eos ſumptus tenebitur hæres. Votum enim videtur reale. Leſſius loco cit. Idem dices, ſi qui obijt monaſterij, ædificationem vouit. Abul. quæſt. 98. in cap. 30. Num. de obligatione voti ad hæredes tranſeunte, Suarez lib. 4. cap. 11. de Voto.

Hæres non efficiens, quæ vouit teſtator, quo ad res, contra votum nō peccat, ſed contra obligationem, qua ob hæreditatem, teſtatori deuinctus eſt, & contra religionem, quia Deo non perſoluit quod debet Leſſius l. c.

57 *Vigeſimonono peccat qui ob falſam.* Diſpenſatio voti nulla eſt, ſi verum exprimatur, aut falſum admiſceatur. c. Quod ſuper his, de fide Inſtrument. V. Suarez libr. 6. cap. 27. Vbi de nullitate diſpenſationis.

58 *Peccat, qui credit.* Contra hæreticos, pro voto, diſputat Bellarm. libr. 2. de Monachis, cap. 16. 17. Vide etiam Suarez libr. 1. cap. 1. De Voto. De Votis Monaſticis Turrianus.

59 *Id etiam dicendum, ſi debitum ſoluit.* Quidam cenſet, non peccare; quia iuſte cooperatur. Cum Nauarro ſentit Sà V. Debitum num. 1. Sanchez libr. 9. d. 37. de mat. n. 1 putat ſententiam aſſerentem, non peccare probabiliorem eſſe, neque licentia priuat eum iure petendi, & reddendi.

De Votis continentiæ coniugum, Leſſius Dubit 10. de voto Suarez libr. 6. cap. 4. Vbi de irritatione votorum coniugum (de qua etiam Sanchez libr. 9. diſt. 39.) Sanchez d. 35. 36. 37.

62 *Terra Sancta.* De hac re Suarez loc. c. num. 14.

De irritatione, & ratificatione Votorum.

De Irritatione: Vide citatos ſupra ad numer. 25. Angles in 4. Rodriquez p. 2. Summæ, Sayrum in Claui Regia libr. 6. capit. 10.

64 *Sū poteſtatē, &c. diſpenſandi.* De hac poteſtate Leſſius cap 40. Dub. 13. fuſius Suarez lib. 6. Vbi de irritatione, diſpenſatione, & commutatione. Val. p. 7. l. c.

Prælati Regulares in nōnullis ſubditorū votis diſpēſare poſſū. Abbatiſſæ, ſubditarū monialiū vota poſſū irritare cū polleāt poteſtate dominatiua, at nō poſſūt diſpēſare, quia ſpirituali iuriſdictione carent

Leſſius.

Leſſius l.c.nu. 107. V.etiam Suarez lib.6. De Voto cap.7.in fine.

Pater; Patrem poſſe quædam filiorum vota irritare,certum eſt, V. Leſſium dubit.5.n.78. Sotum lib.7.q.3.art.1. Suarez lib.6.cap.5.6. Vota filiorum emancipatorum hic locum non habent; ſed filiorum puberũ,vel impuberum,ſub cura parẽtũ viuentium. Sunt enim filij emancipati ſui iuris. V.Suarez cap.5.l.c.n.1.

Maritus, De irritatione uotorum à coniugibus emiſſorũ, Sanchez lib. 9. de Matrim. d.39. Suarez c.4.l.c. Leſſius l.c. Arragon 2. 2.q.88. art.8.

Quidam cenſent, omnia Vxoris uota, ſine viri conſenſu emiſſa, à viro irrita fieri poſſe. Sic Abul.q.30.in c.30. num. Sot. lib.7.q.3.ar.1. & alij Canoniſtæ communiter,& nonnulli Theologi, ea tantũ vxoris vota irritari a marito,poſſe aiunt,quæ illi incommodum afferunt, vel ad familiæ regimen ſpectan. Ad ſtipulatur huic ſententiæ,tamquam probabiliori,Leſſius l.c.n.83.

Dominus vota ſeruorum; V. Syluest. Votum 4. Azor lib.11.cap.17 Arragon.l.c.

Vota à ſeruis, etiam ante ſeruitutem, emiſſa debita eorum erga Dominos officia impediẽtia irrita fieri à Dominis poſſunt pro tempore, ſaltem quo illi erunt ſubiecti Leſſius l.c.n.82.

Non poteſt autem dominus directè vota ſeruorum irritare quia nullum ius habet in animam ſerui; indirectè poteſt, ex parte materiæ,eam prohibendo, vel rem aliam imperando, ſeruus enim domino debet,ex iuſtitia, actionum ſuarum vsũ. Suarez cap 3.l.c.

Non ſpiritualis,& Eccleſiaſtica,ſed dominatiua ciuilis poteſtas, à iure naturæ profecta,requiritur ad vota irritandã; vt notant Arragon 2.2. q.88. ar.8. Azor.t.1. Inſt.Moral.lib.11.c. 17.q.3. Sayrus lib.6. c.10.n.7.& 17.Clau.Reg. Diſtinguit Suarez lib.1.de voto c.1.quam legas.

Summum Pontificem ſæcularium vota irritare, non poſſe, tradit Sot. libr.7. q.3.ar.1.Clauis Regia n.17.l.c. Leſſius d.10.in fine; Quia non eſt Dominus libertatis eorum; Religioſorum poſſe, docet Sot.ibidem,quia peculiaris eorum Prælatus eſt. De hac re diligẽter Suarez c.2.l.c Epiſcopus poſſe diſpenſare in multis ſubditorum votis, non negat Sot.l.c.negat, poſſe irrita reddere, cum in libertatem ſubditorum ius non habeant.

Abbas,vel alius Prælatus. Vide Leſſium Azorium,Arragon, Val.l.c.Suarez lib.6. cap.7.

Monialium præfectè ſubditarum nota irritare poſſunt, vt dictum eſt, ita Angles in 4.Rodericus t.1.quæſt. Reg.q.25 ar.7.Azor.t.1.lib.11.q.3. cap.17. Sayrus l.c.Suarez li 6.c.7.de voto n.19. Eman.Rodericus ſupracitatus p.2.ſummæ c.89.nume.9.Alcocer in ſumma c.16.Cand.Aur.de.3.imped mat.num.12 c.

Quo iure Religioſorũ Prælati ſubditorum uota irritare poſſunt? Diuino, & naturali.Sot. Arragon,Azorius,Rodericus, Suarez,locis citatis.

Vota autem irritata non reuiuiſcunt, niſi renouentur.Sot.l.c.col.penul.Naua.l.1. conſ.51.De Regul. Lopez p.1.c.48. Graſſius lib.2.c.29.Deciſ. Aur. Suarez lib.6.c. 7.num.13.Sanchez lib.9.De matr.Dubit. 39 nu. 32. Neque enim redeunt extinctæ obligationes.l.cum cauſa.c.de remiſſ.Pign.l.qui res §.area ff. de ſolut. cap.7.n.4

Religioſus adimplens irritatum votũ peccat;quia repugnat obedientiæ; Angles in 4. Rodericus p.2. ſummæ c 89. Alphonſus à Vega p. 2. Summæ Hiſpanæ cap.129.V.Votum.

Ad irritãdum, nulla requiritur cauſa; ſed ſufficit ſola voluntas, Caiet. 2.2.q.88. art.8.Palud.4.d.38.q.4. art.2. S.Ant.2.p. tit.11.c.2. § 6. Rodriquez art. 5. Alph.à Vega l.c.Azor.q.5 Lopez p. 1. c.47.Tol. lib.4.c.18. Leſſius Dub 10. Clauis Regia nu.14.l.c. Suarez c.7.nu. 8. Corona p.3. vbi de voto. Lucerna animæ c. 8.§.14.Biſfeldius c.9.p.3.Theol.Paſtoralis.

Superior,ſine cauſa, irritans votum,in quod conſenſit,peccat;non tamen,ſi irritet illud, ad quod ſubdito facultatem nõ conceſſit V.Caiet.Arragon, Leſſium,Sayrum.l.c.Valet tamen irritatis,etiam,dum irritando ſine cauſa peccat. Si ſine cauſa irritet votum,in quod alius ſuperior cõſenſerat, non tamen ipſe conſenſit, non peccat: quia vtitur iure ſuo, quo ab alio ſuperiori, conceſſa emittendi voti facultate, priuari non potuit: & non ſolùm promiſſio, ſed etiam executio voti à ſuperioris voluntate pendet.

65 *Superior religioſi omnia eius vota*. Ita etiam Leſſius, qui tamen excipit votum.

tum trãſeundi ad arctiorem religionem: huiuſmodi tranſitum, inuito etiam Superiore,concedunt iura. Idem Philianus de officio ſacerdotis.

Bannes in 2.2.q.11.art. 4. Votum ſubditi etiam de actu pure mentali à Superiori poſſe irritari,exiſtimat; nam ſubditus illi actui intentus, minus aptus efficitur ad alia munera.

Nouitiorum. Nouitiorum vota, quæ ꝓbationi impedimento ſunt,ſuſpendi poſſunt. Leſſius num.77.l.c. Quare vota realia non ſuſpenduntur; ſed auctoritate Prælati, commutari poſſunt in onera ꝓbationis. Idem Dub.11.num.93.

Commutatur in votum ſolemne. Syl. Votum 2.num 7. Armilla Votum, num.28. Leſſius Dub. 10. & 11. Suarez lib. ſexto. cap.21.num.18.

An maritus omnia vota. Panormit. in c. Scripturæ de voto. Sot. lib. 7. q.3. art.1. omnia vxoris vota emiſſa, ſine uiri conſenſu,à viro irritari poſſe,cenſent: Nauarri ſententiam veriorem, & magis receptam vocat Leſſius Dub.10 nu.83.

68 *Dixi regulariter.* Profeſſio trium Votorum in approbata Religione, ante annum decimum ſextum expletum,emiſſa, nulla eſt. Concil. Trid. ſeſſ.25. cap. 15.

71 *Decimo ſupponimus.* Profeſſio ante decimum ſextum annũ emiſſa nulla eſt, nullamque inducit obligationem,tum ex parte Monaſterij recipientis, tum ex parte profitentis: quare ex vtraque parte ratificanda eſt: nec ſufficit,cum nullitas occulta eſt, eam ex parte profitentis ratificare: profeſſio enim eſt cõtractus mutuus, ſpiritualeque quoddam matrimonium, quod ab vna tantum parte celebrari non poteſt. Vide Sanchez lib.2.de matrim.d. 35.num.4. Azor. tom.1.lib. 12.c.4.q.7. Et quæ nos de hac re fusè ſcripſimus in fine Annotationum ad Inſtruct. Sacerdotum Cardinalis Toleti.

77 *Sine rationabili cauſa.* Vide citatos ſupra ad num.64. Irritatio facta,ſine cauſa, ab eo, qui facultatem dederat vouendi, valida eſt: etiam ſi cum peccato coniuncta fuerit. Vide Leſſium Dubit. 10.nu.75. Rodericum in Summa p.2.c.89. Alphonſum à Vega c. 129.p.2. Summæ, Sayrum in claui Regia num.12.l.c. Sanchez lib.9. d.40. num.4. Votum irritatum non obligat. Palacios in 4.d.38.q.1.de voto.

Subditi ſine cauſa petentes irritationẽ quorundam votorum, non peccant,quia ſuperiores irritare poſſunt,ſola voluntate,ea nota, in quæ non conſenſerunt. Rodericus p.2. Summæ c.89. Suarez lib.6.de voto, c.7.nu. 16 ex communi ſententia.

Si Religioſus votum emittat ſoluendum, dum alius Superior reget,præſens ſuperior hoc votum irritare non poteſt: quod enim promiſit, ſub alterius erit poteſtate: Rodericus l.c. contraria tamen ſententia non eſt improbabilis: Præſens Prælatus tamen poterit huiuſmodi votum cõmutare,aut auferre,diſpẽſatione.

Religioſo non expedit, affectum eſſe obligationibus,votorum de operibus ſupererogationis Regulæ congruentibus. Suarez num.8.l.c.

Si ex efficienda re voto promiſſa,fideles ſcandalo offenderentur, votum tunc non obligaret: obligatio enim tollendi ſcandalum grauior eſt, quia naturalis iuris,quam voti,quod ab humana voluntate ſponte vouente ortum habet: Vouere enim liberi arbitrij eſt: & maior eſt charitatis obligatio, quam voti Michael de Palacios l.c.pag. 838.

In ordinibus Regularium plures ſunt ſuperiores,alius alio inferior,vt Generalis, Prouincialis, Prior, votum à Superiore confirmatum ab inferiore irritari non poteſt; Sed, è contra, votum emiſſum de licentia Prioris poteſt à Prouinciali, aut Generali irritari Angles in 4. Suarez c.8. lib.6.de voto.

Qui ſuper voto diſpenſare,&c.

DE diſpenſatione Leſſius dubit.12. 13. Suarez l.c.à c.9. Clauis Regia, Arragon 22.q.88.ar.10 Azor.lib.11.c.19. Val.t.3.d.q.6.p.7.Sot.lib.7 q.4.

75 *Super quinque votis.* V. Extrauag. Sixti IV. *Etſi Dominici.* Leſſium Dub.13.nu 104. Suarez cap.21. l.c. Vbi de diſpenſatione, & commutatione votorum Summo Pontifici reſeruatorum. Votum Hieroſolymitanum quidam extendunt ad omnia Crucis vota; alij etiam, ad votum de applicandis incertis bonis in ſubſidiũ terræ Sanctæ: neutram ampliationem probat Suarez l.c.num.12. 13.

Nauar. Com.1.de Regul.num.21. ſcribit, Votum adeundi Sacram ædem Lau-

retanam

Digitized by Google

ſectanam Summo Pontifici reſeruatum eſſe: at Azor.l.c.hoc non eſſe vſu receptũ ait. Suarez l.c.num. 15. nouum appellat Nauarri dictum nulla munitum probatione.

Summum Pontificem in voto ſolemni Caſtitatis diſpenſare, poſſe,negat Sot. l.c.art.2. & alij: Affirmant multi, &, ex recentioribus,Leſſius dubit. 14. Val. t.3. d.q.6.p.7.Azor.tom.1. lib.12. c.7.Tolet. lib.5.c.4. Corduba lib. 1. q. 24. q. Theol. vbi multa de hac refert communis,& valde probabilis opinio.

Epiſcopi in nonnullis caſibus, in ſimplici caſtitatis voto, diſpenſare poſſunt: eos enumerat Leſſius,dubit.13.num.106.

Vota conditionalia reſeruata, ante cõditionis euentum Epiſcoporum diſpenſationi ſubiecta eſſe,negant multi: affirmant Tolet.lib.4.c. 19. Leſſius dubit.13. Suarez cap.22.loc. c.Emanuel Rod.p.2. Summæ c.97.

Epiſcopus quilibet, in ſua Dioceſi,ordinariam habet facultatem diſpenſandi, & commutandi omnia vota, quæ reſerua ta non ſunt. Vide Suarez cap. 10. l.c. & Leſſium dub 13.

Poteſtas hæc ad diſpenſandum, & cõmutandum vota,immediatè, & Diuino iure, in Summo reſidet Pontifice, in ſupremoque perfectionis gradu. Eſt dogma fidei, vt docet Suarez l.c.num.2.Epiſcopi hanc habent in virtute Diuini iuris, quo Epiſcopale munus inſtitutũ eſt, per ſummum Pontificem,qui eam Epiſcopis limitare poteſt;ſed non adimere. V.Suarez num.7.l.c.

Religioſorum Prælati facultatem quaſi Epiſcopalem habentes in ſuos, cum ijs in votis diſpenſare poſſunt, vt Epiſcopi cum ſuis.Leſſius loco c.

76 *Sexto dicimus*. De iuſta cauſa ad diſpenſandum,Suarez c.17. l.c. Leſſius dubit.12.in fine.Val.p.7.l.c.

77 *Leuitas, vel facilitas.* Iuſtas cauſas enumerat Leſſius,cum D.Tho.art. 12.Eccleſiæ vtilitatem,Dei honorem,vouentis vtilitatem,magnamque fragilitatem:perturbationes animi in vouendo,leuitas,timor,inconſtantia, inconſideratio impetrationem faciliorem efficiunt, ita Leſſius l.c.

Qui votum commutat. De commutatione Suarez lib.6.multis capitibus,Leſſius dubit.11.Sot.lib.7. q.4. art. 3. Caiet. & Arrag.2.2.q.88.art.12.Val.l.c.Azor.c.18.lib. 11.tom.1.

Quilibet votum ſuum ſua auctoritate in opus melius commutare poteſt. Communiorem hanc ſententiam ſequitur Leſſius l.c.

78 *Munus voto promiſſum*. Vide Leſſium l.c.num.90.

80 *An qui contra ſimplex caſtitatis votũ*. Sanchez lib.9.d.34.duas refert ſententias ſibi inuicem repugnantes, cenſet autem, probabilius, eum ad ingreſſum Religionis,ante cõſumationem, non teneri,qui, poſt ſimplex caſtitatis votum, Matrimonium contraxit, nec peccare, ſi reddendo matrimonium conſumet.Sà V.Matrimonium, de impedimentis, contrariam ſententiam probabiliorem putat. Contrahens poſt votum ſimplex Religionis, ante conſumationem, tenetur ingredi.Vide Sotum 4.d.38. q. 2. art. 1. Ledeſ.de Matrim.q.53.art.1.

De præcepto Secundo, quo ad blaſphemiam.

DE blaſphemia S. Thom.2.2.q.13. Caiet.& Bannes ibid.Greg.de Valentia tom. 3. d. 1. q. 13. Summiſtæ Vide Blaſphemia,.Tolet.lib.4.c.13. Viguer.§.6. c.10 Azor.lib.9.c.28. Clauis Regia. Comitolus diligenter, lib.4.q.9. Reſp.Mor.

83 *Nullus blaſphemus*. Vide etiã Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 8. contra Blaſphemos Leo X. Iulius 3. Pius V. conſtitutiones ediderunt.

In Iudæos blaſphemantes cenſores fidei animaduertunt, ex Decreto Greg. XIII.1581. In Bullar. *Antiqua Iudæorum improbitas.*

84 *Vel Sanctos*.S Thom.art.1.ad.2.Val. p.1.l.c.

Blaſphemiam, ex leuitate materiæ,nũquam eſſe veniale peccatum,cenſet Suarez lib.5.de voto cap.2.col.3.Val.p.1.l.c. Indicat D.Thom.l.c.art. 1.ad 3.

Vt Blaſphemus mortiferè delinquat, non eſt neceſſe,vt verba blaſphema proferat,ex voluntate cupiendi,aut inferendi Deo aliquod malum, ſed ſatis eſt,ſi verba id indicantia proferat.Suarez l.c.

Blaſphemantem inaduertenter, ita vt ſi aduerteret,non blaſphemaret,non peccare mortiferè, ait Sà, Vide Blaſphemia num.3.

Digitized by Google

num.3. Alij probabiliter dicunt, inaduertenter blaſphemantem, ex conſuetudine, lethali culpa ſe obſtringare.

De blaſphemorum pœnis Azor. loc. c. Pet. Greg. Toloſanus, lib. 33. cap. 12. Syntag. Iur. Vtr. Quaranta in Summa Bullarij.

Puerum raptum à dæmone, ob blaſphemias, narrat D. Greg lib. 4. Dial. Blaſphemo cuidam membra nonnulla Diuinitus reſecta, narrat Niceph. Cal. lib. 18. c. 33. Hiſt. Eccleſiaſt. alia exẽpla habes apud Vincentium in ſpec. Hiſtoriali.

Nonnullæ Diuinæ vltiones in blaſphemos, his verſibus, indicantur.

Impius occubuit gelidis Mexentius, vndis, Patribus Herodes lendibus eſca fuit.
Perſica Iulianum blaſphemum fica peremit, conſtricto pænas commodus ore dedit.
Merſit, & in tumidis cæcum Pharaona ſub vndis, ſicut, & tu iuſta cæde Philiſte cadis.

Differunt inter ſe blaſphemiæ (non tamen ſpecie) notabiliter, hęc circunſtantia, vt quantitas in furto, explicanda in cõfeſſione; Bannes 2. 2. q 13.

De blaſphemia in Spiritum ſanctum D. Thom. q. 14. l. c. Caiet. Bannes, ibid. & Val. q. 14.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Tertiumdecimum.

Manual. D. Martini Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De diebus feſtis obſeruandis Syl V. Dominica. D. Thom cum Caiet 2. 2. q. 122. art. 4 Lopez. p. 1. c. 52. Tol. lib. 4 cap. 24. Azor. tom. 1. lib. 7. à cap. 1. vbi de primo Eccleſiæ præcepto: Carbo de præceptis Eccleſiæ. Caiet. Sà, V. Feſtum. Sot. lib. 2. q. art. 4. de iuſt.

De diebus feſtis à Chriſti fidelibus celebrandis, cõtra Hæreticos diſputat card. Bellar. lib. 3. De cultu Sanctorum c. 10. de die Dominica c. 11. De Paſchate cap. 12. De Pentecoſte c. 13. De ſeptuageſima, alijsq; Dominicis cap. 14. De reliquis Domini Feſtis cap. 15. De feſtis Sanctorum, cap. 16. Vide etiam Vualdenſem lib. De Sacramentalibus cap. 142.

De origine, & celebratione dierum feſtorum apud chriſtianos, doctè, copioſeqꝫ differit Couar. lib. 4. Var. Reſolut. cap. 19. De feſtorum veneratione Pius V. conſtitut. V. *Cum primum*. Quid agendum, fugiendumque feſtis diebus, Saluianus Maſſil. lib. 6. De Gubernat. Dei.

1 *Omnia chriſtianorum feſta*. V. Bellar. l. c. Dierum feſtorum celebratio Diuinitus in veteri teſtamento fuit inſtituta in tertio Decalogi præcepto, quod partim morale, partim cęremoniale, & quatenus morale iuris eſt naturalis: obtinetq; vim, etiam ex Euangelica lege. Qui tamẽ dies, & quot Diuino cultui conſecrandi, iure, ab Eccleſia, ad quam id pertinet, inſtitutũ fuit. Hæc nonnullis concluſionibus docet Couar. l. c.

2 *Tertio*. Tertium præceptum exteriorem Dei cultum præcipit, corpoream. ſ. requiem ad ſeruiendum Deo. Sot. l. c. Obligari hominem die feſto ad actum interiorem dilectionis Dei, & ad contritionem. putat Scot Refellit hanc ſententiã Sot. l. c. Alex. Alenſ. 3. p. q. 32. memb. 5. ar. 2. peccantem die feſto duplici macula cõtaminari, cenſuit: at non eſt recepta ſententia, explodlturque à Soto l. c. Ad eum actum interiorem hoc præceptum obligat; qui exteriori neceſſarius eſt.

Miſſæ auditio eſt præcepta: at Miſſam ea attentione audire oportet, quæ ſit humanus actus. Sot. loco c. Duo membra hoc præceptum habet, vnum negatiuum de ceſſatione à ſeruilibus operibus; affirmatiuum alterum de Sacro audiẽdo. Cũ Soto ſentit Couar. l. c. n. 13. concl. 6.

3 *Seruilia*. Vide Sotum l. c. comitolum lib. 4. q. 53. tom 1. Reſp. Mor.

4 *Primis Veſperis*. Vide Couar. l. c. nu 9. Quo ad eſum carnium dies incipit, more Romano, à media nocte, & definit in media nocte: idem dicas de ceſſatione ab operibus ſeruilibus, qua tamen in re magnam vim habet conſuetudo, vt Couar. quoque aſſerit. l. c.

5 *Ob pecuniam*. Ita etiam Sot. l. c.

6 *Agri-*

Digitized by Google

6 *Agaſones immenſis onerat.* Vide Sotũ. loc.c.Sà l.c.num.5.

7 Sot.loco citato.

8 *Nundinas.* Sot.l.c.legi poteſt.

9 *Thunni.* Sot.quoque l.c.

14 *Tranſcribit.* Libros deſcribere lucri cauſa,nonnulli licere,putant. V. Sà num. 5.loco citato.

15 *Papa Eugenius.* Iis diebus.55.ſcilicet, Michaelis, Innocentium, Syluestri, & S. Crucis, Miſſam ex præcepto audiendam eſſe non cenſeo; quia ex operum ſeruiliũ conceſſione colligere licet, diſpenſatum eſſe in præcepto de audienda Miſſa.

17 *Qui diebus feſtis Miſſam non audit.* De præcepto audiendi Miſſam, Suarez t.3.d.88.Azorius t.1.lib.7. Carbo de præceptis Eccleſiæ.

Concio omittendà potius, die feſto, quam Miſſa: de hac enim audienda,non de illa præceptum extat. Suarez ſect. 1.l. c. contra Angelum grauiter errantem.

Qua attẽtione præceptum impleatur, docet Suarez ſect.3.

Quando latum fuerit de audiendà Miſſa, præceptum,non conſtat: quamuis certo ſciamus Dominicam diem Dei cultui ab ipſis Apoſtolis cõſecratã fuiſſe. Quod tradit Suarez ſect. 5. col. 1. Verum exiſtimo, conſuetudine, 5. & traditione Eccleſiæ hanc legem ſemper in vſu fuiſſe. Diẽ Dominicam traditam fuiſſe Eccleſiæ ab Apoſtolis,diſces etiam ex Lindano lib.3. Panopliæ cap.8. Vbi pręclarum offendes locum Diui Iuſtini Apol.2. ad Anto. Auguſt.in quo narrat, quid facere conſueuerant priſci fideles,die Dominico.

De Sanctorum feſtis idem Lindanus cap. 27. loco citato Conradus Brunus libro ſexto de cæremonijs cap. 27. De ritu diei Dominicæ.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Quartumdecimum.

Manual. D. Martini Nauarri. Notæ,& Appendices.

De honore parentibus exhibendo,liber Eccleſiaſtici, D.Tho. 2.2.q.101. Val.d.7.q.1. Leſſius lib.2.c.46.Dub.1. Cathechiſmus Rom. in quartum præceptum: Caniſius in idem, Pererius lib.14. in Gen.c. 9.verſ 23.

Quia parentum natura mortalis, immortaliſque vitæ confinium eſt: ideo pręceptum de parentibus honorandis in duarum tabularum confinio collocatum, putat Philo Iud.lib.de Decalogo.

1 *Pietas.* Hæc copioſius apud Val. in 2. 2.d.7.q.p.1. Et Leſſium lib.2.c.46. Dub. 1.

Ad cultum parentibus debitum pertinet etiam ſuſtentatio,quando indigent. Vide Val.l. c. Pietas primum, poſt Religionem,obtinet locum,parentes enim ſecundarij, quidam dij cenſentur, vt ita loquar.

Parentibus etiam ſpiritualibus reuerẽtiam debemus. Virtus hoc debitum reſpiciens pietas dici poteſt; ſed,vt Leſſio placet, ab obſeruantia ſupernaturali diſtincta non eſt. De honore ſpiritualibus Parentibus à Conſtantino Magno exhibito, cum intereſſet Niceno Concilio, Theodoretus lib. 1. cap. 11. Ruffin. lib. 10. Eccl. Hiſt. is enim libellis contra Epiſcopos nõ ſolum legere, aut aperire non eſt paſſus, ſed comburi iuſſit.

Pietatis in parentes ciconia Symbolũ eſt, Hadrianus in nummis, cum inſcriptione,Pietas Auguſta, id indicauit.

Diuturnior vita ijs in ſacris literis promittitur, qui parentes honore afficiunt: Homerus quemdam cito obijſſe ait, quia pius in parentes non fuerat.

Et qui caris nunquam genitorib. æquũ
Reddidit officium, immatura eſt morte peremptus.

Athenienſes eos filios honorandorum paren-

parentum lege obligatos eſſe, cenſebant, quos parentes honeſtis diſciplinis imbuẽdos curauerant: non eos, qui parentum negligentiam in educatione experti fuerãt. De hac re Pierius lib. 17. Hieroglyph. initio. Sem, & Iaphet, Noe Patris verenda, auerſis vultibus, tegentes euidentem pietatis affectum expreſſerunt.

Gen. 9. V. S. Ambr. de Noe, & Arca cap. 32. D. Greg. lib. 25. Mor.

2 *Obſeruantia.* De obſeruantia D. Tho. 2.2. q. 102. Val. q. 2. Leſſius Dubit. 2. l. c.

6 *Alter naturalis, & humanus.* Ad Præludium V. nonnulla huc ſpectantia notata ſunt. De amore D. Tho. 1.2. q. 2. Caiet. alijque Interpretes, Val. d. 3. q. 2. t. 2.

Amor ſupernaturalis. Vide D. Th. 22. q. 23. Caiet. & Bannes ibid. Greg. de Val. t. 3. d. 3. q. 1.

Officium pietatis erga parentes, Diuino, & naturali iure præceptum, emittendum eſt aliquando, ob officium religionis erga Deum, iure Diuino, & naturali debitum. Vt, ſi defendenda ſit fides, & parenti egeno ſuccurrendum, & vtrumque fieri nequeat, defendenda eſt fides. Val. l. c. d. 7. q. 1. p. 2.

Ob officium pietatis, omittendum Eccleſiæ præceptum. Si nequeas præceptũ Miſſam audire, & egenti patri tua præſentia opem ferre, non te ſcelere obſtringes, ſi Miſſam emiſeris.

14 *Ingreditur Religionem.* V. Comm. 3. de Regul. num. 48.

Egregia eſt quæſtio; An qui tria ſolemnia Religioſorum Vota emiſit, teneatur, ad opem egenti patri ferendam, ad ſeculum redire. De hac quæſtione Aegid. Ro. Quodl. 2. q. 25. Augu. Triumphus q. 51. a. 1. de poteſt Eccl. Lopez p. 1. c. 54. Corduba q. 141.

Hoc certum, ſolemnem trium votorũ nuncupationem tuta conſcientia filio nõ licere, ſi pater grauiter egeat auxilio filij; naturæ enim iure neceſſaria alimenta parentibus à filijs præbenda ſunt. Eſt D. Th. ſententia communiter recepta 2.2. q. 109. art. 9. Leſſius lib. 2. c. 41. dub. 3. idẽ tradit.

Poſt emiſſa vota, ſi Pater extreme egeat, poteſt, & debet filius ad ei ſuccurrendum, ſi queat, religioſam diſciplinam, (in nitis etiam Prælatis) ad tempus paternæ inopie, deſerere. Id requirit naturale ius, cui religioſa profeſſio nihil derogare poteſt: ſi tamen poſſet, ſine egreſſu è Monaſterio, neceſſaria ope parentem adiuuare, voto, & naturali iuri ſatisfacere deberet. Hæc quoque certa. V. Leſſium, & Val.

Si pater graui vexetur neceſſitate: poteſt filius, concedente, non tamen inuito, Prælato, egredi; in extrema enim tantũ neceſſitate, naturæ ius concedit, vt, inuito etiam Prælato, exire poſſit. Hæc quoque controuerſia carent. V. Val. t. 3. d. 7. q. 1. p. 2. Petenda tamen egrediendi facultas; et in extrema neceſſitate.

In graui Patris neceſſiate, debere filiũ egredi, ſi egreſſus patris inopiam ſubleuare queat, quidam aiunt, alij negant. Ait Maior. 4. diſt. 38 q. 16. & alij, negant cum S. Thom. ar. 4. ad 4. l. c. Abulenſis q. 69 in c. 8. Matth. Caiet. Nauar. hic Leſſius lib. 2. c. 41 dub. 3.

Conciliat ſentẽtias Val. p. 2. l. c. in hũc modum; ſi regulariter loqui velimus, ſuperioris facultas neceſſaria eſt, vt Religioſi Inſtituti ſectator egredi poſſit; Superior autem videbit, an egreſſus animo Religioſi damnum ſit allaturus: nam ſi periculum ſpiritalis ſalutis graue ſit, & apertum; naturali affirmatiuo præcepto ad grauem patris inopiam ſubleuandam, cum tam aperto ſalutis animæ periculo filius non obligabitur. V. etiam Syl. Religio. 2. q. 7. Leſſium l. c. num. 34.

At, ſi patris inopia ſit aperta, filius autẽ viuens in Monaſterio eam nequeat ſubleuare, & in ſæculo, ſine animæ periculo, poſſit, neque probabile ſit, opem aliũde egenti patri ferendam eſſe; tunc poteſt filius, repugnante etiam Prælato, exire, vt Patri ſuccurrat. Sic Maioris opinio locũ habebit. Val valide hãc ſententiã munit.

Quod dictum eſt de filio erga Patrem, dicendum eſt de Patre erga filium: non tamen de fratribus erga fratres, aut Sorores, nam non pendet alter ab altero; vt à Patre filius, & à filio Pater; cum filius Patris, à quo accepit eſſe, radix ſit, & principium. Vide Leſſium l. c.

Egreſſus habitum regularem deferre debet; ſi, cum eo, patri poteſt auxiliari; ſin nequeat, poteſt deponere.

15 *Qui ducturus.* V. Vict. q. 269. Cordub q. 71. Lopez l. c. Bellar. lib. . cap. 15. de matrimonio; Pet. à Ledeſma q. 47 art. 6. de Mat. Val. tom. 4. d. 10. q. 3. art. 6. Toletum lib. 5. cap. 1. Et noſtras ad eum locum notas. Sanchez lib. 4. d. 22. 23. Salon

2.2. q.

Digitized by Google

2.2 quæſt.9.art. 5.Sot.4.d. 29. qu.1.art. 4.

Ex conſequenti peccat mortaliter. Sententia Nauarri placet Philiarco Graffio; videtur placere Pet.de Soto lect.3. de mat. Molinæ t.1.tt.2.de Iuſt.d.176. ad 1.

Animaduerte.1.Filiũ à patre, metu cadente in virum conſtantem,non poſſe ad matrimonium cogi. Homo enim liber eſt, Matrimonium autem quędam perpetua ſeruitus; ad quam is compelli nequit V.Sanchez diſt. 22. loco cit. Sotum 4.diſt 29.quæſt.1.art.4.D.Th 2.2. quæſt. 104.ar.5.

Animaduerte. 2. Debere filium ſub mortifera culpa, illud matrimonium inire,(ſi inire matrimonium velit) quo indiget,& quod pręcipit Pater. Pietas enim filios ad ſubueniendum parentib. cogit. Pro hac ſententia multi referuntur à Sanchez d.23.n.4. Intellige, ſi filius nullam habeat iuſtam cauſam paternæ voluntati repugnandi.

Animaduerte, 3. (extra hunc caſum, quo filius Patri obedire tenetur.) Non peccare mortiferè filium, matrimonium quod cupit, ineundo, ſi pater iniuſtè reſiſtat. Exempla offendes apud Sanchez loc.cit.

Quamuis Nauar. ſententia probabilis videatur; probabilius tamen loqui Sanchez exiſtimo: cum ait Filium debere,ſub lethali ſcelere, Patrem, cum matrimonium initurus eſt conſulere, non tamen illius cõſilium ſequi, quia in iis,quæ ad generationem prolis, corporiſque ſuſtentationem pertinent, filij parentibus, D.Thoma teſte,non ſubijciuntur. 2.2.quæſ. 104.ar.5.

Filiam, inuitis parentibus nubentem exhæredari poſſe, negat cũ cõi, Andreas Fachineus lib.3. c.64. Controuerſiarum Iuris Couar.in 4.decr.2.p.c.3.§.8. n.5.at Salõ,Molin.& Sot.l.c.oſtẽdũt, iuſtas eas leges eſſe,quib. pmittitur,vt poſſit exhęredari;de hac re Sãchez diligẽter.d.24.25

16 *Debita patria.* Couar.in c.Si Hęredes de teſtam. agit de pœnis non ſoluentium legata.

17 *Vigeſimo:* Ad religionem nemo, qui ſe ſponte non obligauit, cogi poteſt; ſed qui ſe voto obligauit, compelli poteſt; V. Leſſium lib.2. cap.41.Dubit.4.

23 *Aliquã creaturã firmius.* Res aliqua trib. modis ex charitate magis diligi põt ꝙ alia obiectiuè,appciatiuè,& intẽſiuè. Obiectiuè ea res amatur,cui maius bonũ cupis Appreciatiuè,cũ ita res amatur: vt reb. aliis,quas minus amare dicimur, anteferatur. Intenſiuè eã rẽ diligimus, quã vehemẽtiori actu ſm intenſionẽ,& quẽdã actus dilectionis feruorẽ,magis amamus. Qđ ſm charitatis ordinẽ amandum magis eſt obiectiuè,& appreciatiuè,non aũt intẽſiuè diligendũ eſt magis. Eſt cõis Theologorum ſententia in 3.d.27.& 29. Quã ſequitur Val.t.3.d.3. q.4.p.1. contra Scotũ affirmantẽ Deũ, ex præcepto charitatis, intenſiuè magis diligendum eſſe.

Deus,ex ſupernaturali charitate, diligendus eſt magis; quã nos, quàm proximus, quàm alia quæcunque. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, etc.* Deutero. 6.Matth.22.Eſt de fide. V.Val. p.2.l.c. Secundum autem naturalem inclinationem Deum,ſuper omnia diligendum eſſe;negant Altiſiod. Albertus, Gabriel, & quidam alij affirmant verè D. Th.2.2.q.26.ar.3.Scot.3.d.27.Quam ſententiam bene munit Val.l.c.An nos magis, quam proximos amare teneamur. Val.p.3.l.c.

25 *Odium.* De odio D.Th.2.2.q.34. Val.d.3.q 11.Caiet.in Summa V.odium Azor.t.1.lib.3.c. 12.

Odium proximi,ex genere ſuo,lethale peccatum eſt;& varia variarũ ſpecierum ſcelera coniuncta habere poteſt; vt homicidij,detractionis furti. V.Val.l.c.

Odij, aut inimicitiæ ſigna oſtendere nefas eſt.V.Val.d.q.3.p.2.

31 *Scandalizamus.* De ſcandalo D. Th.2.2.q.43. Caiet. V.Scandalum Greg. de Val.d.18.l.c.

36 *Idola.* Ita D.Th.2.2.qu 169.art.2. ad 4 Azor.t.1.lib.9 ca.11.Paganis ea vendere,quibus illi bene, & male vti poſsũt nefas chriſtiano non eſt. V.Azorium lib. 8.c.23 q 14.Vendere illis aliquid in eum finem,vt extruendis idolorum fanis deſeruiat,non licet.ibidem.

Pudenda oſtendunt. Pueros natantes, detectis virilibus, peccare ſemper, & vbique mortiferè, (Venetiis præcipuè, vbi quamplurimi pueri natandi artem diſcunt;) non facile dixerim; quia occaſionẽ mortiferè peccandi præbere ſemper non videntur. Vſus rigorem mollit; vt in Galliis mos receptus mulieres oſculandi.

39 *Ob neceſſitatem petit*. Numquam fas eſt inducere hominem ad mutuandũ ſub vſuris; quia hoc eſſet ad peccatum inducere. Si te premat neceſſitas, potes, ſine crimine mutuam pecuniam petere, & ſi ſcias, mutuantem vſuras, petiturum. De hac re Molina tr.2. de contract. d.335. Tolet. lib.5. c.37. in quem locum nonnulla notaui; Val. t.3. d.5. q.21.

40 *Aliquod peccatum minus*. An aliquando liceat inducere aliquem ad minus malũ, vt maius vitet: Molina d.335. de Iuſtitia, Val. l.c. Sotus lib.6. q.1. ar.5. Pererius de Loth filias exponente d.1. in c.19. Genes. Ego quoque nonnulla notaui huc ſpectantia ad c.37. lib.5. Inſtruc. Sac. Toleti Cardinalis.

43 *Pigmenta*. Vendentes res, quibus homines abuti poſſunt omnibus, ſine diſcrimine non videntur vacare culpa, V. V. l. q.20. d. p.5. col.3.

Quid reſtituet animæ proximi bona lædens.

DE bonorũ animæ reſtitutione, Sot. lib.4. q.6 ar.3. Ludouicus Carbo q.9. de reſtitut. Pet. Nau. lib.2. c.2. de Reſt. & multi ab eo relati, Greg. de Val. t.3. d.5. q.6. p.5. Leſſius lib.2. c.8. de Iuſt.

45 *Qui vi dolo fraude*: Communis ſententia eſt: eum qui aliquem ad peccandum induxit metu, aut fraude teneri, ex iuſtitia, vim fraudemuè auferre; ne is deinceps eodẽ modo peccet: ſed reſipiſcat; Ita Sot. Val. Leſſius Dubit. 2. l.c. & Petr. Nau. qui cenſuit, non ſpeciali iuſtitiæ lege, ſed charitatis, ob fratris correctionẽ, obligari hominem ad gratiæ reſtitutionẽ ſuam ſentẽtiam ſic videtur limitaſſe. V. Corduba qu.172. & Carbonem l. c.

Qui ſine vi, aut fraude; ſed prece, aut precio, aut alio modo, aliquem ad peccatum induxit; ex iuſtitia, non tenetur dare operam, vt reſipiſcat; ſed ex præcepto fraternæ correctionis, Leſſius Val. Petr. Nau. Carbo l. c.

Quidam indiſtinctè loquentes ad aliquam reſtitutionem eum obligant: qui quocũq. modo alium ad peccatum induxit: hanc ſententiam, quæ mihi non arridet, non improbabilem putauit Carbo l.c. concl.4.

Si quis errorẽ in fide aliquem, non inuitum, doceret, nõ ex lege iuſtitiæ (quia inuitũ non decipit,) eũ dedocere teneretur: ſed lege fraternæ correctionis, & virtutis fidei, contra quem errorem docuit, Leſsius l. c. n.5.

Qui aliquẽ maleficio, aut alia re rõnis vſu priuauit, tenetur, ex iuſtitia, quantũ põt, eniti: vt is rationis vſum recuperet: & damna, quæ inde manarunt, reſtituere, Val. l. c. Aſſert.1. Et eſt cõis. Pro ipſo rõnis vſu ablato nõ eſſe pecuniariã reſtitutionẽ faciendã, docet Leſsius Dubit.1. Sed pro damno tẽporali inde ſequuto.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimumquintum.

Manual. D. Martini Nauarri. *Notæ, & Appendices.*

DE Quinto Præcepto, quo præcipitur, ne homicidiũ patretur, videri poſſunt, D. Th. 2.2. q.64. & Interpretes, Sũmiſtæ V. homicidiũ. Sot. li.5. q.1. de Iuſt. & iu. Bannes, Salon, Arragon, in 2.2. q.64 Greg. de Val. t.3. d.5 q.8. Couar. in clem. ſi furioſus p.2. Lopez p.1. à c.60. Vict. Relut. de Homic. Pet. Nauar. lib.2. c.3. de Reſt. Tolet. lib.5. c.6. Leſſius lib.2. cap.9. de Iuſt. Io. Heſſel. de 10. præceptis, Catechiſ. Rom. Caniſius, clauis Regia, Azor.

2 *Vt Iudex*; V. Bannes, Salon, Arragõ, 2.2. q.64. ad ar.2. Leſſiũ dubit.2. Val. p.2. l.c. Non audias Scotũ dicentẽ, non quoſcũque ſceleſtos: ſed in veteri tñ Teſtamẽto à Deo expreſſos à publica ptãte interfici poſſe. De ſolis innocẽtib. intelligitur pceptũ; *Nõ occides*: Homini publica auctoritate nõ inſignito maleficos occidere nõ licet D Th. 2.3. Leſſius dub.3. Sot. 2.3. l.c. V. Sot. ar. 2. l.c.

Vir vxorem in flagranti adulterio interficiens mortifere peccat q̃uis, ob doloris grauitatẽ, pœna non afficiatur. V. Sot. ar.3. l.c. Salon. Bannes 2.2. q.64. ar.3. Pet. Nau. l.2. c.3. n.200. Leſſium dub.5. In Hiſpanijs lex viro adulterã vxorẽ tradit, vt illã vel occidat, ſi velit, aut illi parcat. Si occidat, ſine odio, ob facultatẽ ſibi à lege factã, nõ peccati q̃a liber Iuſtitię miniſter à publica auctoritate effectus eſt. Sot. l.c.

Princeps verus tyrannicè gubernans à Rep. vel Regni Comitijs, vel ab alio auctoritate prædito deponi põt; & hoſtis declarari: non tñ à priuato occidi quia ẽtſi tyrannidem V. val. p.3

Digitized by Google

tyrannidem exerceat, nihilominus verè ſuperior eſt. Vide Caietanum, Sotum, Salon. Bannes. Arragon l.c. ar. 3. Val. p. 3. Leſſium Dub. 4. Tolet. lib. 5. c. 6. Pet. Nauar. lib. 2. c. 3. de Reſtit. num. 314.

At priuatus homo, qui iniuſte, & tyrãnice regnũ vſurpauit, & occupat. Rep. inuita, cum publicus hoſtis ſit, a quocunque de populo interfici poteſt, ſi aliud nõ ſuperſit remedium. V. D. Th. in 2. d. vlt. q. 2. ar. 2 ad. 5. Caiet. & alios. 2. 2. q. 64. ar. 3. Sot. ar. 3. Leſſium, Val. Pet. Nauar. n. 315. l. c. Cicero interfectores Cęſaris laudauit, is tyrannicè imperiũ occupauerat, & vim in repellere licuit. Iudith præclara fæmina, fęlici Angelo duce. Holophernẽ tyrannum iuſtiſſimè obtruncauit. Vt huiuſmodi tyrannus a priuato occidi queat certum eſſe debet, iniuſtum inuaſorem eum eſſe, 2. requiritur: vt maiora mala à filijs eius, aut amicis non impendeant. 3. vt id Reip. voluntati non repugnet. ſic Leſſius.

Alphonſus Caſtrenſis negauit, occidi poſſe à priuato hominem, qui tyrannicè regnum inuaſit, at non probabiliter, eius argumenta refelluntur a Pet. Nauarro num. 320. loco citato.

Quid ſi, qui tyrannicè regnum occupauit, vi promiſſionem ſimplicem, vel iuramento nnttitum extorſiſſet. Promiſſionẽ ſimplicẽ poſſet priuatus infringere, quia nulla inde orta eſt obligatio, iuramentũ, ſi iuraſſet animo iurandi, & ſe obligandi, non poſſet, niſi vergeret contra bonos mores, contra animæ ſalutem, aut bonũ publicum, quia tunc iuramentnm non obligaret, quemadmodum neque obligaret, ſi ſine mente id iurãdi, quod volebat tyrannus, & ſe obligandi, præſtitum fuiſſet. His cõſentanea Pet. Nau. vir doct. l. c.

Principem verum, tyrannicè regentẽ à priuato, licitè occidi non poſſe, eſt tam quam de fide certum. Pet. Nauar. l. c. nu. 314. ex Concil. Conſtant Caſtrenſis. Vide Tyrannus.

1 *In bello.* De Bello D. Th. 2-2. q. 40 Interpretes, Val. d. 3. q. 16. Pet. Na. l. 2. c. 3. n. 258.

Ob propria vita. & integritatis membrorum, cum moderatione tamen inculpatæ tutellæ. V. D. Th. & Interpretes art. 7. l. c. Sot. art. 8. Vict. l. c. nu. 17. Val. p. 4. Leſſius Dub. 8. De moderamine inculpatæ tutelę loquitur Alex. III. C. Si vero 1. de ſen. ex com. Moderamen autẽ inculpatæ tutelæ eſt, cum quis ſuam vitam tueri nõ poteſt, niſi alium interficiat. Hoc etiã clericis licet, nec fiunt irregulares, ſi moderamẽ inculpatæ tutelæ ſeruent, in occidendo, at ſi fuga ſibi poſſunt conſulere, tenentur fugere. Leſſius n. 44.

Pro neceſſaria fortunarum, magni momenti, defenſione occiſionem licerę, tradũt Angelus. Syl. V. Bell. Ban. Tol. Val. p. 4. Leſſius, Pet. Nau. nu. 397 l. c. Sà V. Homicidium nu. 5. quod tamen non cõcederet. D. Aug. clericis hoc non licere. Tol. Syl. & alij quidam aiunt: licere, probat Leſſius Dub. 11. Si non ſit ſpes, eas alio modo recuperandi.

Mortem alterius tamquam medium. Negant nonnulli licere in defenſione, intendere motrem inuaſoris, tamquam mediũ at Sot. ar. 8. l. c exiſtimat. id licere, quam ſententiam probabiliorem putat Val. p. 4. nam cur non potero id animo velle, quod actu efficere poſſum Leſſius quoq; n. 53. l. c. fatetur, poſſe hominem in vitæ, membrorumque defenſione id intendere, quod ad eã neceſſariũ eſt, & vulnera mortifera, & mortem ipſam in cauſa.

Mortem potius perpeti, quam inuaſorem occidere, ſalubre conſilium eſt, viris præcipuè Eccleſiaſticis: Si quis tamen lethali ſcelere obſtrictus eſſet, ęternamque metueret damnationem, teneretur, ſuam vitam, quacunq; ratione poſſet, defendere, ſuæ n. aĩæ ſalutẽ magis, quã proximi, amare dẽt. Leſſius l. c. in fine poſt. d. Ant.

3 *S. Thomam id noluiſſe.* Priuato viro inuaſorem licere, occidere, per accidens, docet S. Th. Non negat. S. Doctor. licere id intẽdere, & efficere, quod ad defenſionẽ neceſſarium eſt, ſed negat, licitum eſſe, abſolutè cupere inuaſoris mortem, hoc enim ad defenſionem non eſt abſolutè neceſſarium, cum ſufficiat illius vires debilitare, ne amplius nocere queat. Sic explicat Leſſius D. Thomam.

Vxor qua certo nouit. Idẽ placet Cordu. l. 1. q. 38. de eo, qui venenũ paratũ habet, vt aliũ necet: põt enim veneno necãdus, in hoſtem, qui parauit, venenũ conuertere. ſi alio modo mortem vitare nequeat. Probat Leſſius Nau. dictum, nu. 45. l. c.

1 *Interponitur magna mora.* Si quis, ob graues alicuius inſidias, non poſſet euadere, niſi eum occidendo, poſſet præuiendo occidere,

Digitized by Google

cidere, monendũ tamẽ inſidiatorẽ, vt deſiſtat, cenſet Bannes, hoc docens, at Leſſio diſplicet hic modus, in praxi.

Si certo ſcias, maleficã tibi demoniacis ſignis nocere, & ſolũ habeas remediũ verberũ, iuſtæ defenſionis titulo, potes eã cõpellere, vt a ſcelere deſiſtat, ſi tamen putes, eã nouo maleficio ad vetus auferendũ non vſurã. Ita Leſſius l.c.nu.48.

Et qui nulla ratione ſe ab iniuſto inuaſore tueri poteſt, duellũ excipere põt, & offerre, ex Leſſio nu. 49. & eſt probabile.

At honor. Pro defenſione honoris licitũ eſſe homicidiũ, cenſent multi quos retuli ad Aphoriſmos Sà. V. Homicidium n.1. Pet Nau.l.2.c.3.n.369. Leſſiũ Dubit. 12. Vbi Nauarrũ ſeqtur. Val.d.5.q.8.p.4.

Adoleſcens, puella, & quæcunq; fœmina, pro tuenda pudicitia, cũ moderamine inculpatæ tutelæ, aggreſſorẽ occidere poteſt. magis enim æſtimatur pudicitia, quã opes. V Leſſium l.c. & Pet. Nau.nu 393. Tribunus, cũ vellet adoleſſentis pudicitiam violare, ab adoleſcente fuit interfectus, eum autem exercitus Imperator Marius abſoluit. *Cicero pro Milone.*

Pro defendenda proximi vita iniuſtus inuaſor à te occidi poteſt: D. Ant 3.p.tit. 4.c.3.§.2. & Leſſius Dub.13.l.c. idẽ affirmãt de pudicitia, honore, & fortunæ bonis eorũ, qui tibi ſunt ſanguine cõiuncti, vel tuã opẽ implorant. Nõ teneris tamẽ, cum periculo vitæ tuæ, priuati hominis vitam defendere, ſed Principis, quo viuo, bonum publicum conſeruatur.

Vtrum pro tuenda vita Matris vterũ gerentis, poſſit ei medica potio exhiberi, ſi filius in vtero clauſus interiturus exiſtimetur, diſputant Leſſius Dubit. 10. l.c. Pet.Nau.nu.140.l.c. Corduba q.173. Couar. Relect. de Homicidio p.2 §.3. nu.1. Arragon 2.2.q.64.ar.7. Sanchez l.9 d 20. de Matrimonio, Chapea ville c.9. de caſibus reſeruatis. V. Nau.c.25.nu 62.

Si inuaſus nequeat ſe defendere, ſine periculo innocentis, quo innuaſor ſe tuetur, probabile eſt, poſſe illum ſe ſe, cũ eo innocentis periculo, defendere. Corduba l.1.q 33. Pe.Na.n.147. Leſſius Du.9 l.c.

5 *Secundo.* V.D.Th.2.2.ar.7.q 64. Caie. Salon.controu.2. Ban. Arragon ibid. Val. p.4. Leſſium D.11. Sot.ar.8.l.c.

6 *Qui caſu accidit.* Quando homicidiũ caſuale ſit peccatum. Leſſius Dubit.15.

8 *Damnatus ad mortem.* poteſt fugere, at non poteſt iuſtitiæ miniſtris vim inferre. V. quos roculi ad Sà, De Reo num. 9.

Funambulos. Nonnulli funambulorũ ludũ, ob mortis periculũ, illicitũ putant, V.Sà.V. Ludus nu.2. Pet. Nau.l.2.c 3. nu. 83. de Reſtit. Sylu.V. Ars.q.8.

9 *Duellum iniuſtum, quoniam qui iuſtum.* De duello iuſto, Leſſius l.2.cap.9. Dub.8. Sà V. Duellum nu.2. Pet.Nau.l.2.c.3.nu. 293.l.c. De duello multa Comitolus lib. 6. Reſp. Mor.

Qui interfuit. Duellorũ illicitorũ ſpectatores excõmunicantur in Conc. Trid. ſeſſ.25.c.19. Videndę conſtitutiones Clemẽtis VIII. & Greg. XIII. Clemẽtis conſtitutionẽ hẽs apud Quarãta. V. Duellũ.

11 *Sibi mortem.* Sine Diuina auctoritate nemo poteſt ſe ipſum occidere, Nõnullę Sanctæ fęminæ ſibi manus cõſciuere, vel Diuina inſpiratione, vel inculpata ignorantia. V. Leſſium Dub. 6.l.c. Sulphureo pulueri ignẽ adhibere potes in Bello iuſto, vt hoſtiũ turris corruat, & ſi ſcias, te igne abſumendum, non enim te occidis, ſed periculo, iuſta de cauſa, exponis, quod licet. Leſſius l.c.num.32.

Mutilationem. Quando neceſſaria eſt mutilatio, vt corpus ſanetur, non eſt illicita: immo tunc homo debet permittere, vt ſibi mẽbrũ amputetur: quãdo à medicis id neceſſariũ putatur; Si graues dolores eũ perferre, non oporteat. Sot.l.5.q.2 ar. 1. Leſſius Dub.14. Pet. Nau l.2.c.3.n 97.

Sibi ipſi manus iniecit. Cũ Nauarro ſentiunt Caiet. V. excõmunicatio c.10. Sayrus l.3. De Cẽſuris c.22.n.20. Cũ Angles, Philiarco, alijsq; ab eo recenſitis: diſſentit nihilominus Toletus lib.5.c.8.

12 *Qui vult vitam decurtare.* Caiet.2.2. q.147.ar.2. Couar.1. Var.c.2.nu.10. dicũt decurtare vitã aſperitatibus, & id non aduertere, nullũ peccatũ; aduertere, & cauſa pietatis id facere, veniale, ſine cauſa pietatis, mortale nõ abnuit Sot. de ratione teg. memb.1.q.concl.9 At Pet.Nau.l.c.n.91. diſtinctionẽ Caiet. & Couar. improbat, putatq; eſſe mortale, vitam notabiliter aſperitatibus diminuere, & zelo pietatis, & probabiliter quidẽ; nã materia nõ eſt leuis, motus non ſubreptitius, minuere, ſciẽter, ſibi vitã notabiliter malũ ex obiecto. De hac re Greg. de Val.t.3.d.9 p.3. in fine. Vittoria Relect. de tẽperã[illegible], vbi &

docet minuere vitā ieiunio, debita, opera,amori ſui repugnare. V. Tol.lib.5.c 6. Sà V.Vita,& de ieiunio vitam minuente Io.Med.q.13.de ieiunio.

14 *Fatui autem ſi maſculinus.* V. Notata ad Prçludiū primū ante numerū octauū. Sà V.Homicidiū num 2.V. Rebellum de Iuſt.lib.3.q 19.ſect.1.Chapeauille c.9.de caſibus reſeru.

In dubio credendum eſt, fœtum eſſe marem. Sà l.c.Nauar Conſ.22.de homic. Quaranta V.Abortus.

Procurat abortum. Pœnas graues in abortū procurantes fœtus animati vel inanimati,formati,vel informis, ſtatuit Sixtus
1588. V.Conſtit. *Effrenatum.* eam refert Candelabrum Aureum, & Quaranta in Summa Bullarij. V.Abortus.

Greg. XIIII. Conſtitutioni Sixti. V. moderationē adhibuit,quam apud Quarāta offendes l.c.In abortu fœtus animati moderatio eſt.quo ad abſolutionem ab excōmunicatione,quæ in foro cōſcientiæ ordinario reſeruata eſt,cū per Sixtū eſſet reſeruata Pōtifici.In abortu fœtꝰ inanimati reduxit Greg.XIIII.Cōſtitutionē Sixti ad terminos iuris cōmunis.Sixtus.V.pœnas extēdebat ad dantes ſterilitatis potiones,& generationem impedientes.

De abortu Cou. in Clem. Si furioſus, Pet.Nau.l.2.c.3.nu.143. Sayrus l.3.c.35. de cenſuris nu.24.Candel.Aureū in Appendice Graffius lib.2.c.62. Deciſ.Aur. Sà V Homicidiū num.1.Lopez p.1.c.63. Io Chapeauille c.9.de caſibus reſeruatis.

De pœnis abortum procurantium. Quaranta loco citato.

Qualis culpa abortum procurare, aut conceptionem impedire, Sanchez lib. 9.diſtin.20.

An liceat procurare abortum,pro conſeruanda Matris vita, Sanchez l.9.d.20. Alios retuli ad num.3.

Cum probabili abortus periculo debitum petere, aut reddere, peccatum mortale eſt,imminet autem periculum, dum coagulatur,& formatur fœtus,& proxime ante partum. Rebellus de obligat.Iuſtitiæ p.2.lib.3.q.19.ſect.1.

15 *Bellum proficiſcens ſciens eſſe iniuſtum.* De bello diligenter Molina tom.1.de Iuſtitia à D.198.Nonnulla Bannes 2.2.q.40. Vict.de iure belli.Bellar.lib.3.à capit.14. de memb.Eccl. Mil.Couar.in Reg. Peccatum par.2.Sà,& alij Summiſtæ V.Bel. Greg.de Val.d.3.q.16.ad D.Th.2.2.q.40.

Miles ſubditus bellum gerenti, ſi belli iuſtitia dubia dimicet,non peccat.Mol.d. 113.Sà num.1.l.c.

17 *Qui ſuo teſtimonio.* Quando teneatur quis in iudicio teſtimonium ferre,explicat Val.t.3.d.5.q.14.par.1.V. Leſſium lib.2.cap.30.Dubit.6.

Qui verò contra aliquem falſum protulit V.Io. Medina cap. de Reſtit. quæſtion.3. Cauſa 4.ad 4.Caiet.2.2. quæſtion. 70.ar. 4.Couar.Regul.Peccatum p.1.§.3.nu.6. Sot.lib.4.quæſtion.6.ar.5.ad 4.Pet.Nau. lib.2.c.3.nu.251. Leſſium l.2. c.30. dub. 7.Lopez p.1.116.Si retractatio profutura non ſit, dictum reuocare non tenetur. Pet.Nau.Leſſius,& alij loco citato.

18 *Agitat.* De agitatione taurorum, diligenter Petrus Nauar.lib.2.capit.3.de Reſtitution.à num.300. nonnulla Lopez de contract. lib.2. capit.30. Salon 2.2.q. 64.art.1.Controu.1.poſt.4.Conc.Sà V. Ludus numer. 3. Cenſuras contra permittentes agitationem taurorum, & con
gredientes à Pio. V. ſtatutas ſuſtulit 1575.
Greg. XIII. Cuius literas habes apud
Lopez ad Prat. Crimin. Diaz capit. 72. ano.1596.
Clemens quoque VIII. Eaſdem ſuſtulit pœnas, conſtitutionemque illam ad ius commune, quo ad omnes in eadem expreſſos, reuocauit, exceptis tamen cuiuſcumque ordinis Regularibus. Seculares autem clericos Eccleſiaſtica Beneficia poſſidentes, vel ſacri initiatos, & quacunque Eccleſiaſtica dignitate preditos hortatur in Domino,ne Paterna abutantur benignitate. Vide Emanuelem Rodericum tom.4.q. Regul.q.68.artic.2.& Quaranta Vide Torneamenta.

Clericos Sacris, aut minoribus initiatos Beneficia habentes Eccleſieſtica, peccare mortiferè, ſi his interſint ſpectaculis, cenſent Petrus Nauar. numer. 301. & alij viri eruditiſſimi diſſentiunt.

Laicos diebus feſtis agitantes tauros, & agitatos aſpicientes peccare,idem opinatur. Nam in reuocatione hunc caſum excepit Greg.XIII.

21 *Eam non conſecutura notabilia nocumenta.* Salon l.c.licere,ait,taurorum agitationem,qui ferroces non ſunt,& prudēter putantur non eſſe nocituros, vt ſunt

ii,

Digitized by Google

ſi, qui his temporibus per Venetiarum vicos à iuuenibus agitantur, ſunt enim placidi, & duabus funibus vincti nocere non ſolent.

Ad quid teneatur, qui alium occidit.

22 Contra. Lopez p.1.cap.71. Nauarrum impugnat.

Pro vita, quam abſtulit. Bannes 2.2.q. 62.art.2. Læſiones corporeas alio genere bonorum, vt puta pecunijs, honoribus, compenſandas non eſſe, putat. V. Salon ibidem controu.4.

Pro cicatrice, membro, aut vita liberi hominis nihil in conſcientia reſtituendū eſt. Couar lib.2. Variarum c.10.nu.7. Pet. Nauar. lib.4. de Reſtit. c.1.nu.80. Leſſius l.2 c.9 Dubit.23. Sot tamen lib.4.q.6.ar. 3.ad 3. Syl. Reſtitutio.3.q.2. Carbo de Reſtit.q.13.& nonnulli alij diſcrepant ab hac ſententia, quæ probabilior eſt, & probatur à Leſſio loco citato.

Expenſas medicas procuratione occiſi tenetur homicida reſtituere, & ſi occiſus officio, aut artificio lucrabatur, quantum ſpes lucri valebat, demptis illis, quæ is abſumere ſolitus erat. V. Leſſium Dubit.20. l.c. debita illius non tenetur reſtituere, quamuis contrarium non ſit improbabile Vxori viri occiſi non tenetur reſtituere, ſi graue damnum nō eſt paſſa. Pro expenſis funeris reſtitutio non eſt neceſſaria. Pro anima nihil ex iuſtitia debetur, dandum tamen interfectori conſiliū vt aliquid pro ea faciat, aut faciendum curet, & Sacerdos poteſt in Sacramento pœnitentiæ ei aliquid iniungere.

Idem Dubit.26. Salon cit. 8.

Dub. 24.

Dub. 25.

Si occiſus remittat, condonetq; omnia liber erit à reſtitutione occiſor. Bann. l.c. Dub.6. Leſſius Dub.26. Quæ ſententia eſt magis communis. At ſi filios inopes haberet, non rectè condonaret. Idem docet Salon controu.9 l.c.

Prouocatus ad pugnandum, ſi occidat, etiam modo non ſeruato, non tenetur reſtituere, prouocans enim cenſetur remittere. Bannes, Leſſius loco citato.

Dub. 21.

25 *Queſtio.* V. Rebellum de obligat. Iuſt.p.1.l.3.q.13. Leſſium Dubit.22.

Quod ſic. Negantem ſentētiam probat Ban.2.2.q.62.ar.2. Dub.4.concl.1. non loquitur tamen de detrimentis conſequētibus læſionem, vt ſunt expenſæ curationis lucrum ceſſans, damnum emergens: hæc enim ex communis ſententia, ſoluenda, docet Dub.V. concl.2.& damna hæredum, de quibus Dub.6.

Ex quo ſequitur, quod hæredes eius. Si bona reliquit, ex quibus ſolutio fieri poſſit. Ban. l.c. De hac re Salon l.c. controu. 10. Vide etiam Leſſium Dub.22 qui Nauarrum ſequitur.

27 *Qui debitum modum defenſionis.* V. Leſſium Dubit.21.l.2.c.9.

Quicquid alij. Cenſent Angelus. Syl. Gomezius, Sotus à Leſſio relati, inuaſum (ſine prouocatione) qui iuſtæ defenſionis modum non ſeruauit, non eſſe obligatū reſtituere tantumdem, quantum qui per inſidias, aut vim apertum occidit.

Inuaſus iniuſte, ſi cum moderamine ſe, ſuaque tuendo, aggreſſorem interficiat, etiamſi fugere potuiſſet, nihil tenetur reſtituere, quia iuſtitiam non violauit. Ex Leſſio Dubit.21.nu.136.

Pulchram praxim, qua vti poſſis, dum audieris homicidæ ſcelera in interno Pænitentiæ foro, leges apud Bannes l.c.ar.2. Dub.4.concl.3.

28 *Singularia certamina.* V. Tol.l.5. c.6. Comitolū q.16.l 6. Reſp. Mor. Sà V. Duellum nu 2. Pet. Nauar. præcipue l.2. c.3.à n 291 qui Nau. ſententiam amplexus bellū ad duellū reuocari poſſe, tradit.

De reſtitutione ſingulare certamen, ſeu duellum exercentium, Salon loco citato controu.11.

ANDREÆ VICTORELLI Baſs. Doct. Theol. ad Cap. XVI.

Manualis D. Martini Nauarri,

Notæ, & Appendices.

De ſexto præcepto V.D.Th.& Caiet.2.2.q.153.154 Summiſtas, V. Luxuria: Catechiſmū Rom. Conc. Col. Io. Heſſel. Petrū Caniſiū in Præceptū ſextū Greg. de Val.t.3.d.9.q.p.3. Leſſium lib.4.c.3.de Iuſt.à Dub.5. Toletum l.5.c.10. Vigueriū c.7.§.5. Lopez p.1.c.72. Turrecrem. in c. Meretrices 32. q. 4. Aug. Triumphum q. 53.ar.4. De Poteſt. Eccleſ.

Contra hæreticos dicentes, ſemplicem fornicationem non eſſe lethale peccatū. Caſtrenſis V. Coitus. lib.4. cōtra hæreſes.

Leſſius l.c.nu. 107. V.etiam Suarez lib.6. De Voto cap.7.in fine.

Pater; Patrem poſſe quædam filiorum vota irritare,certum eſt, V. Leſſium dubit.5.n.78. Sotum lib.7.q.3.art.1. Suarez lib.6.cap.5.6.Vota filiorum emancipatorum hic locum non habent; ſed filiorum puberũ,vel impuberum,ſub cura parẽtũ viuentium. Sunt enim filij emancipati ſui iuris. V.Suarez cap.5.l.c.n.1.

Maritus, De irritatione uotorum à coniugibus emiſſorũ, Sanchez lib. 9. de Matrim. d.39. Suarez c.4.l.c. Leſſius l.c. Arragon 2. 2.q.88. art.8.

Quidam cenſent, omnia Vxoris uota, ſine viri conſenſu emiſſa, à viro irrita fieri poſſe. Sic Abul.q.30.in c.30. num.Sot. lib.7.q.3.ar.1. & alij Canoniſtæ communiter,& nonnulli Theologi, ea tantũ vxoris vota irritari a marito,poſſe aiunt,quæ illi incommodum afferunt, vel ad familiæ regimen ſpectan. Ad ſtipulatur huic ſententiæ,tamquam probabiliori, Leſſius l.c.n.83.

Dominus vota ſeruorum; V. Syluest. Votum 4. Azor lib.11.cap.17 Arragon.l.c.

Vota à ſeruis, etiam ante ſeruitutem, emiſſa debita eorum erga Dominos officia impediẽtia irrita fieri à Dominis poſſunt pro tempore, ſaltem quo illi erunt ſubiecti Leſſius l.c.n.82.

Non poteſt autem dominus directè vota ſeruorum irritare quia nullum ius habet in animam ſerui; indirectè poteſt, ex parte materiæ,eam prohibendo, vel rem aliam imperando, ſeruus enim domino debet,ex iuſtitia, actionum ſuarum vſũ. Suarez cap 3.l.c.

Non ſpiritualis,& Eccleſiaſtica,ſed dominatiua ciuilis poteſtas, à iure naturæ profecta,requiritur ad vota irritandã; vt notant Arragon 2.2. q.88. ar 8. Azor.t.1. Inſt.Moral.lib.11.c. 17.q.3. Sayrus lib.6. c.10.n.7.& 17.Clau.Reg. Diſtinguit Suarez lib.1.de voto c.1.quam legas.

Summum Pontificem ſæcularium vota irritare, non poſſe, tradit Sot. libr.7. q.3.ar.1.Clauis Regia n.17.l.c. Leſſius d. 10.in fine; Quia non eſt Dominus libertatis eorum; Religioſorum poſſe, docet Sot.ibidem,quia peculiaris eorum Prælatus eſt. De hac re diligẽter Suarez c.2.l.c. Epiſcopus poſſe diſpenſare in multis ſubditorum votis, non negat Sot.l.c.negat, poſſe irrita reddere, cum in libertatem ſubditorum ius non habeant.

Abbas, vel alius Prælatus. Vide Leſſium Azorium, Arragon, Val.l.c.Suarez lib.6. cap.7.

Monialium præfectè ſubditarum uota irritare poſſunt, vt dictum eſt, ita Angles in 4. Rodericus t.1. quæſt. Reg.q.25 ar.7. Azor.t.1.lib.11.q.3. cap.17. Sayrus l. c. Suarez li 6.c.7.de voto n.19. Eman. Rodericus ſupracitatus p.2. ſummæ c.89.nume.9. Alcocer in ſumma c.16. Cand. Aur. de.3.imped mat.num.120.

Quo iure Religioſorũ Prælati ſubditorum uota irritare poſſunt? Diuino, & naturali. Sot. Arragon, Azorius, Rodericus, Suarez,locis citatis.

Vota autem irritata non reuiuiſcunt, niſi renouentur. Sot.l.c.col.penul. Naua.l.1. conſ.51. De Regul. Lopez p.1.c.48. Graſſius lib.2.c.29. Deciſ. Aur. Suarez lib.6.c. 7.num.13. Sanchez lib.9. De matr. Dubit. 39 nu.32. Neque enim redeunt extinctæ obligationes.l.cum cauſa.c.de remiſſ.Pign.l.qui res §.area ff. de ſolut. *cap.7.n.4*

Religioſus adimplens irritatum votũ peccat; quia repugnat obedientiæ; Angles in 4. Rodericus p.2. ſummæ c 89. Alphonſus à Vega p.2. Summæ Hiſpanæ cap.129. V. Votum.

Ad irritãdum, nulla requiritur cauſa; ſed ſufficit ſola voluntas, Caiet. 2.2.q.88. art.8. Palud.4.d.38.q.4. art.2. S.Ant.2.p. tit.11.c.2. § 6. Rodriquez art. 5. Alph.à Vega l.c. Azor.q.5 Lopez p. 1. c.47. Tol. lib.4.c.18. Leſſius Dub 10. Clauis Regia nu.14.l.c. Suarez c.7. nu. 8. Corona p.3. vbi de voto. Lucerna animæ c. 8.§.14. Bisfeldius c.9.p.3. Theol. Paſtoralis.

Superior, ſine cauſa, irritans votum, in quod conſenſit, peccat; non tamen, ſi irritet illud, ad quod ſubdito facultatem nõ conceſſit V. Caiet. Arragon, Leſſium, Sayrum.l.c. Valet tamen irritatis, etiam, dum irritando ſine cauſa peccat. Si ſine cauſa irritet votum, in quod alius ſuperior cõſenſerat, non tamen ipſe conſenſit, non peccat: quia vtitur iure ſuo, quo ab alio ſuperiori, conceſſa emittendi voti facultate, priuari non potuit: & non ſolum promiſſio, ſed etiam executio voti à ſuperioris voluntate pendet.

65 *Superior religioſi omnia eius vota.* Ita etiam Leſſius, qui tamen excipit vo-

tum

tum trãſeundi ad arctiorem religionem: huiuſmodi tranſitum, inuito etiam Superiore, concedunt iura. Idem Philianus de officio ſacerdotis.

Bannes in 2.2.q.11.art. 4. Votum ſubditi etiam de actu pure mentali à Superiori poſſe irritari, exiſtimat; nam ſubditus illi actui intentus, minus aptus efficitur ad alia munera.

Nouitiorum. Nouitiorum vota, quæ ꝓbationi impedimento ſunt, ſuſpendi poſſunt. Leſſius num.77.l.c. Quare vota realia non ſuſpenduntur; ſed auctoritate Prælati, commutari poſſunt in onera ꝓbationis. Idem Dub.11.num.93.

Commutatur in votum ſolemne. Syl. Votum 2.num 7. Armilla Votum, num.28. Leſſius Dub. 10. & 11. Suarez lib. ſexto. cap.21.num.18.

An maritus omnia vota. Panormit. in c. Scripturæ de voto. Sot. lib. 7. q.3. art.1. omnia vxoris vota emiſſa, ſine uiri conſenſu, à viro irritari poſſe, cenſent: Nauarri ſententiam veriorem, & magis receptam vocat Leſſius Dub.10 nu.83.

68 *Dixi regulariter.* Profeſſio trium Votorum in approbata Religione, ante annum decimum ſextum expletum, emiſſa, nulla eſt. Concil. Trid. ſeſſ.25. cap. 15.

71 *Decimo ſupponimus.* Profeſſio ante decimum ſextum annũ emiſſa nulla eſt, nullamque inducit obligationem, tum ex parte Monaſterij recipientis, tum ex parte profitentis: quare ex vtraque parte ratificanda eſt: nec ſufficit, cum nullitas occulta eſt, eam ex parte profitentis ratificare: profeſſio enim eſt cõtractus mutuus, ſpiritualeque quoddam matrimonium, quod ab vna tantum parte celebrari non poteſt. Vide Sanchez lib.2.de matrim.d. 35.num.4. Azor. tom.1.lib. 12.c.4.q.7. Et quæ nos de hac re fuſè ſcripſimus in fine Annotationum ad Inſtruct. Sacerdotum Cardinalis Toleti.

77 *Sine rationabili cauſa.* Vide citatos ſupra ad num.64. Irritatio facta, ſine cauſa, ab eo, qui facultatem dederat vouendi, valida eſt: etiam ſi cum peccato coniuncta fuerit. Vide Leſſium Dubit. 10.nu.75. Rodericum in Summa p.2.c.89. Alphonſum à Vega c.129.p.2. Summæ, Sayrum in claui Regia num.12.l.c. Sanchez lib.9. d.40. num.4. Votum irritatum non obligat. Palacios in 4.d.38.q.1.de voto.

Subditi ſine cauſa petentes irritationẽ quorundam votorum, non peccant, quia ſuperiores irritare poſſunt, ſola voluntate, ea nota, in quæ non conſenſerunt. Rodericus p.2. Summæ c.89. Suarez lib.6.de voto, c.7.nu. 16 ex communi ſententia.

Si Religioſus votum emittat ſoluendum, dum alius Superior reget, præſens ſuperior hoc votum irritare non poteſt: quod enim promiſit, ſub alterius erit poteſtate: Rodericus l.c. contraria tamen ſententia non eſt improbabilis: Præſens Prælatus tamen poterit huiuſmodi votum cõmutare, aut auferre, diſpẽſatione.

Religioſo non expedit, affectum eſſe obligationibus, votorum de operibus ſupererogationis Regulæ congruentibus. Suarez num.8.l.c.

Si ex efficienda re voto promiſſa, fideles ſcandalo offenderentur, votum tunc non obligaret: obligatio enim tollendi ſcandalum grauior eſt, quia naturalis iuris, quam voti, quod ab humana voluntate ſponte vouente ortum habet: Vouere enim liberi arbitrij eſt: & maior eſt charitatis obligatio, quam voti Michael de Palacios l.c.pag. 838.

In ordinibus Regularium plures ſunt ſuperiores, alius alio inferior, vt Generalis, Prouincialis, Prior, votum à Superiore confirmatum ab inferiore irritari non poteſt; Sed, è contra, votum emiſſum de licentia Prioris poteſt à Prouinciali, aut Generali irritari Angles in 4. Suarez c.8. lib.6.de voto.

Qui ſuper voto diſpenſare, &c.

De diſpenſatione Leſſius dubit.12. 13. Suarez l.c.à c.9. Clauis Regia, Arragon 22.q.88.ar.10 Azor.lib.11.c.19. Val.t.3.d.q.6.p.7. Sot.lib.7 q.4.

75 *Super quinque votis.* V. Extrauag. Sixti IV. *Et ſi Dominici.* Leſſium Dub.13.nu 104. Suarez cap.21.l.c. Vbi de diſpenſatione, & commutatione votorum Summo Pontifici reſeruatorum. Votum Hieroſolymitanum quidam extendunt ad omnia Crucis vota; alij etiam, ad votum de applicandis incertis bonis in ſubſidiũ terræ Sanctæ: neutram ampliationem probat Suarez l.c.num. 12. 13.

Nauar. Com.1.de Regul.num.21. ſcribit, Votum adeundi Sacram ædem Lau-

retanam

Digitized by Google

ſecanam Summo Pontifici reſeruatum eſſe: at Azor.l.c.hoc non eſſe vſu receptū ait. Suarez l.c.num. 15. nouum appellat Nauarri dictum nulla munitum probatione.

Summum Pontificem in voto ſolemni Caſtitatis diſpenſare, poſſe,negat Sot. l.c.art.2. & alij: Affirmant multi, &, ex recentioribus,Leſſius dubit. 14. Val. t.3. d.q.6.p.7.Azor.tom. 1. lib. 12. c.7.Tolet. lib.5.c.4. Corduba lib. 1. q. 24. q. Theol. vbi multa de hac re:eſt communis,& val de probabilis opinio.

Epiſcopi in nonnullis caſibus, in ſimplici caſtitatis voto, diſpenſare poſſunt: eos enumerat Leſſius,dubit.13.num.106.

Vota conditionalia reſeruata, ante cōditionis euentum Epiſcoporum diſpenſationi ſubiecta eſſe,negant multi: affirmant Tolet.lib.4.c. 19. Leſſius dubit. 13. Suarez cap.22.loc. c.Emanuel Rod.p.2. Summæ c.97.

Epiſcopus quilibet, in ſua Dioceſi,ordinariam habet facultatem diſpenſandi, & commutandi omnia vota, quæ reſeruata non ſunt. Vide Suarez cap. 10. l.c. & Leſſium dub 13.

Poteſtas hæc ad diſpenſandum, & cōmutandum vota,immediatè, & Diuino iure, in Summo reſidet Pontifice, in ſupremoque perfectionis gradu. Eſt dogma fidei, vt docet Suarez l.c.num.2.Epiſcopi hanc habent in virtute Diuini iuris, quo Epiſcopale munus inſtitutū eſt, per ſummum Pontificem,qui eam Epiſcopis limitare poteſt;ſed non adimere. V.Suarez num.7.l.c.

Religioſorum Prælati facultatem quaſi Epiſcopalem habentes in ſuos, cum ijs in votis diſpenſare poſſunt, vt Epiſcopi cum ſuis.Leſſius loco c.

76 *Sexto dicimus*. De iuſta cauſa ad diſpenſandum,Suarez c.17.l.c. Leſſius dubit.12.in fine.Val.p.7 l.c.

77 *Leuitas, vel facilitas.* Iuſtas cauſas enumerat Leſſius,cum D.Tho.art. 12:Eccleſiæ vtilitatem,Dei honorem,vouentis vtilitatem,magnamque fragilitatem:perturbationes animi in vouendo,leuitas,timor,inconſtantia, inconſideratio impetrationem faciliorem efficiunt, ita Leſſius l.c.

Qui votum commutat. De commutatione Suarez lib.6.multis capitibus,Leſſius dubit.11.Sot.lib.7. q.4. art. 3. Caiet. & Arag.2.2.q.88.art.12.Val.l.c.Azor.c.18.lib. 11.tom.1.

Quilibet votum ſuum ſua auctoritate in opus melius commutare poteſt. Communiorem hanc ſententiam ſequitur Leſſius l.c.

78 *Munus voto promiſſum*. Vide Leſſium l.c.num.90.

80 *An qui contra ſimplex caſtitatis votū.* Sanchez lib.9.d.34.duas refert ſententias ſibi inuicem repugnantes, cenſet autem, probabilius, eum ad ingreſſum Religionis,ante cōſumationem, non teneri,qui, poſt ſimplex caſtitatis votum, Matrimonium contraxit, nec peccare, ſi reddendo matrimonium conſumet.Sà V.Matrimonium, de impedimentis, contrariam ſententiam probabiliorem putat. Contrahens poſt votum ſimplex Religionis, ante conſumationem, tenetur ingredi. Vide Sotum 4.d.38. q. 2. art. 1. Ledeſ.de Matrim.q.53.art.1.

De præcepto Secundo, quo ad blaſphemiam.

De blaſphemia S. Thom.2.2.q.13. Caiet.& Bannes ibid.Greg.de Valentia tom. 3. d. 1. q. 13. Summiſtæ Vide Blaſphemia,.Tolet.lib.4.c.13. Viguer.§.6. c.10 Azor.lib 9. c.28. Clauis Regia. Comitolus diligenter, lib.4.q.9. Reſp.Mor.

83 *Nullus blaſphemus*. Vide etiā Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 8. contra Blaſphemos Leo X. Iulius 3. Pius V. conſtitutiones ediderunt.

In Iudæos blaſphemantes cenſores fidei animaduertunt, ex Decreto Greg. XIII.1581. In Bullar. *Antiqua Iudæorum improbitas.*

84 *Vel Sac.Ros.* S Thom.art.1.ad.2.Val. p.1.l.c.

Blaſphemiam, ex leuitate materiæ,nūquam eſſe veniale peccatum,cenſet Suarez lib.5.de voto cap.2.col.3.Val.p.1.l.c. Indicat D.Thom.l.c.art. 1.ad 3.

Vt Blaſphemus mortiferè delinquat, non eſt neceſſe,vt verba blaſphema proferat,ex voluntate cupiendi,aut inferendi Deo aliquod malum, ſed ſatis eſt,ſi verba id indicantia proferat.Suarez l.c.

Blaſphemantem inaduertenter, ita vt ſi aduerteret,non blaſphemaret,non peccare mortiferè, ait Sà, Vide Blaſphemia num.3.

Digitized by Google

num.3. Alij probabiliter dicunt, inaduertenter blaſphemantem, ex conſuetudine, lethali culpa ſe obſtringare.

De blaſphemorum pœnis Azor. loc. c. Pet. Greg. Toloſanus, lib. 33. cap. 12. Syntag. Iur. Vtr. Quarantta in Summa Bullarij.

Puerum raptum à dæmone, ob blaſphemias, narrat D. Greg lib. 4. Dial. Blaſphemo cuidam membra nonnulla Diuinitus reſecta, narrat Niceph. Cal. lib. 18. c. 33. Hiſt. Eccleſiaſt. alia exẽpla habes apud Vincentium in ſpec. Hiſtoriali.

Nonnullæ Diuinæ vltiones in blaſphemos, his verſibus, indicantur.

Impius occubuit gelidis Mexentius, vndis, Patribus Herodes lendibus eſca fuit.
Perſica Iulianum blaſphemum ſica peremit, conſtricto pænas commodus ore dedit.
Merſit, & in tumidis cæcum Pharaona ſub undis, ſicut, & tu iuſta cæde Philiſte cadis.

Differunt inter ſe blaſphemiæ (non tamen ſpecie) notabiliter, hęc circunſtantia, vt quantitas in furto, explicanda in cõfeſſione; Bannes 2. 2. q. 13.

De blaſphemia in Spiritum ſanctum D. Thom. q. 14. l. c. Caiet. Bannes, ibid. & Val. q. 14.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT *Tertiumdecimum.*

Manual. D. Martini Nauarri. Notæ, & Appendices.

De diebus feſtis obſeruandis Syl V. Dominica. D. Thom cum Caiet 2. 2. q. 122. art. 4 Lopez. p. 1. c. 52. Tol. lib. 4 cap. 24. Azor. tom. 1. lib. 7. à cap. 1. vbi de primo Eccleſiæ præcepto: Carbo de præceptis Eccleſiæ. Caiet. Sâ, V. Feſtum. Sot. lib. 2. q. art. 4. de iuſt.

De diebus feſtis à Chriſti fidelibus celebrandis, cõtra Hæreticos diſputat card. Bellar. lib. 3. De cultu Sanctorum c. 10. de die Dominica c. 11. De Paſchate cap. 12. De Pentecoſte c. 13. De ſeptuageſima, alijsq; Dominicis cap. 14. De reliquis Domini Feſtis cap. 15. De feſtis Sanctorum, cap. 16. Vide etiam Vualdenſem lib. De Sacramentalibus cap. 142.

De origine, & celebratione dierum feſtorum apud chriſtianos, doctè, copioſeq; differit Couar. lib. 4. Var. Reſolut. cap. 19. De feſtorum veneratione Pius V. conſtitut. V. *Cum primum.* Quid agendum, fugiendumque feſtis diebus, Saluianus Maſſil. lib. 6. De Gubernat. Dei.

1 *Omnia chriſtianorum feſta.* V. Bellar. l. c. Dierum feſtorum celebratio Diuinitus in veteri teſtamento fuit inſtituta in tertio Decalogi præcepto, quod partim morale, partim cęremoniale, & quatenus morale iuris eſt naturalis: obtinetq; vim, etiam ex Euangelica lege. Qui tamẽ dies, & quot Diuino cultui conſecrandi, iure, ab Eccleſia, ad quam id pertinet, inſtitutũ fuit. Hæc nonnullis concluſionibus docet Couar. l. c.

2 *Tertio.* Tertium præceptum exteriorem Dei cultum præcipit, corpoream. ſ. requiem ad ſeruiendum Deo. Sot. l. c. Obligari hominem die feſto ad actum interiorem dilectionis Dei, & ad contritionem. putat Scot Refellit hanc ſententiã Sot. l. c. Alex. Alenſ. 3. p. q. 32. memb. 5. ar. 2. peccantem die feſto duplici macula cõtaminari, cenſuit: at non eſt recepta ſententia, exploditurque à Soto l. c. Ad eum actum interiorem hoc præceptum obligat; qui exteriori neceſſarius eſt.

Miſſæ auditio eſt præcepta: at Miſſam ea attentione audire oportet, quæ ſit humanus actus. Sot. loco c. Duo membra hoc præceptum habet, vnum negatiuum de ceſſatione à ſeruilibus operibus; affirmatiuum alterum de Sacro audiẽdo. Cũ Soto ſentit Couar. l. c. n. 13. concl. 6.

3 *Seruilia.* Vide Sotum l. c. comitolum lib. 4. q. 53. tom 1. Reſp. Mor.

4 *Primis Veſperis.* Vide Couar. l. c. nu. 9. Quoad eſum carnium dies incipit, more Romano, à media nocte, & definit in media nocte: idem dicas de ceſſatione ab operibus ſeruilibus, qua tamen in re magnam vim habet conſuetudo, vt Couar. quoque aſſerit. l. c.

5 *Ob pecuniam.* Ita etiam Sot. l. c.

6 Agi-

Digitized by Google

6 *Agaſones iumentis onuſtis.* Vide Sotũ loc.c.Sà l.c.num.5.

7 Sot.loco citato.

8 *Nundinas.* Sot.l.c.legi poteſt.

9 *Thunni.* Sot.quoque l.c.

14 *Transcribit.* Libros deſcribere lucri cauſa,nonnulli licere,putant. V. Sà num. 5.loco citato.

15 *Papa Eugenius.* Iis diebus.55.ſcilicet, Michaelis, Innocentium, Syluestri, & S. Crucis, Miſſam ex præcepto audiendam eſſe non cenſeo; quia ex operum ſeruiliũ conceſſione colligere licet, diſpenſatum eſſe in præcepto de audienda Miſſa.

17 *Qui diebus feſtis Miſſam non audit.* De præcepto audiendi Miſſam, Suarez t.3.d.88.Azorius t.1.lib.7. Carbo de præceptis Eccleſiæ.

Concio omittenda potius, die feſto, quam Miſſa: de hac enim audienda,non de illa præceptum extat. Suarez ſect.1.l. c. contra Angelum grauiter errantem.

Qua attētione præceptum impleatur, docet Suarez ſect.3.

Quando latum fuerit de audienda Miſſa.præceptum,non conſtat:quamuis certo ſciamus Dominicam diem Dei cultui ab ipſis Apoſtolis cōſecratā fuiſſe. Quod tradit Suarez ſect. 5. col. 1. Verum exiſtimo, conſuetudine, 5. & traditione Eccleſiæ hanc legem ſemper in vſu fuiſſe. Diē Dominicam traditam fuiſſe Eccleſiæ ab Apoſtolis,diſces etiam ex Lindano lib.3. Panopliæ cap.8. Vbi prçclarum offendes locum Diui Iuſtini Apol.2. ad Anto. Auguſt.in quo narrat, quid facere conſueuerant priſci fideles,die Dominico.

De Sanctorum feſtis idem Lindanus cap.27.loco citato Conradus Brunus libro ſexto de cæremonijs cap. 7. De ritu diei Dominicç c. 6.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Quartumdecimum.

Manual. D. Martini Nauarri.

Notæ,& Appendices.

DE honore parentibus exhibendo,liber Eccleſiaſtici,D.Tho. 2.2.q.101.Val.d.7.q.1.Leſſius lib.2.c.46.Dub.1. Cathechiſmus Rom. in quartum præceptum: Caniſius in idem, Pererius lib.14. in Gen.c. 9.verſ 23.

Quia parentum natura mortalis, immortaliſque vitæ confinium eſt:ideo prçceptum de parentibus honorandis in duarum tabularum confinio collocatum,putat Philo Iud.lib.de Decalogo.

1 *Pietas.* Hæc copioſius apud Val. in 2. 2.d.7.q.p.1.Et Leſſium lib.2.c.46. Dub. 1.

Ad cultum parentibus debitum pertinet etiam ſuſtentatio,quando indigent. Vide Val.l. c. Pietas primum, poſt Religionem,obtinet locum,parentes enim ſecundarij, quidam dij cenſentur, vt ita loquar.

Parentibus etiam ſpiritualibus reuerētiam debemus. Virtus hoc debitum reſpiciens pietas dici poteſt; ſed,vt Leſſio placet, ab obſeruantia ſupernaturali diſtincta non eſt. De honore ſpiritualibus Parentibus à Conſtantino Magno exhibito, cum intereſſet Niceno Concilio, Theodoretus lib. 1. cap. 11. Ruffin. lib. 10. Eccl. Hiſt.is enim libellis contra Epiſcopos nō ſolum legere, aut aperire non eſt paſſus, ſed comburi iuſſit.

Pietatis in parentes ciconia Symbolũ eſt, Hadrianus in nummis, cum inſcriptione,Pietas Auguſta, id indicauit.

Diuturnior vita ijs in ſacris literis promittitur, qui parentes honore afficiunt: Homerus quemdam cito obijſſe ait, quia pius in parentes non fuerat.

Et qui caris nunquam genitorib. æquũ
Reddidit officium, immatura eſt morte peremptus.

Athenienſes eos filios honorandorum paren-

parentum lege obligatos eſſe, cenſebant, quos parentes honeſtis diſciplinis imbuē dos curauerant: non eos, qui parentum negligentiam in educatione experti fuerāt. De hac re Pierius lib. 17. Hieroglyph. initio. Sem, & Iaphet, Noe Patris verenda, auerſis vultibus, tegentes euidentem pietatis affectum expreſſerunt.

Gen. 9. V. S. Ambr. de Noe, & Arca cap. 32. D. Greg. lib. 25. Mor.

2 *Obſeruantia.* De obſeruantia D. Tho. 2. 2. q. 102. Val. q. 2. Leſſius Dubit. 2. l. c.

6 *Alter naturalis, & humanus.* Ad Præludium V. nonnulla huc ſpectantia notata ſunt. De amore D. Tho. 1. 2. q. 2. Caiet. aliique Interpretes, Val. d. 3. q. 2. t. 2. *Amor ſupernaturalis.* Vide D. Th. 2 2. q. 23. Caiet. & Bannes ibid. Greg. de Val. t. 3. d. 3. q. 1.

Officium pietatis erga parentes, Diuino, & naturali iure præceptum, emittendum eſt aliquando, ob officium religionis erga Deum, iure Diuino, & naturali debitum. Vt, ſi defendenda ſit fides, & parenti egeno ſuccurrendum, & vtrumque fieri nequeat, defendenda eſt fides. Val. l. c. d. 7. q. 1. p. 2.

Ob officium pietatis, omittendum Eccleſiæ præceptum. Si nequeas præceptū Miſſam audire, & egenti patri tua pręſentia opem ferre, non te ſcelere obſtringes, ſi Miſſam omiſeris.

14 *Ingreditur Religionem.* V. Comm. 3. de Regul. num. 48.

Egregia eſt quæſtio; An qui tria ſolemnia Religioſorum Vota emiſit, teneatur, ad opem egenti patri ferendam, ad ſeculum redire. De hac quæſtione Aegid. Ro. Quodl. 2. q. 25. Augu. Triumphus q. 5 1. a. 1. de poteſt Eccl. Lopez p. 1. c. 54. Corduba q. 141.

Hoc certum, ſolemnem trium votorū nuncupationem tuta conſcientia filio nō licere, ſi pater grauiter egeat auxilio filij; naturæ enim iure neceſſaria alimenta parentibus á filijs præbenda ſunt. Eſt D. Th. ſententia communiter recepta 2. 2. q. 109. art. 9. Leſſius lib. 2. c. 41. dub. 3. idē tradit.

Poſt emiſſa vota, ſi Pater extreme egeat, poteſt, & debet filius ad ei ſuccurrendum, ſi queat, religioſam diſciplinam, (in uitis etiam Prælatis) ad tempus paternæ inopiæ, deſerere. Id requirit naturale ius, cui religioſa profeſſio nihil derogare poteſt: ſi tamen poſſet, ſine egreſſu è Monaſterio, neceſſaria ope parentem adiuuare, voto, & naturali iuri ſatisfacere deberet. Hæc quoque certa. V. Leſſium, & Val.

Si pater graui vexetur neceſſitate: poteſt filius, concedente, non tamen inuito, Prælato, egredi; in extrema enim tantū neceſſitate, naturæ ius concedit, vt, inuito etiam Prælato, exire poſſit. Hæc quoque controuerſia carent. V. Val. t. 3. d. 7. q. 1. p. 2. Petenda tamen egrediendi facultas; et in extrema neceſſitate.

In graui Patris neceſſiate, debere filiū egredi, ſi egreſſus patris inopiam ſubleuare queat, quidam aiunt, alij negant. Ait Maior. 4. diſt. 38 q. 16. & alij, negant cum S. Thom. ar. 4. ad 4. l. c. Abulenſis q. 69 in c. 8. Matth. Caiet. Nauar. hic Leſſius lib. 2. c. 41 dub. 3.

Conciliat ſentētias Val. p. 2. l. c. in hūc modum; ſi regulariter loqui velimus, ſuperioris facultas neceſſaria eſt, vt Religioſi Inſtituti ſectator egredi poſſit; Superior autem videbit, an egreſſus animo Religioſi damnum ſit allaturus: nam ſi periculum ſpiritalis ſalutis graue ſit, & apertum; naturali affirmatiuo præcepto ad grauem patris inopiam ſubleuandam, cum tam aperto ſalutis animæ periculo. filius non obligabitur. V. etiam Syl. Religio. 2. q. 7. Leſſium l. c. num. 34.

At, ſi patris inopia ſit aperta, filius autē viuens in Monaſterio eam nequeat ſubleuare, & in ſæculo, ſine animæ periculo, poſſit, neque probabile ſit, opem aliūde egenti patri ferendam eſſe; tunc poteſt filius, repugnante etiam Prælato, exire, vt Patri ſuccurrat. Sic Maioris opinio locū habebit. Val valide hāc ſententiā munit.

Quod dictum eſt de filio erga Patrem, dicendum eſt de Patre erga filium: non tamen de fratribus erga fratres, aut Sorores, nam non pendet alter ab altero; vt á Patre filius, & á filio Pater; cum filius Patris, á quo accepit eſſe, radix ſit, & principium. Vide Leſſium l. c.

Egreſſus habitum regularem deferre debet; ſi, cum eo, patri poteſt auxiliari: ſin nequeat, poteſt deponere.

15 *Qui ducturus.* V. Vict. q. 269. Cordub q. 71. Lopez l. c. Bellar. lib. 1. cap. 25. de matrimonio; Pet. á Ledeſma q. 47 art. 6. de Mat. Val. tom. 4. d. 10. q. 3. art. 6. Toletum lib. 5. cap. 1. Et noſtras ad eum locum notas. Sanchez lib. 4. d. 22. 23. Salon

2. 2. q.

Digitized by Google

2.2.quæſt.9.art.5.Sot.4.d.29.qu.1.art.4.

Ex conſequenti peccat mortaliter. Sententia Nauarri placet Philiarco Graffio; videtur placere Pet.de Soto lect.3. de mat. Molinæ t.1.tr.2.de Iuſt.d.176.ad 1.

Animaduerte.1.Filiũ à patre, metu cadente in virum conſtantem, non poſſe ad matrimonium cogi. Homo enim liber eſt, Matrimonium autem quędam perpetua ſeruitus; ad quam is compelli nequit V.Sanchez diſt.22.loco cit. Sotum 4.diſt 29.quæſt.1.art.4.D.Th 2.2.quæſt. 104.ar.5.

Animaduerte. 2. Debere filium ſub mortifera culpa, illud matrimonium inire,(ſi inire matrimonium velit) quo indiget,& quod pręcipit Pater. Pietas enim filios ad ſubueniendum parentib. cogit. Pro hac ſententia multi referuntur à Sanchez d.23.n.4. Intellige, ſi filius nullam habeat iuſtam cauſam paternæ voluntati repugnandi.

Animaduerte, 3. (extra hunc caſum, quo filius Patri obedire tenetur.) Non peccare mortiferè filium, matrimonium quod cupit, ineundo, ſi pater iniuſtè reſiſtat. Exempla offendes apud Sanchez loc.cit.

Quamuis Nauar. ſententia probabilis videatur; probabilius tamen loqui Sanchez exiſtimo: cum ait Filium debere, ſub lethali ſcelere, Patrem, cum matrimonium initurus eſt conſulere, non tamen illius cõſilium ſequi, quia in ijs, quæ ad generationem prolis, corporiſque ſuſtentationem pertinent, filij parentibus, D.Thoma teſte, non ſubijciuntur. *2.2.quaſ. 104.ar.5.*

Filiam, inuitis parentibus nubentem exhæredari poſſe, negat cũ cõi, Andreas Fachineus lib.3.c.64. Controuerſiarum Iuris Couar.in 4.decr.2.p.c.3.§.8. n.5.at Salõ,Molin.& Sot.l.c.oſtẽdũt, iuſtas eas leges eſſe,quib.pmittitur,vt poſſit exhęredari; de hac re Sãchez diligẽter.d.24.25

16 *Debita patria.* Couar.in c.Si Hęredes de teſtam. agit de pœnis non ſoluentium legata.

17 *Vigeſimo*: Ad religionem nemo, qui ſe ſponte non obligauit, cogi poteſt; ſed qui ſe voto obligauit, compelli poteſt; V, Leſſium lib.2. cap.41.Dubit.4.

23 *Aliquã creaturã firmius.* Res aliqua trib. modis ex charitate magis diligi põt ą alia obiectiuè,appciatiuè,& inteſiuè. Obiectiuè ea res amatur, cui maius bonũ cupis Appreciatiuè, cũ ita res amatur: vt reb. alijs, quas minus amare dicimur, anteferatur. Intenſiuè eã rẽ diligimus, quã vehemẽtiori actu sm̃ intenſionẽ,& quẽdã actus dilectionis feruorẽ, magis amamus. Qđ sm̃ charitatis ordinẽ amandum magis eſt obiectiuè,& appreciatiuè, non aũt intẽſiuè diligendũ eſt magis. Eſt cõis Theologorum ſententia in 3.d.27.& 29. Quã ſequitur Val.t.3.d.3. q.4.p.1. contra Scotũ affirmantẽ Deũ, ex præcepto charitatis, intenſiuè magis diligendum eſſe.

Deus, ex ſupernaturali charitate, diligendus eſt magis; quã nos, quàm proximus, quàm alia quæcunque. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, etc.* Deutero. 6. Matth.22. Eſt de fide. V. Val. p.2.l.c. Secundum autem naturalem inclinationem Deum, ſuper omnia diligendum eſſe; negant Altiſiod. Albertus, Gabriel, & quidam alij affirmant verè D. Th.2.2.q.26.ar.3.Scot.3.d.27. Quam ſententiam bene munit Val.l.c.An nos magis, quam proximos amare teneamur. Val,p.3.l.c.

25 *Odium.* De odio D.Th.2.2. q.34. Val.d.3.q 11.Caiet.in Summa V.odium Azor.t.1.lib.3.c.12.

Odium proximi, ex genere ſuo, lethale peccatum eſt; & varia variarũ ſpecierum ſcelera coniuncta habere poteſt; vt homicidij, detractionis furti. V.Val.l.c.

Odii, aut inimicitiæ ſigna oſtendere nefas eſt. V.Val.d.q.3.p,2.

32 *Scandalizamus.* De ſcandalo D. Th.2.2.q.43. Caiet. V.Scandalum Greg. de Val.d.18.l.c.

36 *Idola.* Ita D.Th.2.2.qu 169.art.2. ad 4 Azor.t.1.lib.9 ca.11. Paganis ea vendere, quibus illi bene, & male vti poſsũt nefas chriſtiano non eſt. V.Azorinm lib. 8.c.23 q 14. Vendere illis aliquid in eum finem, vt extruendis idolorum fanis deſeruiat, non licet. ibidem.

Pudenda oſtendunt. Pueros natantes, detectis virilibus, peccare ſemper, & vbique mortiferè, (Venetiis præcipuè, vbi quamplurimi pueri natandi artem ediſcunt,) non facile dixerim; quia occaſionẽ mortiferè peccandi præbere ſemper non videntur. Vſus rigorem molit; vt in Galliis mos receptus mulieres oſculandi.

Digitized by Google

39 *Ob neceſſitatem petit*. Numquam fas eſt inducere hominem ad mutuandũ ſub vſuris; quia hoc eſſet ad peccatum inducere. Si te prę́mat neceſſitas, potes, ſine crimine mutuam pecuniam petere, & ſi ſcias, mutuantem vſuras, petiturum. De hac re Molina tt. 2. de contract. d. 335. Tolet. lib. 5. c. 37. in quem locum nonnulla notaui; Val. t. 3. d. 5. q. 21.

40 *Aliquod peccatum minus*. An aliquando liceat inducere aliquem ad minus malũ, vt maius vitet: Molina d. 335. de Iuſtitia, Val. l. c. Sotus lib. 6. q. 1. ar. 5. Pererius de Loth filias exponente d. 1. in c. 19. Genes. Ego quoque nonnulla notaui huc ſpectantia ad c. 37. lib. 5. Inſtruc. Sac. Toleti Cardinalis.

43 *Pigmenta*. Vendentes res, quibus homines abuti poſſunt omnibus, ſine diſcrimine non videntur vacare culpa, V. Val. q. 20. d. p. 5. col. 3.

Quid reſtituet animæ proximi bona ladens.

De bonorũ animæ reſtitutione, Sot. lib. 4. q. 6 ar. 3. Ludouicus Carbo q. 9. de reſtitut. Pet. Nau. lib. 2. c. 2. de Reſt. & multi ab eo relati, Greg. de Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Leſſius lib. 2. c. 8. de Iuſt.

45 *Qui vi dolo fraude*: Communis ſententia eſt: eum qui aliquem ad peccandum induxit metu, aut fraude teneri, ex iuſtitia, vim fraudemuè auferre; ne is deinceps eodẽ modo peccet: ſed reſipiſcat; Ita Sot. Val. Leſſius Dubit. 2. l. c. & Petr. Nau. qui cenſuit, non ſpeciali iuſtitiæ lege, ſed charitatis, ob fratris correctionẽ, obligari hominem ad gratiæ reſtitutionẽ ſuam ſentẽtiam ſic videtur limitaſſe. V. Corduba. qu. 172. & Carbonem l. c.

Qui ſine vi, aut fraude; ſed prece, aut precio, aut alio modo, aliquem ad peccatum induxit; ex iuſtitia, non tenetur dare operam, vt reſipiſcat; ſed ex præcepto fraternæ correctionis, Leſſius Val. Petr. Nau. Carbo l. c.

Quidam indiſtinctè loquentes ad aliquam reſtitutionem eum obligant: qui quocũq. modo alium ad peccatum induxit: hanc ſententiam, quæ mihi non arridet, non improbabilem putauit Carbo l. c. concl. 4.

Si quis errorẽ in fide aliquem, non inuitum, doceret, nõ ex lege iuſtitiæ (quia inuitũ non decipit,) eũ dedocere tenetur: ſed lege fraternæ correctionis, & virtutis fidei, contra quem errorem docuit, Leſsius l. c. n. 5.

Qui aliquẽ maleficio, aut alia re rõnis vſu priuauit, tenetur, ex iuſtitia, quantũ põt, eniti: vt is rationis vſum recuperet: & damna, quæ inde manarunt, reſtituere, Val. l. c. Aſſert. 1. Et eſt cõis. Pro ipſo rõnis vſu ablato nõ eſſe pecuniariã reſtitutionẽ faciendã, docet Leſsius Dubit. 1. Sed pro damno tẽporali inde ſequuto.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimumquintum.

Manual. D. Martini Nauarri. Notæ, & Appendices.

De Quinto Præcepto, quo præcipitur, ne homicidiũ patretur, videri poſſunt, D. Th. 2. 2. q. 64. & Interpretes, Sũmiſtæ V. homicidiũ. Sot. li. 5. q. 1. de Iuſt. & iu. Bannes, Salon, Arragon, in 2. 2. q. 64 Greg. de Val. t. 3. d. 5 q. 8. Couar. in clem. ſi furioſus p. 2. Lopez p. 1. à c. 60. Vict. Relut. de Homic. Pet. Nauar. lib. 2. c. 3. de Reſt. Tolet. lib. 5. c. 6. Leſſius lib. 2. cap. 9. de Iuſt. Io. Heſſel. de 10. præceptis, Catechiſ. Rom. Caniſius, clauis Regia, Azor.

2 *Vt Iudex*; V. Bannes, Salon, Arragõ, 2. 2. q. 64. ad ar. 2. Leſſiũ dubit. 2. Val. p. 2. l. c. Non audias Scotũ dicentẽ, non quoſcũque ſceleſtos: ſed in veteri tm̃ Teſtamẽto à Deo expreſſos à publica ptãte interfici poſſe. De ſolis innocẽtib. intelligitur pceptũ; *Nõ occides*: Homini publica auctoritate nõ inſignito maleficos occidere nõ licet D Th. 2. 3. Leſſius dub. 3. Sot. 2. 3. l. c. *V. Sot. ar. 2. l. c.*

Vir vxorem in flagranti adulterio interficiens mortifere peccat q̃is, ob doloris grauitatẽ, pœna non afficiatur. V. Sot. ar. 3. l. c. Salon. Bannes 2. 2. q. 64. ar. 3. Pet. Nau. l. 2. c. 3. n. 200. Leſſium dub. 5. In Hiſpanijs lex viro adulterã vxorẽ tradit, vt illã vel occidat, ſi velit, aut illi parcat. Si occidat, ſine odio, ob facultatẽ ſibi à lege factã, nõ peccati q̃a liber Iuſtitię miniſter à publica auctoritate effectus eſt. Sot. l. c.

Princeps verus tyrannicè gubernans à Rep. vel Regni Comitijs, vel ab alio autoritate prædito deponi põt; & hoſtis declarari: non tñ à priuato occidi quia etſi *v. val. p. 3*

F tyrannidem

Digitized by Google

tyrannidem exerceat, nihilominus verè ſuperior eſt. Vide Caietanum, Sotum, Salon. Bannes. Arragon l.c. ar.3. Val. p. 3. Leſſium Dub. 4. Tolet. lib. 5. c. 6. Pet. Nauar. lib. 2. c. 3. de Reſtit. num. 314.

At priuatus homo, qui iniuſte, & tyrãnice regnũ vſurpauit, & occupat Rep. inuita, cum publicus hoſtis ſit, a quocunque de populo interfici poteſt, ſi aliud nõ ſuperſit remedium. V. D. Th. in 2. d. vlt. q. 2. ar. 2 ad. 5. Caiet. & alios. 2. 2. q 64. ar. 3. Sot. ar. 3. Leſſium, Val. Pet. Nauar. n. 315. l.c. Cicero interfectores Cęſaris laudauit, is tyrannicè imperiũ occupauerat, & vim in repellere licuit. Iudith prædara fœmina, fęlici Angelo duce. Holophernẽ tyrannum iuſtiſſimè obtruncauit. Vt huiuſmodi tyrannus a priuato occidi queat certum eſſe debet, iniuſtum inuaſorem eum eſſe, 2. requiritur: vt maiora mala à filijs eius, aut amicis non impendeant. 3. vt id Reip. voluntati non repugnet. ſic Leſſius.

Alphonſus Caſtrenſis negauit, occidi poſſe à priuato hominem, qui tyrannicè regnum inuaſit, at non probabiliter, eius argumenta refelluntur a Pet. Nauarro num. 320. loco citato.

Quid ſi, qui tyrannicè regnum occupauit, vi promiſſionem ſimplicem, vel iuramento nnritum extorſiſſet. Promiſſionẽ ſimplicẽ poſſet priuatus infringere, quia nulla inde orta eſt obligatio, iuramentũ, ſi iuraſſet animo iurandi, & ſe obligandi, non poſſet, niſi vergeret contra bonos mores, contra animæ ſalutem, aut bonũ publicum, quia tunc iuramentum non obligaret, quemadmodum neque obligaret, ſi ſine mente id iurãdi, quod volebat tyrannus, & ſe obligandi, præſtitum fuiſſet. His cõſentanea Pet. Nau. vir doct. l.c.

Principem verum, tyrannicè regentẽ à priuato, licitè occidi non poſſe, eſt tam quam de fide certum. Pet. Nauar. l.c. nu. 314. ex Concil. Conſtant. Caſtrenſis. Vide Tyrannus.

1 *In bello.* De Bello D. Th. 2-2. q. 40 Interpretes, Val. d. 3. q. 16. Pet. Na. l. 2. c. 3. n. 258.

Ob propria vita. & integritatis membrorum, cum moderatione tamen inculpatæ tutellæ. V. D. Th. & Interpretes art. 7. l.c. Sot. art. 8. Vict. l.c. nu. 17. Val. p. 4. Leſſius Dub. 8. De moderamine inculpatæ tutelę loquitur Alex. III. C. Si vero 1. de ſen. ex com. Moderamen autẽ inculpatæ tutelæ eſt, cum quis ſuam vitam tueri nõ poteſt, niſi alium interficiat. Hoc etiã clericis licet, nec fiunt irregulares, ſi moderamẽ inculpatæ tutelæ ſeruent, in occidendo, at ſi fuga ſibi poſſunt conſulere, tenentur fugere. Leſſius n. 44.

Pro neceſſaria fortunarum, magni momenti, defenſione occiſionem licerę, tradũt Angelus. Syl. V. Bell. Ban. Tol. Val. p. 4. Leſſius, Pet. Nau. nu. 397 l. c. Sà V. Homicidium nu. 5. quod tamen non cõcederet. D. Aug. clericis hoc non licere. Tol. Syl. & alij quidam aiunt: licere, probat Leſſius Dub. 11. Si non ſit ſpes, eas alio modo recuperandi.

Mortem alterius tamquam medium. Negant nonnulli licere in defenſione, intendere motrem inuaſoris, tamquam mediũ at Sot. ar. 8. l.c exiſtimat. id licere, quam ſententiam probabiliorem putat Val. p. 4. nam cur nõn potero id animo velle, quod actu efficere poſſum Leſſius quoq; n. 53. l.c. fatetur, pòſſe hominem in vitæ, membrorumque defenſione id intendere, quod ad eã neceſſariũ eſt, & vulnera mortifera, & mortem ipſam in cauſa.

Mortem potius perpeti, quam inuaſorem occidere, ſalubre conſilium eſt, viris præcipuè Eccleſiaſticis: Si quis tamen lethali ſcelere obſtrictus eſſet, ęternamque metueret damnationem, teneretur, ſuam vitam, quacunq; ratione poſſet, defendere, ſuæ n. aĩæ ſalutẽ magis, quã proximi, amare dẽt. Leſſius l.c. in fine poſt. d. Ant.

3 *S. Thomam id noluiſſe.* Priuato viro inuaſorem licere, occidere, per accidens, docet S. Th. Non negat. S. Doctor. licere id intẽdere, & efficere, quod ad defenſionẽ neceſſarium eſt, ſed negat, licitum eſſe, abſolutè cupere inuaſoris mortem, hoc enim ad defenſionem non eſt abſolutè neceſſarium, cum ſufficiat illius vires debilitare, ne amplius nocere queat. Sic explicat Leſſius D. Thomam.

Vxor qua certo nouit. Idẽ placet Cordu. l. 1. q. 38. de eo, qui venenũ paratũ habet, vt aliũ necet: põt enim veneno necãdus, in hoſtem, qui parauit, venenũ conuertere, ſi alio modo mortem vitare nequeat. Probat Leſſius Nau. dictum, nu. 45. l. c.

4 *Interponitur magna mora.* Si quis, ob graues alicuius inſidias, non poſſet euadere, niſi eum occidendo, poſſet præuiendo occidere,

Digitized by Google

cidere,monendũ tamẽ inſidiatorẽ,vt deſiſtat, cenſet Bannes,hoc docens, at Leſſio diſplicet hic modus,in praxi.

Si certo ſcias,maleficã tibi demoniacis ſignis nocere,& ſolũ habeas remediũ verberũ,iuſtæ defenſionis titulo,potes eã cõpellere, vt a ſcelere deſiſtat, ſi tamen putes, eã nouo maleficio ad vetus auferendũ non vſurã.Ita Leſſius l.c.nu.48.

Et qui nulla ratione ſe ab iniuſto inuaſore tueri poteſt, duellũ excipere põt, & offerre,ex Leſſio nu. 49.& eſt probabile.

At honor. Pro defenſione honoris licitũ eſſe homicidiũ,cenſent multi quos retuli ad Aphoriſmos Sà. V. Homicidium n.1. Pet Nau.l.2.c.3.n.369.Leſſiũ Dubit. 12.Vbi Nauarrũ ſequitur. Val.d.5.q.8.p.4.

Adoleſcens.puella, & quæcunq; fœmina,pro tuenda pudicitia,cũ moderamine inculpatæ tutelæ,aggreſſorẽ occidere poteſt.magis enim æſtimatur pudicitia,quã opes.V Leſſium l.c.& Pet. Nau.nu 393. Tribunus, cũ vellet adoleſſentis pudicitiam violare, ab adoleſcente fuit interfectus,eum autem exercitus Imperator Marius abſoluit. *Cicero pro Milone.*

Pro defendenda proximi vita iniuſtus inuaſor à te occidi poteſt: D. Ant 3.p.tit. 4.c.3.§.2.& Leſſius Dub.13.l.c. idẽ affirmãt de pudicitia,honore, & fortunæ bonis eorũ,qui tibi ſunt ſanguine cõiuncti, vel tuã opẽ implorant.Nõ teneris tamẽ, cum periculo vitæ tuæ, priuati hominis vitam defendere, ſed Principis, quo viuo,bonum publicum conſeruatur.

Vtrum pro tuenda vita Matris vterũ gerentis,poſſit ei medica potio exhiberi, ſi filius in vtero clauſus interiturus exiſtimetur, diſputant Leſſius Dubit. 10.l.c. Pet.Nau.nu.140.l.c.Corduba q.173.Couar.Relect.de Homicidio p.2 §.3. nu.1. Arragon 2.2.q.64.ar.7.Sanchez l.9 d 20. de Matrimonio,Chapea ville c.9. de caſibus reſeruatis. V.Nau.c.25.nu 62.

Si inuaſus nequeat ſe defendere, ſine periculo innocentis,quo innuaſor ſe tuetur,probabile eſt, poſſe illum ſe ſe, cũ eo innocentis periculo, defendere. Corduba l.1.q 33.Pe.Na.n.147.Leſſius Du.9 l.c.

5 *Secundo.* V.D.Th.2.2.ar.7.q 64. Caiet. Salon.controu.2.Ban. Arragon ibid. Val. p.4.Leſſium D.11.Sot.ar.8.l.c.

6 *Qui caſu accidit.* Quando homicidiũ caſuale ſit peccatum.Leſſius Dubit.15.

8 *Damnatus ad mortem.* poteſt fugere, at non poteſt iuſtitiæ miniſtris vim inferre. V.quos retuli ad Sà,De Reo num. 9.

Funambulos. Nonnulli funambulorũ ludũ, ob mortis periculũ,illicitũ putant, V.Sà.V.Ludus nu.2.Pet. Nau.l.2.c 3. nu. 83.de Reſtit.Sylu.V.Ars.q.8.

9 *Duellum iniuſtum, quoniam qui iuſtum.* De duello iuſto,Leſſius l.2.cap.9.Dub.8. Sà V.Duellum nu.2.Pet.Nau.l.2.c.3.nu. 293.l.c. De duello multa Comitolus lib. 6.Reſp.Mor.

Qui interfuit. Duellorũ illicitorũ ſpectatores excõmunicantur in Conc.Trid. ſeſſ.25.c.19.Videndę conſtitutiones Clemẽtis VIII.& Greg XIII.Clemẽtis conſtitutionẽ hẽs apud Quarãta. V. Duellũ.

11 *Sibi mortem.* Sine Diuina auctoritate nemo poteſt ſe ipſum occidere,Nõnullę Sanctæ fœminæ ſibi manus cõſciuere, vel Diuina inſpiratione, vel inculpata ignorantia. V. Leſſium Dub. 6.l.c. Sulphureo pulueri ignẽ adhibere potes in Bello iuſto, vt hoſtiũ turris corruat, & ſi ſcias, te igne abſumendum, non enim te occidis, ſed periculo,iuſta de cauſa,exponis,quod licet.Leſſius l.c.num.32.

Mutilationem. Quando neceſſaria eſt mutilatio,vt corpus ſanetur,non eſt illicita:immo tunc homo debet permittere,vt ſibi mẽbrũ amputetur: quãdo à medicis id neceſſariũ putatur; Si graues dolores eũ perferre,non oporteat.Sot.l.5.q.2 ar. 1.Leſſius Dub.14. Pet. Nau l.2.c.3 n 97.

Sibi ipſi manus iniecit. Cũ Nauarro ſentiunt Caiet.V.excõmunicatio c.10. Sayrus l.3.De Cẽſuris c.22.n.10.Cũ Angles, Philiarco,aliſq; ab eo recenſitis: diſſentit nihilominus Toletus lib.5.c.8.

12 *Qui vult vitam decurtare.* Caiet.2.2. q.147.ar.1.Couar.1.Var.c.2.nu.10.dicũt decurtare vitã aſperitatibus, & id non aduertere,nullũ peccatũ;aduertere,& cauſa pietatis id facere,veniale,ſine cauſa pietatis,mortale nõ abnuit Sot.de ratione teg. memb.1.q.concl.9 At Pet.Nau.l.c.n.91. diſtinctionẽ Caiet. & Couar. improbat, putatq; eſſe mortale, vitam notabiliter aſperitatibus diminuere, & zelo pietatis, & probabiliter quidẽ; tã materia nõ eſt leuis, motus non ſubreptitius, minuere, ſciẽter,ſibi vitã notabiliter malũ ex obiecto.De hac re Greg.de Val.t.3.d.9 p.3.in fine. Vittoria Relect. de tẽperã tia, vbi &

ſt, qui his temporibus per Venetiarum vicos à iuuenibus agitantur, ſunt enim placidi, & duabus funibus vincti nocere non ſolent.

Ad quid teneatur, qui alium occidit.

22 CONtra. Lopez p.1.cap.71. Nauarrum impugnat.

Pro vita, quam abſtulit. Bannes 2.2.q. 62.art.2. Læſiones corporeas alio genere bonorum, vt puta pecunijs, honoribus, compenſandas non eſſe, putat. V. Salon ibidem controu.4.

Pro cicatrice, membro, aut vita liberi hominis nihil in conſcientia reſtituendũ eſt. Couar lib.2. Variarum c.10.nu.7. Pet. Nauar. lib.4. de Reſtit. c.1. nu.80. Leſſius l.2 c.9 Dubit.23. Sot tamen lib.4.q.6.ar. 3.ad.3. Syl. Reſtitutio.3.q.2. Carbo de Reſtit.q.13.& nonnulli alij diſcrepant ab hac ſententia, quæ probabilior eſt, & probatur à Leſſio loco citato.

Expenſas medicas procuratione occiſi tenetur homicida reſtituere, & ſi occiſus officio, aut artificio lucrabatur, quantũm ſpes lucri valebat, demptis illis, quæ is abſumere ſolitus erat. V. Leſſium Dubit.20. l.c. debita illius non tenetur reſtituere, quamuis contrarium non ſit improbabile Vxori viri occiſi non tenetur reſtituere, ſi graue damnum nõ eſt paſſa. Pro expenſis funeris reſtitutio non eſt neceſſaria. Pro anima nihil ex iuſtitia debetur, dandum tamen interfectori conſiliũ vt aliquid pro ea faciat, aut faciendum curet. & Sacerdos poteſt in Sacramento pœnitentiæ ei aliquid iniungere.

Idem Dubit.26. *Salon cit. 8.* *Dub. 24.* *Dub. 25.*

Si occiſus remittat, condonetq; omnia liber erit à reſtitutione occiſor. Bann. l.c. Dub.6. Leſſius Dub.26. Quæ ſententia eſt magis communis. At ſi filios inopes haberet, non rectè condonaret. Idem docet Salon controu.9 l.c.

Dub. 21. Prouocatus ad pugnandum, ſi occidat, etiam modo non ſeruato, non tenetur reſtituere, prouocans enim cenſetur remittere. Bannes, Leſſius loco citato.

25 *Quæſtio.* V. Rebellum de obligat. Iuſt. p.1. l.3. q.13. Leſſium Dubit.22.

Quod ſic. Negantem ſentẽtiam probat Ban.2.2.q.62.ar.2. Dub.4. concl.1. non loquitur tamen de detrimentis conſequẽtibus læſionem, vt ſunt expenſæ curationis lucrum ceſſans, damnum emergens: hæc enim ex communis ſententia, ſoluenda, docet Dub. V. concl. 1. & damna hæredum, de quibus Dub.6.

Ex quo ſequitur, quod hæredes eius. Si bona reliquit, ex quibus ſolutio fieri poſſit. Ban. l.c. De hac re Salon l.c. controu. 10. Vide etiam Leſſium Dub.21 qui Nauarrum ſequitur.

27 *Qui debitum modum defenſionis.* V. Leſſium Dubit.21 l.2.c.9.

Quicquid alij. Cenſent Angelus. Syl. Gomezius, Sotus à Leſſio relati, inuaſum (ſine prouocatione) qui iuſtæ defenſionis modum non ſeruauit, non eſſe obligatũ reſtituere tantumdem, quantum qui per inſidias, aut vim apertum occidit.

Inuaſus iniuſte, ſi cum moderamine ſe, ſuaque tuendo, aggreſſorem interficiat, etiamſi fugere potuiſſet, nihil tenetur reſtituere, quia iuſtitiam non violauit. Ex Leſſio Dubit.21. nu.136.

Pulchram praxim, qua vti poſſis, dum audieris homicidæ ſcelera in interno Pænitentiæ foro, leges apud Bannes l.c. ar.2. Dub.4. concl.3.

28 *Singularia certamina.* V. Tol. l.5. c.6. Comitolũ q.16. l.6. Reſp. Mor. Sà V. Duellum nu 2. Pet. Nauar. præcipue l.2. c.3. à n 291 qui Nau. ſententiam amplexus bellũ ad duellũ reuocari poſſe, tradit.

De reſtitutione ſingulare certamen, ſeu duellum exercentium, Salon loco citato controu.11.

ANDREÆ VICTORELLI Baſs. Doct. Theol. ad Cap. XVI.

Manualis D. Martini Nauarri,

Notæ, & Appendices.

DE ſexto præcepto V. D. Th. & Caiet.2 2.q.153.154 Summiſtas, V. Luxuria: Catechiſmũ Rom. Conc. Col. Io. Heſſel. Petrũ Caniſiũ in Præceptũ ſextũ Greg. de Val.t.3.d.9.q.p.3. Leſſium lib.4.c.3. de Iuſt. à Dub.5. Toletum l.5.c.10. Viguerũ c 7.§.5. Lopez p.1.c.72. Turrecrem. in c. Meretrices 32. q. 4. Aug. Triumphum q. 53.ar.4. De Poteſt. Eccleſ.

Contra hæreticos dicentes, ſemplicem fornicationem non eſſe lethale peccatũ. Caſtrenſis V. Coitus. lib.4. cõtra hære ſes.

Digitized by Google

1 *Si de actu ipſo.* V.Pet. Arragon. 2.2.q. 64.ar.7 pag.291.D.Aug. lib.1.cap.18.De Ciuit.C.Ità ne 32.q.5.Leſſium lib.4.c.2. Dubit.16.

An ſententiam peccare mortaliter. Caiet.2.2.q.154.art. 4. in fine mortiferè peccare, ait, fœminam ab alio oppreſſam, ſi ſe clamare non defendat, & non reſiſtat. Sà V. Luxuria num.15. In hanc ſententiam propendet. Intellige, ſi clamor ſit profuturus. Puella, quæ in vrbe oppreſſa non clamaſſet, obruebatur lapidibus. Deut.22.

3 *Vna ex ſex ſpecierum.* De Luxuriæ ſpeciebus Leſſius lib.4.c 3.Dub.6. De fornicatione Dub. 7. De ſtupro, & raptu Dubit. 9. de Adulterio Dub. 10. de Inceſtu Dubit.11. de Sacrilegio Dub.12. De peccato contra naturam, Dubit.13.

Vir cum Viro. Et fœmina cum fœmina eſt ſodomiticum ſcelus. V. Sà l.c.num.5. & citatos à me in eum locum.

Scelus impurum viri cum fœmina in vaſe præpoſtero Sodomiam eſſe, cenſet Leſſius l. c. d. 13. Sed ſpecie differentem ab ea, quæ eſt viri cum viro. Sodomiam appellat Couar.4.Decret.p.2.c 7.§.5.nu. 7.Card.in clem.2. de ſanguin.& affi.Sul. clarus l.5.ſent.c.30.§.Sodomia num.3.V. notata ad lib. 5. cap.13. Inſtruct. Sacerd. Toleti. Quidam tamen hoc ſcelus innominatum appellant. Si vxor ad hoc ſcel' prouocetur à viro, poteſt diuortium petere: vt quibuſdam placet. De hac re legendus Sanchez lib.10.d.4. de Matrimonio, vbi de diuortio.

Inter cauſas, ob quas turcicis mulieribus diuortium permittitur, vna eſt, ſi viri præter naturæ præſcriptum, eis abuti conentur. Ita Augerius Gislenius Busbequius, Epiſtola.3. turcicæ legationis.

Sodomia fœminæ cum fœmina (quæ ordinaria plectitur pœna, quando patratur inſtrumento aliquo, ex quacunque re confecto) diuortij cauſa eſt, ſi tamen in naturale, aut præpoſterum fœminæ vas trãs fundatur. Sanchez l.c.num.5.

Religioſus. Si ſacerdos, ſolemni trium votorum nodo deuinctus Luxuriæ ſcel' admittat duplici, vt multis videtur, ſe ſacrilegio obſtringit; contra Sanctitatem ſuſcepti ordinis, & ſolemnis voti caſtitatis: at alij ſimplex ſacrilegium agnoſcũt: illæ enim obligationes eiuſdem ſunt rationis. circumſtantia tamen in eadem ſpecie peccatum auget. Vtramque ſententiã probabilem arbitratur Leſſius Dubit. 12. l.c. Secundam veriorẽ vocat Corduba q.3

Monachas violare. Capitis ſupplicium, & bonorum Monaſterio tribuendorũ priuatio ſunt pœnæ contra Sacrarum Virginum violatores, & in conſiliũ, auxiliũuè dantes. c. ſi quis rapuerit (ex Iuſtiniani Nouellis) 27.q.1.

Occultè fornicata. Putant nonnulli, occulto ſtupro corruptas poſſe, velo conſecrationis inſigniri, contraria ſententia eſt cõmunis; quam ſequũtur Rodericus t. 1.q. Regul. q. 64. ar. 3. (ubi de hac re multa) Leſſius Dubit. 16.l. c. Comitolus tom.1. Reſp.Mor.lib.4.q.17. Sà V. Conſecratio num.ſexto, & alij, quos ad eum locum recenſui.

Corrupta occultè, ſine diſpenſatione, velum accipiens, mortiferè peccat, ſecundum communem ſententiam, Diſpenſare poteſt Epiſcopus, pro foro conſcientiæ. Et Sacrum Romanæ Pœnitentiariæ Forum Confeſſario ab oratrice eligendo concedere ſolet, vt cum illa diſpenſare queat: neque eſt neceſſe, vt illa ſuum nomen ꝓbat Pænitentiariæ, aut confeſſario.

Etiam de illa, quæ voluntarie ſe polluit. Nauarri ſententiam probat Comitolus q.19 l.c. At ego exiſtimo, voluntarie pollutas, ſine fractione virginei clauſtri, cõſecrari poſſe: quamuis irreparabiliter virginitatem amiſerint. Nam, ſecundum ſtatum, in facie Eccleſiæ, Virgines ſunt, integritate clauſtri non amiſſa, & vulgo dicuntur Virgines: & ſtuprator eſſet, qui eas vitiaret. Adſtipulantur huic opinioni Caiet. Fumus, V. Virginum conſecratio. Graffius lib.2.c.88. Dec. Aur. num 8. Sà l.c. Leſſius lib.4.c.2.Dub. 16. Viualdus in Append.c.5. nu.35. Henricus; lib. 10. cap.24. in Gloſ.l.m. Io.Bapt. corr. q. 26.

Eccleſia profectò, ſolam carnis integritatem requirere videtur, ab Epiſcopo enim, vt ex Pontificali conſtat, de illa interrogandæ ſunt Moniales, conſecrationis velum ſuſcepturæ.

6 *Vt contingat ei pollutio.* De pollutione diligenter Leſſius dub.14.

7 *Quæ inuitò.* Quando, aliquid licitum agens, pollutionis periculum non aduertis, & ea, inuito te accidit, peccatum nullum eſt. Hoc quoque Leſſius l. c. nu. 103. At ſi periculum aſpicias; & ideo actio-

nem

Digitized by Google

nem non licitam efficias, imperfectè tamen, animoque ad alia conuerſo, tunc ſi contingat pollutio, erit venialis. Ex eodem l.c.

Vt ſibi dormienti contingat. Sot. 4. d. 12. q. 1. art 7. col. 5. Lopez c 74. l c. negant, licitum eſſe cupere, vt pollutio accidat: nec improbabiliter, at verior ſententia Toleto lib. 5. cap. 13 Leſſioque num. 105. *loco cit.* probata, docet, pollutionem ſimplici affectu deſiderari poſſe, cauſa bonæ valetudinis, aut depellendæ tentationis, animiuè tranquillitatis adipiſcendæ: nunquam tamen ad voluptatem captandam. Greg. de Val. refellens Nauarrum, ait, nunquā licere pollutione, quæ ſine culpa accidit, ob ſalutarem effectum, delectari.

Procurare pollutionem, vel ad eam ciendam auxilium præbere, vel aliquid efficere, vt illa contingat, ſemper nefas eſt quare non licet medico ægrotum ad eam hortari, neque aliquid docere, quod illam excitet: neque aliquis ita illam cupere poteſt; vt ex illa tam acri cupiditate ad eandem concitetur. V. Leſſium l.c.

8 *Nimis calida.* Sic Leſſius quoque nu. 100. loco citato.

9 *Ne illa concipiat.* Quando aliquis generationem impediuit, conſidera; an Sixti Quinti conſtitutionem violauerit, contra aborſum procurantes, & impedimenta obijcientes, ne fœminæ fœtum concipiant. Eius initium eſt, *Effrenatam.* Habetur conſtitutio apud. Quaranta V. Aborſus, in Bullarij Summa, & eius moderatoria Greg. XIV.

Quale ſcelus conceptionem impedire Sanchez lib. 9. d. 20.

Delectatio. De moroſa delectatione Caiet. Vide Delectatio. Gregorius de Valentia, tomo ſecundo, diſtinctione ſexta, quæſtione quarta, parte quarta, Leſſius Dubit. 15. loco citato Azorius, tomo primo, libro quarto, cap. ſexto, Inſtit. Mor. Lopez p. 1 cap. 75.

10 *Viduum, & Viduam.* Poſſunt viduæ mortiferè peccare, dum præteritarum coniugalium voluptatum recordantur, ob periculum conſentiendi in lethalem delectationem: immo, ratione huius periculi, plerumque eas mortiferè peccare, arbitratus eſt Valentia, loco citato. Placet optimè, quod Leſſius tradit numero 120. Viduam, ſcilicet, præterita coniugali copula oblectari non poſſe; ſi imaginationis vi eam tamquam præſentem, & nunc vſurpatam ſibi proponat: Corporis .n. immutatio inde emanans non eſt illi modo licita.

Coniux, ſi abſente coniuge, ſine pollutionis periculo, ex imaginatione cōiugij actu delectationem percipiat, mortifera culpa non afficitur, in eo enim ſtatu (qđ viduæ non conceditur) poteſt actum illū, mente conceptum, exercere; ob periculū tamen, poſſet eſſe mortale: quare monendi ſunt coniuges; vt abſtineant ab his cogitationibus. Vide Caietanum, & Leſſiū numero 121. Si coniux adſit, id nunquā, Leſſij iudicio, lethale piaculum erit, quia periculi pollutionis ratio non militat. De hac re Comitolus libro primo, quæſtione 134 Reſp. Mor.

Eſt autem communis D.D. opinio, delectationem moroſam eſſe eius ſpeciei, cuius eſt opus, quod ad eā ſpectat; vt formale eius obiectum. Vt delectatio ex cogitatione adulterij ad adulterium, ex ſtupri ad ſtuprum pertinet.

Amplecti, exoſculari. De oſculis, & tactibus D. Thom. & Caiet. ſecunda, ſecundę, quæſtione 154. art. quarto, Greg. de Valentia, tomo tertio, diſtinctione nona, quæſtione, parte tertia, in fine: Leſſius diligenter Dubit. octaua, loco citato, Sà Vide Luxuria numero 13. De his inter ſolutos, Comitolus egregiè libro quarto, quæſtione 19.

Oſculum vſurpatur. 1. in amicitiæ ſignum. 2. ob delectationem copulæ. 3. ob ipſius oſculi, ſecundum ſe conſiderati, voluptatem.

Oſculum primo modo licitum eſt, & inde manans delectatio: ſecundo modo, extra coniugium, lethale eſt illiusque actus ſpeciem reſpicit, ad cuius voluptatem reuocatur. Duobus autem modis vſurpari poteſt, 1. Vt ſit ad venereum actū diſpoſitio. 2. Vt ſit ſignum, quod mēti impurum actum repræſentet, vt homo hac ratione impuri actus, delectationem capiat. Vtroque modo mortiferum eſt.

Controuerſum eſt: an vſurpans oſculum, pro ut actus, qui carni placet, & remote ſeminationi aditum parat, lethali crimine ſe ſe abſtringat, ſi nullum ſit pollutionis, aut impuri conſenſus pericul ū, & eam

Digitized by Google

& eam tantum voluptatem velit, quam ipſum oſculum gignit.

Martinus de Magiſtris negat; idem videtur ſentire Nauar. c. ſi cui de Pœnit. d. 1. Communiorem ſententiam huic aduerſantem ſequitur Leſſius n. 59. l. c. tum quia communior, tum quia tutior, tum quia adeſt periculum moroſę delectationis, vel impuri conſenſus, vel pollutionis. Valentia l. c. Martinum de Magiſtris improbat.

12 *Oſculari ſe mutuo*. Oſcula inter ſponſos non eſſe peccata, ſi ſint ſine periculo peccati, docent Val. Leſſius l. c. Toletus lib. 5. cap. 14. Sanchez lib. 5. d, 5. n. 38. & alij; Quidam cenſent, eſſe venialia. Addit autem Leſſius ſponſos ad oſcula prætermittenda, cohortandos eſſe, ſi voluptatis gratia ea ipſi vſurpare, velint.

Oſcula inter ſponſos, ſub conditione, (vt ſi duo Affines ſpōſalia ineant ea cōditione, ſi Papa diſpenſauerit) nō licere, ait Sanchez loc. cit. & vere; nam inter veros ſponſos tantum ea conceduntur: promiſſio autem illa ſponſalium vi caret.

13 *Tactibus*; Tactus membri etiam verendi, tribus modis vſurpari poſſunt. 1. Honeſta aliqua, & neceſſaria cauſa, vt puta medendi, 2. Ob delectationem copulæ. 3. Ob voluptatem tactus per ſe conſiderati. Primo modo tactus non eſt peccatum. Fœminæ tamen virgines præcipue, non tenētur permittere, vt ratione medendi, viri earum pudenda contrectent, ob periculum impudici alicuius motus: & mori malle, quam vllum impurum motum experiri, ad heroicum caſtitatis gradum ſpectare tradit Leſſius, & verè.

Tactus ſecundo, immo tertio modo, lethalis eſt; quamuis nulla adſit voluntas alterius voluptatis, præter illam, quæ ex tactu ſequitur, ſolet enim ob eam voluptatem vſurpari, quam ſeminis egreſſio gignere conſueuit.

Quidam dicunt, contactum verendorum mortiferum non eſſe, ſi fiat curioſitatis cauſſa, & non venerea voluptatis, nullumqne adſit pollutionis periculum. Hæc Leſſius quoque.

l. c. Loquendo, canendo. Si delecteris rebus impuris narratis, mentique tamquā præſentibus exhibitis, vel iis te, aut alios ad res turpes excites, aut cum periculo pollutionis, aut conſenſus in lethale veneris flagitium, mortifere peccas. Leſſius n. 63. V. Tol. lib. 5. c. 14.

Quid reſtituere oporteat, qui rem habet cum Virgine.

De hac re Bannes. 2. 2. q. 62. ar. 2. dub. 7 Salon ibid. Pet. Nauar. lib. 2 c. 3. n. 435. Leſſius libr. 2. ca. 10. Carbo qu. 26. Summiſtæ V. Stuprum: Sà V. Reſtitutio num 14. Val. diſt. 9. q. par. 3. l. c. Sot. lib. 4. qu. 7. ar. 1. Io: Chapeauille c. 11. de caſibus reſeruatis.

Bannes l. c. ait, corruptorem Virginis conſentientis non teneri ad læſionem integritatis, & damna inde profecta; ſed ad reſtituendum patri honorem, quantum fieri poterit in eodem genere, ad arbitrium boni viri. Salon docet, ad nullam puellæ, aut parentibus reſtitutionē teneri; ſi illa ſponte omnino amatoriis tantum blanditiis delinita conſentiat; teneri autem, & puellæ, & parentibus ſi vi dolo, aut nimia importunitate, & moleſtia adhibita, eam defloraurit.

Pet. Nauarrus ad nullam obligat ſtupratorem reſtitutionem, ſi puella leniter, conſenſit falſamq. appellat Medinæ ſententiam, docentis ſtrupatorem virginis libere conſentientis reſtituere debere damna, eamque in vxorem accipere.

Leſſius Dubit. 2, l. c. hæc habet Stuprator conſentientis virginis, ſine promiſſione matrimonii, nihil ei, aut eius parētib. reſtituere debet. Si vi, aut fraude vitiauit, ſine promiſſione, debet illam vel ducere in vxorem, vel damna compenſare. Si ui, aut dolo decepit, ea tamen nullum damnum paſſa eſt, & æque cōmodo matrimonio viro iuncta eſt; ac ſi violata non fuiſſet, ad nihil tenetur, quia damnum non intulit. Ita quoque Carbo loco citat. Dubit. 3. Idē Carb

Si promiſſi matrimonii ſpe illam fefellit, tenetur ducere, etiamſi ficto animo pollicitus eſſet, excepit tamen caſus non nullos, quos legiſſe non te pigebit. Si ex matrimonio magnum malum timeatur, ſatisfaciat corruptor pro damno, ad arbitrium prudentis, Sà l. c. Dubit. 3.

Si poſt votum ſimplex Religionis,

Premiſ-

promiſſione matrimonii Virginem, ſtupro illato, offendit, non poteſt Religionem ingredi, ſed tenetur eam ducere Dubit. 4. ex communi.

18 *Niſi eſſent valde inæquales.* Syl. Luxuria q. 5.

19 *Importunis precibus* . Non idem ſentit Carbo de Reſtit. q. 26.

Si virgo corruptam damnum illatũ remittat, ad nihil tenebitur violator. Leſſius Dubit. 2. n. 9. eſt domina ſui corporis iuri ſuo cedere poteſt; & à matrimonio deſiſtere.

Concubinarius, &c.

De concubinario Syl. V. Concubinarius, & diligenter; Corduba De caſibus conſcientiæ q. 4.

De coniugum luxuriæ peccatis.

23 DE adulterio. Leſſius lib. 4. ca. 3. Dubit. 10.

Adulterium fœminæ coniugatæ grauius eſt, quàm viri vxorem habentis; nam magis aduerſatur iuri naturæ. Vir vnus aliquando plures habuit, Deo concedente, vxores, at vna mulier numquam plures viros; nam generatio ſequi facile non poſſet, ſi vna mulier pluribus viris iuncta eſſet. V. etiam Leſſium loc. cit.

Si coniugatus cum alterius vxore concumbat, duplici adulterij labe ambo inficiuntur; & hæc duplicis iniuriæ circumſtantia explicanda in confeſſione, ex eodem l. c.

24 *Negat coniugi debitum.* De debito coniugali copioſè, & diligenter Sanchez lib. 9. Sà, & alij Summiſtæ. V. Debitum.

28 *Quinto.* V. Lopez p. 1. c. 83 Sot. 4. d. 36. q. vnica, ar. 1. Val. t. 4. d 10. q. 6. p. 2. Tol. lib. 7. c. 20. Sa nu. 8. l. c. Sanchez libr. 10. d. 13.

30 *Sexto* V. D. Th. addit. ad 3. p. q. 53. ar. 1. Ledeſmium ibidem Sotus 4. d. 38. q. 2. ar. 1.

De votis Caſtitatis coniugium, Sanchez lib. 9 d. 33. 34. 35. 36. 37.

Conſumat prima vice. Multi ſunt in hac ſententia; Sanchez autem cum Soto, Lopez, Veracruce, & alijs nonnullis, docet, non peccare mortiferè reddendo, d. 34. num. 3.

Quoties petit. Multi à Sanchez recenſiti lib. 9. d 33. num. 4. tradunt, coniugem, qui adſtrictus caſtitatis voto matrimonium iniit, & conſumauit non peccare deinceps petendo; ipſe tamen Sanchez Nauarrum ſequitur; multoſque pro eadem ſententia refert. Poteſt autem petere in gratiam alterius coniugis, vt idem probat d. 7. eodem lib.

31 *Reddet debitum ad petitionem.* Quidam id negant.

Non tamen eſt idem. Nonnulli apud Sanchez d. 36. l. c. dicunt coniugem, qui alteri coniugi permiſit, vt ſimplici caſtitatis voto ſe obſtringeret, nõ petere: at cõtrarium eſt verius eodem teſte n. 5.

An cum coniux, petens debitum peccat, peccet etiam reddens? Sanchez d. 6.

32 *Tempore menſtrui*: Quinque ſunt de hac re ſententiæ. Prima cenſet, crimen eſſe mortiferum, eo tempore petere. Secunda, eſſe peccatum; at non definit, eſſe mortale, aut veniale. Tertia, non eſſe in viro petente ad vitandum periculum incontinentiæ, lethale piaculum, ſed in muliere petente. Quarta, eſſe veniale. Quinta, conſilium eſſe non petere; & petere nullum ſcelus. Ex his ſententiis quartam, & quintam probabiliores appellat Sanchez, lib. 9 d. 21. numer. 7, V. Sà V. Debitum num. 11. Comitolum lib. 1. q. 136,

In loco ſacrato: De hac re Sanchez d. 15. Copulam in templo inter coniuges, niſi humana neceſſitate, aut fragilitate excuſetur, mortiferam eſſe tradit Suarez t. 3. d. 81. ſect. colum. 4, & per eam templũ pollui; non autem per eam, quæ alibi haberi non potuit, & ad vitandum incontinentiæ periculum neceſſaria erat. V. Ledeſma de Matrim. q. 64. Sà n. 12. l. c. Tolet. lib. 5. c. 12.

33 *Quo prolis conceptio impediatur*: V. Sanchez d. 20. lib. 9.

34 *Aut ignorantia*: Ignorãtiam inculpabilẽ requirit Pet. de Ledeſma De Matr. q. 56. ar. 1. In Addit. ad 3. p. D. Th.

Peccare en ratione, quia conſentit peccato: Multis placet hæc opinio ij à Sanchez referuntur lib. 9. d. 37. nu. 10. At non peccare, immo ſub mortali ad reddendum teneri, nonnulli exiſtimant, & Sanchez ipſe n. 11. l. c.

31 *Iuſta*

37 *Iuſta procul dubio.* Vide Sanchez lib.2.d.37.

38 *Vſum numquam eſſe mortiferum.* V. Lopez. p. 1. cap. 83 Syluester putat eſſe mortale, conſumare ante beneditionem, at diſſentiunt Sà Vide Debitum num. 6. Comitolus lib. 1. quæſtion. 136. Reſp. Mor. num. 9.

42 *Extra vas.* De hac re multa Sanchez lib. 9. cap. 17. Qui vxore abutitur extra vas, ſiue ſodomiticè, ſiue per mollicie, grauius peccat, quam ſi ſolutus cum ſoluta id ageret, & præter ſcelus contra naturam, eſt adulterium ex vtraque parte, ambo que explicare debent in confeſſione vtramque adulterij circunſtantiam, quia neuter fuit fidelis, neuter caſte vixit, vt debuit: quod bono fidei repugnat. Sanchez lib. 9. diſt. 18. num. 3. 4. Nec ſatis eſt, adulterium in genere, & ſcelus contra naturam confiteri, ſed dicendum eſt, ſcelus illud cum proprio cõiuge patratum fuiſſe, vt idem ait num. 5.

Habet copulam intra vas. Nullus concubitus cum vxore intra vas naturale lethalis eſt. Si ſeme recipiatur, & non effundatur, ſi abſit periculum pollutionis extra vas, impediendique generationem, necnon abortus, cum vxor eſt grauida. V. Toletum lib. 7. c. 20. Gregor. de Val. t. 4. Rebellum de obligat. Iuſt. Lopez p. 1. c. 82. Sà l. c. num. 14.

Si vxor ſemen non effudit, in illaque, & in viro nullum ſit ſeminis effundendi periculum, non peccat mortifere vir, ſi, conſentiente vxore, à ſeminando abſtineat.

Si iam ſeme effudit vxor, vel ita ſit inflammata, vt in periculo illud effundendi verſetur, mortiferè peccauit vir, ſi ſuũ ſemen dedita opera contineat, ne effundatur, & aduertat.

Si vir iam ſeminauit, non patrat vxor lethale ſcelus, ſi dedita opera, ſemen non effundere conetur, aut à concubitu deſiſtat.

Contra iuſtitiam autem vir delinqueret, ſi repugnante vxore, ſemen non emitteret. Hæc omnia ex lib. 9. D. 19. Thomæ Sanchez de Mat.

De muliere ſingente ſe filium habere.

De hac re Adrian. in 4. Io. Med. C. De rebus reſt. quæſtion. 3. Cauſa 4. Couar. in Reg. Peccatum p. 1. nu. 6. Theologi in 4. diſtin. 15. Canoniſtæ in C. officij de pœnit, & remiſſ. Sotus l. 4. quæſtion. 7. ar. 2. Salon 2. 2. quæſtion. 62. art. 6. controu. 8.

43 *Filium ex adulterio.* De hac re Corduba in quæſtionario Theol. q. 31. & in trat. de Caſibus conſc. quæſtion. 102. Carbo. quæſtion. 89. de Reſt. 7. Bannes 2. 2. quæſtion. 62. artic. 6. Val. t. 3. diſtin. 5. q. 6. par. 5. Tolet. lib. 5. c. 21. Leſſius lib. 2. c. 10. diſtin. 7. Sà Vide Adulterium num. 5.

Tenetur adultera, quantum poteſt, ſine infamia, & vitæ periculo, dare operam; vt legitimi hæredes conſeruentur indemnes. Si damna compenſauit, poteſt permittere, vt nothus hæreditatem, cum legitimis filijs, adeat. Si damnum compenſare nequeat, nec viro, nec filio ſcelus ſuũ patefacere tenetur; niſi moraliter certa ſit, damnum auferendum, nec ſi id certò ſciat, tenetur ſe prodere, cum periculo vitæ aut famæ. Eſt communis opinio, quam Leſſius probat l. c.

Cum periculo vitæ aliquando teneb[~]tur adultera ſuum crimen prodere; vt Soto placet: vt, ſi, ea tacente, verus hæres regnum ſit amiſſurus. Sed Soto aduerſantur Greg. de Val. Sà l. c. & alij.

Filius nõ tenetur matri credere, etiam ſi iuramento rem confirmet.

49 *Adultero non credenti.* Adulter, niſi moraliter certus ſit, filium eſſe ſuũ, ad nihil tenetur: non eſt autem certus dum probabilis de contrario dubitandi ratio intercedit. Vide Leſſium diſtin. 6. loco citato.

Cum impudicitiæ ſcelere, fuga digladiandum. Ioſeph caſtiſſimus adoleſcens fuga ſibi conſuluit: inedia macerandus corpus, impura venus vino nutritur.

Sæpe illic poſitis teneris adducta lacertis.
Purpureus Bacchi cornua preſſit amor.
Vinaque cum bibulas ſparſere Cupidinis alas.

Permanet, & capto ſtat grauis ille loco.
Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ.
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

BElle dictum à Comico. Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Cum de pollutione ſermo haberetur, omiſſum eſt, obliuione, quod hic attexo. D. Petro Cæleſtino dubitanti an poſt nocturnam pollutionem, quæ notu, ſine vlla animi labe, acciderat, rem Sacram facere poſſet, Chriſtus, dormienti apparens, dixit, non debere auimum à rerum Diuinarum exercitatione ſeiungi, cum ab immundæ carnis illecebris alienus eſt. Ex Petro de Aliaco Cardinali in vita S. Petri Cęleſtini cap. 8. apud Surium, 19. Maij.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimumſeptimum.

Man. D. Martini Nauar.

Notæ & Appendices,

DE Septimo pręcepto, Cath. Rom. Caniſius. Ioannes Heſſel. Conc. Colon. Tolet. lib. 5. c. 15. De furto D. Tho. 2. 2. q. 66. Caiet. Bannes, Val. Arragon. Salon, alijque Interpretes, Sot. lib. 5. quęſtion. 3. Couar. in Reg. Peccatum p. 2. §. 1. Lopez p. 1. cap. 91. Leſſius lib. 2. c. 12. Sà, & alij Summiſtæ. Vide Furtum Corona p. 1. c. 1. Carbo de reſtit. quęſtion. 2. Pet. Nauar. de Reſtit. lib. 3. c. 1.

2 *Quæ paruitas.* Paruitas materiæ poteſt efficere furtum veniale. De hac re Lopez p. 2. c. 92. Arragon ar. 6. l. c. Tol. capit. 16. loco citato.

Greg. de Val. t. 3. diſtin. 5. quæſtion. 10. par. 5. Conſiderat quantitatem ex damno, quod affert ablata res, vel ſecundum ſe, vel ratione damni, quod is patitur, qui ro, furto, fuit priuatus. Secundum ſe, eſt quantitas, iudicio prudentum, notabilis, ratione damni: ſi res ſit parua, & tamen ablata magnum damnum moraliter afferat. Quæ quantitas, ſecundum ſe, notabilis ſit, plures ſunt ſententiæ, paucis à Leſſio indicatę. Dubit. 6. l. c. Toletus, & Barthol. Med. Leſſio probati, cenſet, duos regales eſſe quantitatem abſolutè notabilem.

A labore ceſſat. Val. l. c. Sotum ſecutus Nauarrum redarguens, probabiliter cenſet; peccare mortiſere, qui exiguum inſtrumentum artifici adimit, vnde is, ceſſans ab opere, notabile damnum patitur. Leſſius l. c. num. 33. affirmat eſſe peccatū lethale, ob detrimentum, non tamen in genere, furti, quia quantitas non eſt notabilis, & Nauarrum in hunc modum optimè ſuam ſententiam confirmare, dicit.

3 *Quartum.* Vide Val. & Leſſium l. c.

4 *Excommunicatus non eſſet.* Leſſius loco citato.

Qui minimis furtis intendit, diuitias congerere, aut notabilem nummorum quantitatem, lethale peccatum admittit, quouis minimo furto ex vi eius intentionis manante ſingulis tamen furtis lethalem culpam non patrat; ſed in cæpta perſeuerat, & veniali ſcelere, ſe in ſingulis iuſicit. Tenetur reſtituere ijs, à quibus abſtulit, ſi cōmodè id fieri poſſit, ſi nequeat, pauperibus. Vide Leſſium Dub. 7. l. c.

Qui minimis furtis diteſcere non intēdit, non peccat mortiſere, niſi quando ad notabilem quantitatem, peruenit, multi cenſent vltimum furtum, conſtituens notabilem quantitatem, eſſe lethale piaculum. Leſſius putat eſſe veniale, ſed lethalem voluntariam rei alienæ in notabile quantitate, quæ tunc incipit, detentionem. Dub. 8.

Quid dicendum, ſi multi, minutis furtis damnum vni inferant graue?

Si communi conſilio id efficiant, lethaliter peccant omnes, tenenturque inſolidum reſtituere. Si caſu id accidat, & hic neſciat, quod ille facit, nemo mortiſere delinquit, nemo tenetur reſtituere.

Qui modicum ſurripit, & nullo modo hortatione, aut exemplo in cauſſa eſt, vt alij modica furentur, vnde graue damnū contingit, non peccat mortiſere, neque ad reſtitutionem obligatur. Hæc omnia probat Leſſius Dubit. 9.

Re-

Reſtitutio quid.

DE Reſtitutione D.Th.2.2.quæſtion. 62. Caiet. Bannes, Arragon, Salon, Val.alijque interpretes ibidem. Sotus l. 4.quæſtion.6.de iuſt.Couar.in Reg.Peccatum p.1.Adrian.Angles, & alij Scholaſtici in 4.diſt.15. Summiſtæ Vide Reſtitutio,Viguer.cap.5.§.1.num.9.Tolet.lib.5.à c.17.Lopez p.1.c.96.Io.Medina C.De rebus reſtit.Ludouicus Carbo. Petrus Nauar. integra Volumina, Leſſius lib.2.c.7. Rebellus de obligat.iuſt.

7 *Quia ſi bona fide.* De bona fide, Ludouicus Molina t.1.De iuſtitia tract.2.Diſp. 63. Couar. in Reg. Poſſeſſor p 2.§ 7.Io. Med.quæſtion.17.de Reſt. Leſſius lib.2. c.6. An poſſeſſor bonæ fidei fructus perceptos teneatur reſtituere, Leſſius c.14. Dubit.2.

Is bona fide tunc rem poſſidet, cum conſcientia (mentis exiſtimatio) ab animo non diſſentit, ideſt, quando animus actualiter, aut quaſi habitualiter ita rem apprendit, vt ſuam, vt etiam conſcientia ſuam eſſe credat.

At quando animus, hoc eſt, voluntas, rem vt ſuam habet, mentis autem exiſtimatio, ſeu conſcientia non eſſe ſuam exiſtimat, eſt mala fides. Sic Molina, l.c.

10 *Qui mala fide.* Molina, Leſſius l. c. Carbo q.83.de Reſtit.

11 *Specialis iuſtitia.* Commutatiue: cuius opus eſt reſtitutio. Vide Leſſium l. 2.c.7.Dubit.4.

Ex duplici fonte reſtitutionis obligatio manat, ex iniuſta acceptione, aut ex re iuſte, vel iniuſte adcepta. Vide D.Th.2.2. q 62.ar.6.7.Caiet. 16. & in Summa Vide Reſt. Leſſium Dubit.5.l.c.

Iniuſta acceptio continet, præter furtum, quodcunque damnum iniquo modo illatum, vt ſtupro, homicidio, rapina, adulterio, detractione.

Per rem acceptam intellige nō ſolum eam, quæ à domino ablata eſt, ſed eam etiam, quæ alicui ex iuſtitia debetur. Vide Leſſium l.c.

Quis reſtituere teneatur.

VIde Val. par.3. Toletum cap. 18. loco citato.

17 *Vt Iudex.* Carbo q.51.

Nono peccat. De concurrentibus in iniuſta acceptione Petrus Nauar.lib.3.cap. 4.à num.1.S.Tho.2.2.quæſtion.62.ar.7. Caiet Bannes, Arragon, Salon. ibidem: Greg.de Val.t.3.l.c.Couar.in reg.peccat. p.2.§.12 Leſſius optimè cap. 13.l.c.Sot. lib.4.q.8.ar 3.Io Med.q. 7. & 8. Caiet.in Summa Vide Reſtitutio.

18 *Cuius fuerunt cauſſa ſine qua &c.* Io.Med.Soti,& Leſſij ſententia eſt, iubentem, conſulentem, conſentientem &c. à reſtitutione non eſſe liberos, (etiamſi alius non fuiſſet, qui iuſſiſſet, conſilium dediſſet, conſentiſſet) ſi ijs permotus executor damnum intulit.

Iubens, conſulens, conſentiens, mandans &c. tunc reſtituere non tenentur, cum executor eodem modo, & æquè bene damnum illaturus erat; etiamſi nullus iuſſiſſet, conſilium dediſſet, conſenſum præbuiſſet, mandaſſet. Eſt communis ſententia à Leſſio quoque tradita l.c.

Quomodo poſitiuè cooperari neceſſe ſit, vt quis cauſa damni exiſtimetur. Leſſius Dub.3.

Conſulens, mandans. conſentiens, laudens, receptans tenentur totum damnũ compenſare, ſi totius cauſſa fuere; partem, ſi partis. Vide Leſſium Dubit. 4. Adiuuans, cooperans ad idem damnum indiuiduũ, etiamſi ſocius deliberaſſet, totum damnum inferre, tenetur inſolidum, at ſi ſeiunctum, diſtinctumque inferat damnum, & ad indiuiduum non cooperetur pro ſua tantum parte, debet illatum damnum compenſare. Vide Leſſium loco citato.

Quo ordine reſtitutio inſolidum facienda. diſſes ex eodem Dub.5.

20 *Sine cuius ope.* Vide Leſſium Dubit. 4.

22 *Confeſſarius.* Pet. Nau. lib.3.cap. 4.num.125.cenſet, Confeſſarium reſtitutioni obnoxium eſſe, ſi ex lata culpa penitens non reſtituit, vel quia fuit abſolutus: vel quia illi reſtitutio iniuncta non fuit. At putant nonnulli, non teneri ad reſtitutionem, neque eſt eorum ſententia improbabilis; quia ex officio ſpiritali bono pęnitentis, non autem temporali conſulere tenetur Confeſſarius. c.13.Dub. x.in fine.

Diſtinguens Leſſius Nauarri ſententiam, probabilem exiſtimat, ſi loquamur

de

de ijs,qui ex officio Curatores,& Paſtores ſunt animarum: cuiuſmodi ſunt Parochi,& Epiſcopi:at ſi loquamur de Regularibus,aliiſque Sacerdotibus, qui ex officio animarum Curatores non ſunt; contrarium verius putat;quin etiam probabile cenſet, neque Curatores animarum ex officio, reſtitutionis obligatione deuinciri: quandoquidē iuſtitiæ lege in ordine ad ſpiritualia obligati videntur.

Ex Indiis diues. De reſtitutione iniuſtè acquiſitorum in bello, Carbo quæſtio. 63.

Quid reſtituendum.

VIde D.Th.& Interpretes quæſt.62. art.2.loc.c.Greg.de Val.par.5.Tol. ca 22.l.c.Caiet.in Summa l.c.Pet.Nau. lib.4.c.1.

Res, quæ extat, reſtituēda;ſi non extet,æquiualens reſtituendum, V.Caiet. loc.cit.

25 *Torquem aureum*.Pet.Nauar. lib. 2.cap. 2 num 48. Hanc Nauarri ſententiam falſam vocat, & impugnat.

Quantum ad reſtituendum.

VIde D.Th.& interpretes ar. 3. & 4. l.c.Val.p.6. Tolet.ca.24.Caiet. loco citato.

Cui reſtituendum.

VIde D.Th.& Interpretes ar. 5. Val. p.4.Caiet.Tolet.cap.23.Io.Medina q.2.Pet.Nauar.lib.4 cap.2.Leſſium cap. 14.loc.cit.

29 *Acceptum à fure*. Val. l. c. cenſet, domino potius,quàm furi reſtituendum quod ab illo oblatum fuit.

Qui gratis à fure alienum accepit,domino debet reſtituere.

Qui bona fide rem alienam emit à fure,poteſt contractum dirimere, & à fure pretium recipere. Sic Leſſius Dubit. 3. loc. cit. Qui tamen probabilem iudicat contrariam Soti, Caiet. Couar. & Val. ſententiam.

Qui mala fide emit,vt rem poſſideret ſciens,aut dubitans eſſe furto ablatam,tenetur eam domino reddere.Sic cum Soto,Caiet.Nauar.Couar.idem Leſſius.Gabriel tamen; Hallenſis,Ang.Syl.non improbabiliter docent, cōtractum recepto à fure pretio,reſcindi poſſe.

Si res furto ablatæ ita rebus venditoris permixtæ eſſent: vt diſcerni non poſſent,non eſſent reddendæ, etiamſi extarent:nam ſcire non poſſes,quæ pars aliena eſſet Io. Medina q.10.Leſſius loco cit. in fine.

30 *Acceptum iniuſtè de voluntate dātis*. Quidam cēſent, acceptum pro quocumq; opere iniquo reſtituēdum. Quidam reſtituendum,aiunt, ſi ſit acceptum pro opere contra iuſtitiam. Quidam ſi acceptum ſit pro opere,quod Leges puniunt;quæ ſententia non eſt improbabilis Leſſio;cui placēt,quę modo adſcribo.

Spectato naturæ iure, quod accepiſti pro opere,quod eſt peccatum, ſiue iuſtitiæ repugnet,ſiue non, confecto opere, reſtituere non teneris Caiet. & Nauar. excipiunt quod iudex accepit, pro iniuſta ſententia ferenda. Ante opus confectum,quia prætermitti debet, facienda eſt reſtitutio.

Immo ſi ſpectes ius poſitiuum,verius eſt,te à reſtitutionis obligatione alienum eſſe. Idem fere Bannes 2.2.quæſ.62.ar.5. dub.3.concl 4.De hac controuerſia Carbo q.49.Et Pet.Nauar.lib.4.c.2 nu. 128. Vbi Sotum impugnat V. etiam Molina loco cit. infra.

31 *Meretrix*:Quidam cenſent,meretrices turpitudinis pretium reſtituere debere. Communis Theologorum,& Canoniſtarum opinio eſt, nullam mulierē moderatum pretium turpitudinis, ſine fraude,doloue acquiſitum, neceſſario reſtituere debere ſi datum ſit ab eo,qui donare poterat.De hac re Sot.lib. 4. quæſt. 7.artic.1.Couar.in reg.Peccatum. Salon 2.2. quæſtio.62. articul. 5. Contro. 4. P.2.S.2.
Bannes in eundem locum. Petr. Nauar. libr. 4. capit. 2. num. 120. Gregor. de Val. loco citato part. 5. Carbo quæſtio. 48. Molina t. 1. tract 2. de Iuſt. diſtinct 94.

Meretricem,titulo mercedis, non poſſe retinere,quod pro turpi actu lucratur Io. Med.Nauarrus,& quidam alij,putarunt;at communis ſententia probabilior

tradit

Digitized by Google

tradit, titulo, mercedis, & prætij poſſe ac cipere, & retinere. Iudas Thamar hædũ, quem fuerat pollicitus, tamquam preciũ. turpis actus miſit. V. Greg. de Val. Col 910. Salon. concl. 1. Sot. l.c. Gen. 38.

Meretrix, quę ſolet aureum nummum pro quolibet turpi actu accipere, ſi à iuue ne, qui illam deperit, quinquaginta tamquam mercedem, extorqueat, tenebitur quadraginta nouem reſtituere. Vide Leſſium lib. 2. cap. 14 Dubit. 8. num. 53.

Honeſta fæmina, ſi vſuram ſui corporis, 100. aureis ei uendat, qui illius peccuniæ dominus eſt, non erit reſtitutioni obuoxia. Leſſius ibidem.

Extorta à meretrice, vſitatis mendacijs, non eſſe reſtituenda, ait Sà V. Reſtitutio num. 4. Cum Sot. Bannes, & alijs, extorta communibus. ſed importunis blanditijs, reſtitui debere, ait Lopez p. 1. c. 96. Cum Caiet. Si falsò dicens, ſe Virginem eſſe, aut viro Principi tantum copiam ſui corporis feciſſe, extorqueat plus, tenetur reſtituere exceſſum pretij. Vide Sot. Lopez l.c Sanchez lib. 2. diſtin. 41. de mat. Caiet. 2. 2. quæſtion 62. ar. 5. ad. 2. Molinam l.c.

Quæ accepit à viro religioſis votis abſtricto, ob turpem actum, tenetur Monaſterio reſtituere, niſi Monaſterium obligationem reſtituendi remittat, vel ob paupertatem mulieris impudicæ, vel vt conſulat famæ Religioſi, qui ſi facultatẽ à ſuo Superiore aliquid alienandi habuiſſet, iniuſtè pro turpi actu id erogaſſet, neque enim Superior in eum vſum facultatem conceſſit, aut concedere potuit, nec ille quicquam proprij habere poteſt. Vnde miror, Bannes, 2. 2. quæſtion. 65. ar. 5. ab hac ſententia diſſentientem videri: à qua non diſſentit Pet. Nauar. lib. 4 c. 2. n. 122. Paludanum ſecutus.

34 *Ne Sacrilegium.* Cum Nauarro ſentiunt Io, Medina queſtion 26. Couar. par. 2. § 3 loco citato: at veriſimilius eſt, non eſſe faciendam reſtitutionem, niſi actio, aut omiſſio iuſtitiæ lege debita fuerit: aut ſi lege charitatis erga proximum debita ſit, ſine labore, aut ſumptibus effici poſſit. Hæc apertius declarat Leſſius Dubit 9. lib. 2. cap. 14. cuius dicta paucis aſſequar.

Pro opere, aut amiſſione debita ex iuſtitia nihil accipi poteſt; & acceptum reddendum eſt. Hinc Iudex, quod pro iuſta ſententia ferenda; teſtis, quod pro vero teſtimonio dicendo, accepit, reſtituere debet. Pro reddendo depoſito, inuentis, commodato, pro omiſſione furti, homicidij, detractionis, nihil accipi poteſt: hæc enim ſine labore, & ſumptibus fieri poſſunt, & debentur ex iuſtitia.

Pro opere debito ex charitate, quod labores, aut ſumptus non requirit, nihil accipi poteſt.

Datum pro actione, aut omiſſione in accipientis commodum, aut Dei honorem cedente, neceſſario reſtituendum non eſt. Hæc pluribus Leſſius.

Bannes l.c. Dub. 4. pretium datum, vt quis ceſſet à crimine contra iuſtitiam dãtis, ante Iudicis ſententiam reſtituendum putat, non autem datum contra iuſtitiã tertiæ perſonæ, contrariam tamen ſententiam multis probatã veriſſimilem iudicat.

36 *Ratio ſolida.* Periculum corporis, & labor pretio æſtimari poteſt. V. Citatos ad num. 31. non tamen deformitas. Vide Leſſium. Dubit. 8. c. 14. numer 52. Molin. l.c.

38 *Tamquam debitum.* Diſſentit à Nauarro Ludouicus Carbo q. 48. Concl. 6. cum D. Th. Caiet. Sot. Couar. & alijs, diſſentiunt. Salon l.c. Val. quæſtion. 6. p. 5. Bannes ar. 5. Molina l.c. & Lopez p. 1. cap. 105. qui toto capite diſputat probabiliter contra Nauarrum; cuius ſententia, vt fatear, quod ſentio, non placet.

41 *Debere illis conſulere.* Confutant Nauarrum Lopez, & Molina l.c. Ante actum turpem meretricis ſcelus eſt dare, & accipere pretium, nam qui dat, inducit ad peccatum lethale, qui accipit conſentit in illud, at poſt peccatum luxuriæ admiſſum, cum dolore præteriti criminis, & propoſito non peccandi in poſterum, nullum crimen eſt dare, petere, aut accipere pretium: nam debitum eſt ex iuſtitia, pro actu illo nonquatenus peccatum eſt, & Dei iniuria, ſed ratione laboris, periculi, aut damni, cui ſubijcitur meretrix, in gratiã viri, & rõne voluptatis, (vt Molina placet,) cũ actu illo cõiunctæ. qui tamẽ dãs petens, aut accipiens pretiũ impudici actus iam præteriti, illum approbaret, vel eo delectaretur, ſine dubio mortifero flagitio animum ſuum pollueret. D. 5. 4. lt.

Digitized by Google

lueret. Vide etiam Leſſium dubit. 8. cap. 14. nu. 60.

Septimo infertur. Vide Molinam loc. ci. & alios, quos paulo ante ad numerum 31. citauimus.

Vbi reſtitutio facienda.

DE hac re D. Th. l. c. ar. 5. ad 3. Interpretes ibidem. Greg. de Val. p. 8. l. c. Pet. Nauar lib. 4. cap. 3. Angles in 4. Sot. ad 3. Couar. num. 7. l. c. Leſſius capit. 15. Dub. 8.

D. Th. indiſtinctè loquens, dicit debitorem creditori rem debitam tranſmittere; ſi ea commodè tranſmitti queat; alioquin in tuto loco collocare. Diſtinctio, qua vtitur Nauarrus, alijque multi placet Pet. Nauar. l. c. nu. 4.

Quomodo reſtituendum.

Greg. de Val. p. 9. ad art. 5. aut. 6. D. Th. Tolet. c. 24. Caiet. c. 7. l. c. in Summa; Io: Med. q. 2. Barth. Med. lib. 1. Summæ cap. 14. § 30. Angles in 4. Pet. Nauar. cap. 5. loc. cit.

Quis ordo.

DE ordine diligenter Leſſius cap. 15 l. c. Val. p. 10. Pet. Nauar. cap. vltimo, Toletus cap. 25. Carbo, q. 92. S. Anto. 3. p. t. 2. c. 7. §. 3. Angles in 4. Ioan. Medi. q. 2. Lopez p. 1 cap. 111. Sà V. Reſtitutio num. 59.

48 *Componunt ſe.* De compoſitione incertorum V. Syl. Reſtitutio 8. quæſt. 8. Couar. p. 3. §. 1. l. c. Sotus 4. d. 21. q. 2 ar 4. Nau. de Iub. Notab. 29. §. 4. Lud. Carbonem q. 86. de reſt. Cordubam vberrime differentem q. 44. de Indulgentijs.

Debita certa; Quo ordine debita certa ſoluenda ſint, Leſſius Dub. 4. Debita certa non ſemper prius, quam incerta, ſoluenda ſunt: nam ſi res aliena, cuius dominus ignoratur, extet in ſua ſpecie, ea primo loco ijs reddenda eſt, quibus incerta conſueuerunt reſtitui; quia creditoribus res debitoris non aliorum debentur. Leſſius Dubit. 1. ex communi.

50 *Expreſſe hypothecatas, quāuis tacite ſint.* Fallitur Nauarrus Leſſij iudicio, docens, habentes expreſſas hypothecas tacitas habentibus anteferandos: nam ſi tacitæ hipothecæ expreſſis priores ſint: has habentes præferuntur; exceptis nonnullis caſibus in iure expreſſis:

52 *Per contractus licitos.* Quidam putant, ſoluendas prius debita ex delicto. Quidam nonnullum ordinem admittūt inter debita ex delicto, & ex contractu; ſed vtraq. perſonalia exiſtimant ſine prælationis iure; dum res ex contractu apud debitorem non extet. Hæc ſententia verior Leſſio videtur. Dub. 3.

Expreſſè aſſentior. Quando ſunt plures creditores perſonales nullo prælationis priuilegio muniti; qui prius debitum ſibi ſolui petet, eſt præferendus; etiamſi tempore non ſit prior. Vide Leſſium Dubit. 5.

53 *Et præfata regula.* Diſſentiens à Nauarro Leſſius, Dubit. 6. hanc regulam inter eos creditores ſeruandam docet; qui eandem rem ſibi hypothecatam habent: non autem inter chirographarios, ſeu perſonales, qui hypotheca, & iure prælationis carent.

Quando eſt reſtituendum.

VIde D. Th. & interpretes ar. 8. Greg. de Val. p 7. Caiet. in Summa loc. c. cap. 6. Sot. art. 4. loc. cit. Pet. Nauar lib. 4. capit. 4.

57 *Ad bona aliena inferioris Ordinis.* Regula eſt Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 6. quæ Soto non placet lib. 4. q. 6. ar. 3. Vide Lopez p. 1. q. 116. Val. P. 7. Couar. in Reg. peccatum par. 1. num. 6. Bannes, 2. 2. quæſt. 62. artic. 6.

61 *Licet ad pinguiorem fortunam.* Cōtra Nauarrum Greg. de Val. quæſ. 10. p. 5. Pet. Nauar. num. 25. l. c. De hac re Carbo q. 81. Leſſius c. 16. Dub. 2. Nauarrus placet lib. 5. c. 24.

Qui furatur ante extremam neceſſitatem, & id, quod abſtulit in extrema neceſſitate conſumit, ſi pinguior illi arrideat fortuna, tenetur reſtituere, Carbo Leſſius l. c.

Si res quæ in extrema neceſſitate quis ſurripuit non ſit vſu cōſumpta, reſtituen

da

Digitized by Google

da eſt,neceſſitate tranſacta.Leſſius ibid.

63 *Pro dignitate ſui ſtatus viuere*. Si ſtatus honeſte ſit acquiſitus, & creditor eadem non præmatur neceſſitate Val. p. 7.cauſa 4.Vide Leſſium num.19. Couar. par.1.n.1.Sot.ar.4.loco citato.De hac re diſputat multis Corduba q.68.

De cauſis, quæ excuſant à reſtitutione omnino,vel ad tempus,Leſſius ca.16. Val.p.7.Toletus ca. 26. Carbo quæſt.85. Io.Med.q.3. Vbi duodecim cauſas recenſet.

67 *In Purgatorio.* Animæ purgatorijs ignibus cruciatæ ſoluunt temporaneas pœnas pro remiſſis criminibus debitas; vel aliquo veniali ſcelere obſtringũtur, quod in ijs flammis remittitur; vt quibuſdam placet,ſunt Diuina gratia prædi tæ,& de ſua ſalute ſecuræ: & quamuis mereri,aut demereri nequeant: alienis tamen viuentium culpis non offenduntur.

Pro ſe orare poſſunt, ad impetrandũ; & fortaſſe etiam pro viatoribus: V.Suarez t.2 de Relig.lib.1.c. 11. De oratione in Communi.

De impediente bonum alienum.

VIde Couar p.2 §.7.n.7.loc.ci.Sot. lib.4.q 6.ar.3.D.Th.2.2.q. 62. ar. 2. Et interpretes, Salon controu. 25.ibidem Carbonem q.30 Caiet.2.2.q. 62.ar.2.dub 3. Leſſium lib. 2. c.12. Dub. 18 Sà V.Reſtitutio n. 21.

Qui vi,dolo,fraudeuè impedit aliquẽ ne beneficium, officiumuè, quo erat dignus: aſſequatur: vel ne aliquid ei legetur,aut donetur, vel ne hæres conſtituatur reſtituere debet, quanti valebat ſpes illa. boni viri iudicio.

Qui nulla vi, fraudeuè adhibita; ſed muneribus precibus, blandis verbis id efficit,(etiam animo flammis odij accenſo) non eſt reſtitutioni obnoxius. Eſt contra Caiet.& Couar.

At ſi fraus, morali æſtimatione, damni cauſa non putetur, ſed ſolum occaſio, nulla eſt reſtitutionis obligatio: nam ex vi,fraudis,damnum nõ accidit.Hæc Leſſius l.c.

Qui prætermiſſo digno, in indignum contulit beneficium,Eccleſiæ debet reſtituere, Sot.lib.4.q.6.ar.3. Val.t.3.d.5.q.7. p.2.At alij contra. V.Caiet.2.2.q. 62. ar. 2.Salon,l.c Eccleſiæ, & digniori reſtituẽdum putat. De hac re Bannes l.c. Pet. Nauar.lib.c.2.n.119.& Leſſius lib.2.cap.34. Dubit.15.Sà V.Reſtitutio nu 51. ibique relati.

Qui ſibi,aut alij minus digno, digniore omiſſo,Beneficium curauit; ſi ſit idoneus,& beneficium ex ijs nõ ſit, quæ per oppoſitionem conferuntur,non tenetur reſtituere,nec reſignare,etiamſi alterum magis idoneum putat.ex Leſſio l.c.dicto primo,& ſecundo.

Quæ cauſſæ reſtituendum. &cæt.

VIde citatos ſuperius poſt numerum 63.

75 *Neceſſitas*; V.Leſſium ca.26. Dubit.1.

Condonatio; De hac Leſſius Dubit. 2. Sed in remiſſione hæ conditiones requiruntur, vt ſit libera,ſine vi,& fraude; vt ſit ab eo qui eſt dominus: vt non fiat in caſibus iure exceptis,quos loc ci. Leſſius refert.

84 *Illud tale venditori* V.Tol.lib.5.c. 17.in fine.

Si exiſtimes reſtitutionem creditori, aut alteri nocituram,differre cum potes: interdum debebis charitatis, aut iuſtitiæ lege.V.Leſſium Dubit 4 l c.

Si quod mihi debes, meo creditori ſoluas, liber es in conſcientia ab obligatione reſtitutionis,V.Leſſium Dubit. 5.

Si res debita in ſpecie aliena, ſine tua culpa,mora,aut pacto perijt,domino perijt: Vnde liber es à reſtitutione; at ſi aliena ſit,ſed tua in ſpecie, non es liber, ſi perijt.V.Leſſium Dub.6.

Quid dicendum de homine oppreſſo ære alieno Religionem ingreſſo. Idem Dub. 8.

Si creditor ſit excommunicatus, probabile, eſt reſtitutionem differri poſſe; donec abſoluatur; at contrariam ſententiam veriorem putat Leſſius Dub.9.

85 *Præſcriptio*.De hac Summiſtæ, V. Præſcriptio,Sot.lib.4.quæſt.5.art.4 Couar.in Reg.poſſeſſor par. 2.§. 1. num.4. Greg.

Digitized by Google

Greg. de Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Io. Med. q. 16. de Reſtit. Ludou. Mol. d. 60. & 61. de Iuſt. t. 1. tract. 2. Tolet. lib. 5. c. 26. Carbo q. 84. Leſſius lib. 2. c. 6. Salon de Iuſt. q. 5. de dominio art. 7.

Legitima præſcriptione acquiſita non ſunt reſtituenda. Vt aũt præſcriptio legitima ſit requiruntur hæ cõditiones: Poſſeſſio, Titolus pſumptus, Bona fides, continuatio poſſeſſionis cũ bona fide, per tẽpus à lege ſtatutũ. V. Syl. V. Præſcriptio n. 1. Leſſiũ Dubit. 2. Val. l. c. qui duas alias addit conditiones, vt res ſua natura præſcribi poſſit, & tempore, quo res præſcribitur, bona fides non interrumpatur; ſed hæc continetur in quarta. Cõditiones ad præſcribendum neceſſarias, perpẽdit Molina à q. 62. vſq; ad 80.

Res oblatæ furto, liber homo, obedientia, limites prouinciarum, Epiſcopatuũ, Parochiarum, res in publicum cõmodũ deſtinatæ, & alia quædam præſcribi non poſſunt. V. Molinam d. 79. l. c.

Dubitans, an res ſua ſit, nón habet bonam fidem ad poſſeſſionem inchoandã. Leſſius Dubit. 5. l. c.

Vſucapio. V. Tol. Leſſium Dub. 1. Mol. d. 60. Vbi de exceptione, Vſucapione, & Præſcriptione.

86 *Ceſſio bonorum*. Hæc excuſat in foro conſcientiæ à reſtitutione: at ſi qui bonis ceſſit pinguiorem fortunam adipiſcatur, tenebitur reſtituere. V. Leſſiũ c. 14. Dub. 3. Carbonẽ q. 83. Sot. q. 7. a. 4. l. c. in fine.

88 *Impotentia*. De hac ſupra. V. Leſſiũ Dub. 1. multis differentem, Carbonẽ q. 80

89 An vitæ, famæque amittendæ periculum excuſet à reſtitutione, Carbo q. 89. Cum famæ periculo res, etiã magnas, nõ eſſe reſtituendas, probat Pet. Nauar. lib. 2. c. 4. De Reſt. contra Sot. & Mercadũ. V. et lib. 4. c. 4. n. 28. & citatos ſuperius ad n. 57. nec non Cord. q. 68. & Tol. c. 27. l. c. Alienum reſtituendũ domino, cum vitæ periculo, ſi is quoque extremã patiatur neceſſitatem; alij aiunt, alij negãt. V. Tol. cap 24 l. c. In pari neceſſitate creditoris conditionem potiorem eſſe, exiſtimauit Leſſius cap. 16. Dub. 1. num. 19

De reſtitutione incertorum.

DE hac re Leſſius c. 14. Dub. 6. 7. c. 16. Dub 10. Carbo q. 76. 77. Tol. lib. 5. c. 23. Sot. lib. 4 q. 7. a. 1. Pet. Nauar. libro 4. c. 2. num. 40.

Illa debita ſunt incerta, quorum domini, poſt diligentem inquiſitionem, bona fide factam reperiri nequeunt. Hoc Sot. quoque teſtatur. l. c.

In re magni pretij maior diligentia, longiorisq; temporis adhibenda, vt eius dominus inueniatur. Leſſius Dub. 6. c. 14

Incerta ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, poſitiuo ſaltem iure, & conſuetudine, in pauperes, ſeu in alios pios vſus erogãda ſunt: immo naturali iure, vt multis placet, quibus Leſſius aduerſatur: putãs, humano tantum iure, pauperibus, aut pijs cauſis incerta deberi. Immo Pet. Nauar. lib. 4. c. 2. n. 47. Incerta ex contractu, poſt diligentem indaginem non eſſe neceſſariò, reſtituenda, aſſerit, cum de illis non extet lex, vt de incertis ex delicto. Quam ſententiã non improbabilem cenſet Leſſius, quamuis dicat contrariam magis piã in praxi vſurpandum eſſe.

Qui habet incerta, & eſt verè pauper, ea ſibi retinere poteſt; ſi ad meliorem fortunam redierit, veris pauperibus reſtituere debebit: ſed hoc poſtremũ, quod cõis docet ſententia, nonnulli negant.

Inuentorem rei alicuius, ſi poſt diligẽtẽ inquiſitionem dominũ non inueniat, ſibi retinere eam poſſe, ait Sot. lib. 5. q. 3. a. 3. ad 2. negant DD. alij communiter. V. Leſſium Dub. 7. l. c.

Naufragantium bona ad litus maris eiecta, qui occupat, excommunicatus eſt, per Bullam Cœnæ.

93 *Maxime de conſilio*. Vide Leſſium dubit. 6. l. c. Pet. Nauar. num. 55. l. c.

Quod per compoſitionem. V. Leſſium c. 16. Dub. 11. & ceteros ſupra ad numerũ 48. Bãnes, 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 6. Io. Med. q. 31. cauſa 11. Nauar. de Iub. not. 29.

Incerta neque ad vitandum peccatũ, neque ad obligationem reſtituendi non contrahendum, pauperioribus, & melioribus reſtituenda non ſunt. Pet. Nauar. num 59 l. c. Qui tamen extreme egerent, grauiter indigentibus, & hi non grauiter egenis, præferendi eſſent. ex eodem.

De fructibus beneficiorum male impenſis.

94 CEnſet Nauarrus, beneficiarios contra iuſtitiam peccare, & reſtitutioni obnoxios eſſe, ſi fructus Beneficiorum in prauos vſus impendunt. Pecc

Digitized by Google

care mortiferè, ſed non contra iuſtitiam, ac proinde non eſſe lege reſtitutionis obſtrictos, ſi id faciant, docet Sotus ex D. Th. Idem ſentiunt Bannes 2.2.q.32 ar.6. Couar. in c. cum in off de teſtam. n.3. Ludouic. Molina d 144. I. c. D. Th. Quodl 6. ar. 12. 2.2. q. 185. ar. 7. Adrian. de Reſt. Caiet. 2.2. quæſtio. 62. artic. 5. in fine. Abul. quæſtio. 74. in capit. 6 Matth. Io. Arboreus, Ledeſmius, Sarmiento, & Pet. a Sot. à Molina relati. Sà Vide Beneficium num. 44. Leſſius lib. 2. cap. 4. Dub. 6. Nauarri Sententiam probabilem, Soti veriorem appellat. Loquimur autem de clericis ſæcularibus, & de illa redvituum Eccleſiaſticorum parte, quæ ſuperat congruentem Beneficiorum ſuſtentationem: nam de parte congruenti ſuſtentationi neceſſaria non eſt certamen; neque de beneficiis Religioſis, qui ſolam habent Eccleſiaſticorum fructuũ adminiſtrationem: in communi enim tantummodo ex Religioſorum hominum congregationes, quæ bona immobilia, & redditus poſſidere poſſunt, bonorũ temporalium dominiũ habent.

V. Leſſiũ Dubit. 5. loco citat.

Beneficiarij ſeculares tria bonorum genera habere poſſunt, Patrimonialia, quaſi Patrimonialia, Eccleſiaſtica, quaſi patrimonialia ſunt, quæ acquirunt celebrando, conciones habendo, confeſſiones audiendo, & ex beneficiorum fructibus, parſimonia, congruenti ſuæ ſuſtentationi demendo. Patrimonialium, & quaſi patrimonialium abſoluto dominio potiuntur, nec non illius partis Eccleſiaſticorum; quæ ad congruentem eorum ſuſtentationem requiruntur. Hæc Nauarrus quoque concedit: ſed negat, illius partis eos eſſe dominos, quæ honeſtæ ſuſtentationi ſupereſt: At alij, quos recenſui, à Nauarro, quo ad hanc quoque partem, diſſentiunt: & meo quidem iudicio, probabiliſſimè. Probationes, breuitatem ſecutus, omitto: eas videas apud Leſſium loco citato Carbo quæſtione 61. Nauarro adhæret.

Præceptum contra ſeptimum peccant hi.

91 Q*Virem Sacram*. Cum ſit iniuria rei ſacræ in eo, ad quod eſt ſantificata, Sacrilegium admittitur.

96 *Vt iudex pro ferenda*. Vide Leſſium. cap. decimoquarto Dubitat. nona, Sà Vide Reſtitutio n.9. ibique à me citatos.

Confert illud indigno. Et tenetur reſtituere Eccleſiæ, cui damnum intulit, vt multi cenſent; vel digno, vt alij nolunt, Salon controu. 3. in quæſtione 62. articulo ſecundo, ſecunda ſecundæ Eccleſiæ, & digno prætermiſſo reſtituendum, cenſet. Vide Petrũ Nauarrũ, libro c. ſecundo, numero 144. Gregorius de Valentia diſtinctione quinta, quæſtione ſeptima, parte ſecunda, quæſtione ſexta, loco citato, Sà Vide Beneficium n. 43.

98 *Quæ in mari*. Vide Leſſium cap. 14. Dubit. ſeptima. Sayrum libro tertio, cap. octauo. De cenſuris. Cum bona naufragantium pro derelictis habentur, ſine peccato à quocunque occupari poſſunt. Quando autem habeantur pro derelictis iudicare, non eſt facile. Quatuor coniecturas leges apud Sayrum l. c. num. 9.

101 *Ob debita*. Detantus in carcere ob debita, quæ ſoluere nequit, & fugere poteſt, & ab alijs ad fugam iuuari. Sa Vi de Iudiciales actus, vbi de reo numero decimo. Vide Salonium ſecundæ ſecundæ, quæſtione 69. controu. 3. concl. vlt. artic. 4. Si queat ſoluere, fugere nequit.

V. Cordubam quæſtione 195

102 *Rumpendo carcerem*. Henricus de Gandeuo Quodl. 9. artic. 25. negat, licere carcerem frangere: id licere interdum, docent multi. De hac re Caiet. Arragon, Salon Bannes 2. 2. quæſtione 69. artic. quarto, ni fallor, Couar. libro primo, var. reſol. cap. ſecundo, numero decimo, Sot. libro quinto, quæſtione ſexta, art. quarto Tolet. libro quinto, cap. ſexto Valentia, diſtinctione quinta, quæſtione decimatertia, parte quarta, Leſſius diligenter libro ſecundo cap. 31. Dub. quinta, Comitolus libro quarto, quæſtione decimaquinta. Reſp. mor.

Damnatus ad carcerem temporarium fugere non poteſt: damnatum ad perpetuum, poſſe, fugere, probabile eſt. Leſſius Salon loco citato excipe damnatos ad carceres cenſorum fidei. Caiet. tamen, Sot. & Couar negant, damnatum ad perpetuum carcerem fugam capere poſſe.

Qui iuſtitiæ miniſter non eſt reo, cui fugere licet, fugam, & carceres fractiorẽ ſuadere poteſt; & præbere inſtrumenta

ad

ad frangendum: ſed hoc ſecundum, quod Salon, Couar. Leſſiuſque tradunt, eſt cōtra Sotum.

Quamuis poſſis aliquando reo præbere inſtrumenta; quibus carcerem effringat; non potes tamen exterius frangere; vt eum eximes. Soli reo hoc permiſſum, ob incommodum, cui ſubijcitur. Leſſius Dubit. ſexta loco citato.

103 *Qui captiuus fugit*. Vide de hac re Molinā diſtinctione 37 loco citat. Couar. in Reg. Peccatum parte ſecunda. §. 11 numero ſexto, Bannes 2.2. quæſtione 40. artic. ſexto, Dub. vltimo. Salon 2.2. quęſtione tertia, articulo primo. De dominio, Valentia diſtinctione tertia, queſtione 16. parte tertia, loco cit. Leſsius lib. 2. cap. diſt. 5.

105 *Abbates, Religioſi, Moniales*. Clemens Octaus Anno 1594. die ſecunda Iulij, Religioſos vtriuſque ſexus numerum largitione interdixit, conſtitutione Religioſæ Congregationes, quam habes apud Sorbo Capucinum, in Compēdio Priuilegiorum, cum notis quibuſdam, & apud Stehpanum Quaranta in Summa Bullarii V. Munerum largitio. Nullo prætextu, aut cauſa, (quæ in generali Capitulo diſcuſſa non ſit) donare poſſunt, (ne communi quidem nomine Religioſi lenioribus munuſculis exceptis, ſiue eſculentis, ſiue poculentis, ſiue ad deuotionem ſpectantibus: quæ tamen non particulari, ſed communi nomine de cōſenſu Conuentus, donanda ſunt. Qui aliquid à Religioſo ſolemnibus votis obſtricto, ſiue viro, ſiue fœmina, accepit contra Clementis præceptum, hac conſtitutione expreſſum, ſuum illud non facit: & niſi actu reſtituat, abſolui non poteſt. Hæc omnia Clemens 8.

Hanc conſtitutionem, in ijs, quæ per ſe, voto paupertatis non repugnant, vbique receptam eſſe, non affirmarem, multos id negantes audies.

Filij qui ſunt. Vide Leſsium de hac re, lib. 2. c. 12. Dub. 13.

Neque etiam vxor. Leſsius legendus Dubit. 14. l. c.

112 *Qui occulte recepio* Leſsium lege Dubit. 10 l. c. Si rem tuam apud alium, iuſto titulo, extantem (vt porè locationis, pignoris) occultè capias, furtū patras, & reſtitutionis vinculo deuinciris: iniuſtè .n. alium ſuo iure priuas. V. Leſsium l. c.

116 *Poſſes reſpondere ſe neſcire*. V. Sotum de ratione tegendi ſecretum.

117 *Legata pia ſo la* voce relicta, hæres tenetur ſoluere in conſcientia; duo. n. teſtes ad probandum, in foro exteriori neceſſarij ſunt: Mol d. 134. l. c Couar. in c. relatum de Teſtam. num. 8.

118 *Licet cum extrema* V. D. Th 2. 2. q. 66. ar. 7. & Interpretes; Leſsium lib. 2. Dubit. 12. l. c. *loco citat.*

Probabile præterea cenſeo, cum Leſſio, alijſque non peccare, qui in graui neceſſitate occultè à diuitibus ſurripit; ſi malū illud alie rōne ꝓpulſare nō poſsit.

120 De acquiſitione, & amiſsione dominii ferarum Molinina d. 41. l. c. *Qui venatum*: De venatione, Molina à d. 43. Carbo q. 34. de reſtit. Leſsius lib. 2. c. 5. à Dubit. 6. vſque ad 11.

122 *Cum obligatione reſtituendi*. Non tenentur tñ ad mulctā delinquentib. propoſitā, Leſsius c. 13. Dubit. 10. l. c. quamuis id affirment Pet. Nauar. & Salon.

126 *Columbarium*. De columbario, Caiet. Fumus Sā V. Columbarium, Angles in 4. Carbo q. 36. Val. t. 3. d. p. 5. q. 6. Molina t. 1. de Iuſt. d. 48. Leſsius lib. 2. c. 5. Dub. 6. Salon 2. 2. q. 62. ar. 3.

Aſtenſis dixit, columbas tantum prodeſſe, quantum nocent, quod alii negāt.

Si columbarium habes præbe pabulū neceſſariū colūbis tuis vt minus nōceāt.

127 *Reſtituere*: Couar. quoque Reg. peccatum p. 2. §. 8. nu. 14. Angles in 4.

De participantibus in damno dato.

130 *Vt ſi partis partem*. Vide Leſsiū ca. 13. lib. 2. & alios ſuperius relatos ad num. 17. V. Nono peccat.

139 *Qui tamen minutatim* V. Tol. li. 5. cap. 16. Vltimum furtum, cum ad notabilem quantitatem ventum eſt, mortale peccatum eſſe, tradit Lopez p. 1. c. 93. cū Medina, & Soto, contra Nau. Sotum ſequitur Corona p 1. c 2. n. 28. Vide notata ad nu. 4. huius capitis.

De peccatis patrum circa bona filiorum.

141 *Caſtrenſe*: De bonis caſtrēſibus, Molina d 230. De quaſi caſtrēſi

1 *Si de actu ipſo*. V. Pet. Arragon. 2.2.q. 64. ar. 7 pag. 291. D. Aug. lib. 1. cap. 18. De Ciuit. C. Ità ne 32. q. 5. Leſſium lib. 4. c. 2. Dubit. 16.

An ſententiam peccare mortaliter. Caiet. 2. 2. q. 154. arr. 4. in fine mortiferè peccare, ait, fœminam àb alio oppreſſam, ſi ſe clamare non defendat, & non reſiſtat. Sà V. Luxuria num. 15. I n hanc ſententiam propendet. Intellige, ſi clamor ſit profuturus. Puella, quæ in vrbe oppreſſa non clamaſſet, obruebatur lapidibus. Deut. 22.

3 *Vna ex ſex ſpecierum*. De Luxurie ſpeciebus Leſſius lib. 4. c 3. Dub. 6. De fornicatione Dub. 7. De ſtupro, & raptu Dubit. 9. de Adulterio Dub. 10. de Inceſtu Dubit. 11. de Sacrilegio Dub. 12. De peccato contra naturam, Dubit. 13.

Vir cum Viro. Et fœmina cum fœmina eſt ſodomiticum ſcelus. V. Sà l. c. num. 5. & citatos à me in eum locum.

Scelus impurum viri cum fœmina in vaſe præpoſtero Sodomiam eſſe, cenſet Leſſius l. c. d. 13. Sed ſpecie differentem ab ea, quæ eſt viri cum viro. Sodomiam appellat Couar. 4. Decret. p. 2. c 7. §. 5. nu. 7. Card. in clem. 2. de ſanguin. & affi. Sul. clarus l. 5. ſent. c. 30. §. Sodomia num. 3. V. notata ad lib. 5. cap. 13. Inſtruct. Sacerd. Toleti. Quidam tamen hoc ſcelus innominatum appellant. Si vxor ad hoc ſcel⁹ prouocetur à viro, poteſt diuortium petere: vt quibuſdam placet. De hac re legendus Sanchez lib. 10. d. 4. de Matrimonio, vbi de diuortio.

Inter cauſas, ob quas turcicis mulieribus diuortium permittitur, vna eſt, ſi viri præter naturæ præſcriptum, eis abuti conentur. Ita Augerius Giſlenius Busbequius, Epiſtola. 3. turcicæ legationis.

Sodomia fœminæ cum fœmina (quæ ordinaria plectitur pœna, quando patratur inſtrumento aliquo, ex quacunque re confecto) diuortij cauſa eſt, ſi tamen in naturale, aut præpoſterum fęminæ vas trãſfundatur. Sanchez l. c. num. 5.

Religioſus. Si ſacerdos, ſolemni trium votorum nodo deuinctus Luxuriæ ſcel⁹ admittat duplici, vt multis videtur, ſe ſacrilegio obſtringit; contra Sanctitatem ſuſcepti ordinis, & ſolemnis voti caſtitatis: at alij ſimplex ſacrilegium agnoſcũt: illæ enim obligationes eiuſdem ſunt rationis. circumſtantia tamen in eadem ſpecie peccatum auget. Vtramque ſententiã probabilem arbitratur Leſſius Dubit. 12. l. c. Secundam veriorẽ vocat Corduba q. 3

Monachas violare. Capitis ſupplicium, & bonorum Monaſterio tribuendorũ priuatio ſunt pœne contra Sacrarum Virginum violatores, & in conſiliũ, auxiliũuè dantes. c. ſi quis rapuerit (ex Iuſtiniani Nouellis) 27. q. 1.

Occultè fornicata. Putant nonnulli, occulto ſtupro corruptas poſſe, velo conſecrationis inſigniri, contraria ſententia eſt cõmunis; quam ſequũtur Rodericus t. 1. q. Regul. q. 64. ar. 3. (ubi de hac re multa) Leſſius Dubit. 16. l. c. Comitolus tom. 1. Reſp. Mor. lib. 4. q. 17. Sà V. Conſecratio num. ſexto, & alij, quos ad eum locum recenſui.

Corrupta occultè, ſine diſpenſatione, velum accipiens, mortiferè peccat, ſecundum communem ſententiam, Diſpenſare poteſt Epiſcopus, pro foro conſcientiæ. Et Sacrum Romanæ Pœnitentiarię Forum Confeſſario ab oratrice eligendo concedere ſolet, vt cum illa diſpenſare queat: neque eſt neceſſe, vt illa ſuum nomen ꝓbat Pænitentiarię, aut confeſſario.

Etiam de illa, quæ voluntarie ſe polluit. Nauarri ſententiam probat Comitolus q. 19 l. c. At ego exiſtimo, voluntarie pollutas, ſine fractione virginei clauſtri, cõſecrari poſſe: quamuis irreparabiliter virginitatẽm amiſerint. Nam, ſecundum ſtatum, in facie Eccleſiæ, Virgines ſunt, integritate clauſtri non amiſſa, & vulgo dicuntur Virgines: & ſtuprator eſſet, qui eas vitiaret. Adſtipulantur huic opinioni Caiet. Fumus, V. Virginum conſecratio. Graffius lib. 2. c. 88. Dec. Aur. num 8. Sà l. c. Leſſius lib. 4. c. 2. Dub. 16. Viualdus in Append. c. 5. nu. 35. Henricus; lib. 10. cap. 24. in Gloſ. l. m. Io. Bapt. corr. q. 26.

Eccleſia profecto, ſolam carnis integritatem requirere videtur, ab Epiſcopo enim, vt ex Pontificali conſtat, de illa interrogandæ ſunt Moniales, conſecrationis velum ſuſcepturæ.

6 *Vt contingat ei pollutio*. De pollutione diligenter Leſſius dub. 14.

7 *Quæ inuito*. Quando, aliquid licitum agens, pollutionis periculum non aduertis, & ea, inuito te accidit, peccatum nullum eſt. Hoc quoque Leſſius l. c. nu. 103. At ſi periculum aſpicias, & ideo actionem

nem non licitam efficias, imperfectè tamen, animoque ad alia conuerſo, tunc ſi contingat pollutio, erit venialis. Ex eodem l.c.

Vt ſibi dormienti contingat. Sot. 4.d.12. q.1.art 7.col.5. Lopez c 74.l c.negant, licitum eſſe cupere, vt pollucio accidat: nec improbabiliter, at verior ſententia Toleto lib.5.cap.13 Leſſioque num.105. probata, docet, pollutionem ſimplici affectu deſiderari poſſe, cauſa bonæ valetudinis, aut depellendæ tentationis, animiuè tranquillitatis adipiſcendæ: nunquam tamen ad voluptatem captandam. Greg. de Val. refellens Nauarrum, ait, nunquã licere pollutione, quæ ſine culpa accidit, ob ſalutarem effectum, delectari. *loco cit.*

Procurare pollutionem, vel ad eam ciendam auxilium præbere, vel aliquid efficere, vt illa contingat, ſemper nefas eſt quare non licet medico ægrotum ad eam hortari, neque aliquid docere, quod illam excitet: neque aliquis ita illam cupere poteſt; vt ex illa tam acri cupiditate ad eandem concitetur. V. Leſſium l.c.

8 *Nimis calida.* Sic Leſſius quoque nu. 100. loco citato.

9 *Ne illa concipiat.* Quando aliquis generationem impediuit, conſidera; an Sixti Quinti conſtitutionem violauerit, contra aborſum procurantes, & impedimenta obijcientes, ne fœminæ fœtum concipiant. Eius initium eſt, *Effrænatam.* Habetur conſtitutio apud. Quaranta V. Aborſus, in Bullarij Summa, & eius moderatoria Greg. X I V.

Quale ſcelus conceptionem impedire Sanchez lib.9.d.20.

Delectatio. De moroſa delectatione Caiet. Vide Delectatio. Gregorius de Valentia, tomo ſecundo, diſtinctione ſexta, quæſtione quarta, parte quarta, Leſſius Dubit. 15. loco citato Azorius, tomo primo, libro quarto, cap. ſexto; Inſtit. Mor. Lopez p.1.cap.75.

10 *Viduum, & Viduam.* Poſſunt viduæ mortiferè peccare, dum præteritarum coniugalium voluptatum recordantur, ob periculum conſentiendi in lethalem delectationem; immo, ratione huius periculi, plerumque eas mortiferè peccare, arbitratus eſt Valentia, loco citato. Placet optimè, quod Leſſius tradit numero 120. Viduam, ſcilicet, præterita coniugali copula oblectari non poſſe; ſi imaginationis vi eam tamquam præſentem, & nunc vſurpatam ſibi proponat: Corporis .n. immutatio inde emanans non eſt illi modo licita.

Coniux, ſi abſente coniuge, ſine pollutionis periculo, ex imaginatione cõiugij actu delectationem percipiat, mortifera culpa non afficitur, in eo enim ſtatu (qđ viduæ non conceditur) poteſt actum illũ, mente conceptum, exercere; ob periculũ tamen, poſſet eſſe mortale: quare monendi ſunt coniuges; vt abſtineant ab his cogitationibus. Vide Caietanum, & Leſſiũ numero 121. Si coniux adſit, id nunquã, Leſſij iudicio, lethale piaculum erit, quia periculi pollutionis ratio non militat. De hac re Comitolus libro primo, quæſtione 134 Reſp. Mor.

Eſt autem communis D.D. opinio, delectationem moroſam eſſe eius ſpeciei, cuius eſt opus, quod ad eã ſpectat; vt formale eius obiectum. Vt delectatio ex cogitatione adulterij ad adulterium, ex ſtupri ad ſtuprum pertinet,

Amplecti, exoſculari. De oſculis, & tactibus D. Thom. & Caiet. ſecunda, ſecundę, quæſtione 154. art. quarto, Greg. de Valentia, tomo tertio, diſtinctione nona, quæſtione, parte tertia, in fine: Leſſius diligenter Dubit. octaua, loco citato, Sã Vide Luxuria numero 13. De his inter ſolutos, Comitolus egregiè libro quarto, quæſtione 19.

Oſculum vſurpatur. 1. in amicitiæ ſignum. 2. ob delectationem copulæ. 3. ob ipſius oſculi, ſecundum ſe conſiderati, voluptatem.

Oſculum primo modo licitum eſt, & inde manans delectatio: ſecundo modo, extra coniugium, lethale eſt illiusque actus ſpeciem reſpicit, ad cuius voluptatem reuocatur. Duobus autem modis vſurpari poteſt, 1. Vt ſit ad venereum actũ diſpoſitio. 2. Vt ſit ſignum, quod mẽti impurum actum repræſentet, vt homo hac ratione impuri actus, delectationem capiat. Vtroque modo mortiferum eſt.

Controuerſum eſt: an vſurpans oſculum, pro ut actus, qui carni placet, & remote ſeminationi aditum parat, lethali crimine ſe ſe abſtringat, ſi nullum ſit pollutionis, aut impuri conſenſus periculũ,

& eam tantum voluptatem velit, quam ipſum oſculum gignit.

Martinus de Magiſtris negat; idem videtur ſentire Nauar. c. ſi cui de Pœnit. d. 1. Communiorem ſententiam huic aduerſantem ſequitur Leſſius n. 59. l. c. tum quia communior, tum quia tutior, tum quia adeſt periculum moroſę delectationis, vel impuri conſenſus, vel pollutionis. Valentia l. c. Martinum de Magiſtris improbat.

12 *Oſculari ſe mutuo.* Oſcula inter ſponſos non eſſe peccata, ſi ſint ſine periculo peccati, docent Val. Leſſius l. c. Toletus lib. 5. cap. 14. Sanchez lib. 5. d. 5. n. 38. & alij; Quidam cenſent, eſſe venialia. Addit autem Leſſius ſponſos ad oſcula prætermittenda, cohortandos eſſe, ſi voluptatis gratia ea ipſi vſurpare, velint.

Oſcula inter ſponſos, ſub conditione, (vt ſi duo Affines ſpōſalia ineant ea cōditione, ſi Papa diſpenſauerit) nō licere, ait Sanchez loc. cit. & vere; nam inter veros ſponſos tantum ea conceduntur: promiſſio autem illa ſponſalium vi caret.

13 *Tactibus;* Tactus membri etiam verendi, tribus modis vſurpari poſſunt. 1. Honeſta aliqua, & neceſſaria cauſa, vt puta medendi, 2. Ob delectationem copulæ. 3. Ob voluptatem tactus per ſe conſiderati. Primo modo tactus non eſt peccatum. Fœminæ tamen virgines præcipue, non tenētur permittere, vt ratione medendi, viri earum pudenda contrectent, ob periculum impudici alicuius motus: & mori malle, quam vllum impurum motum experiri, ad heroicum caſtitatis gradum ſpectare tradit Leſſius, & verè.

Tactus ſecundo, immo tertio modo, lethalis eſt; quamuis nulla adſit voluntas alterius voluptatis, præter illam, quæ ex tactu ſequitur, ſolet enim ob eam voluptatem vſurpari, quam ſeminis egreſſio gignere conſueuit.

Quidam dicunt, contactum verendorum mortiferum non eſſe; ſi fiat curioſitatis cauſſa, & non venereæ voluptatis, nullumque adſit pollutionis periculum. Hæc Leſſius quoque.

l. c. Loquendo, canendo. Si delecteris rebus impuris narratis, mentique tamquā præſentibus exhibitis, vel iis te, aut alios ad res turpes excites, aut cum periculo pollutionis, aut conſenſus in lethale veneris flagitium, mortifere peccas. Leſſius n. 63. V. Tol. lib. 5. c. 14.

Quid reſtituere oporteat, qui rem habet cum Virgine.

De hac re Bannes. 2. 2. q. 62. ar. 2. dub. 7 Salon ibid. Pet. Nauar. lib. 2 c. 3. n. 435. Leſſius libr. 2. ca. 10. Carbo qu. 26. Summiſtæ V. Stuprum: Sà V. Reſtitutionum 14. Val. diſt. 9. q. par. 3. l. c. Sot. lib. 4. qu. 7. ar. 1. Io: Chapeauille c. 11. de caſibus reſeruatis.

Bannes l. c. ait, corruptorem Virginis conſentientis non teneri ad læſionem integritatis, & damna inde profecta; ſed ad reſtituendum patri honorem, quantum fieri poterit in eodem genere, ad arbitrium boni viri. Salon docet, ad nullam puellæ, aut parentibus reſtitutionē teneri; ſi illa ſponte omnino amatoriis tantum blanditiis delinita conſentiat; teneri autem, & puellæ, & parentibus ſi vi dolo, aut nimia importunitate, & moleſtia adhibita, eam deflorauit.

Pet. Nauarrus ad nullam obligat ſtupratorem reſtitutionem, ſi puella leniter, conſenſit falſamq. appellat Medinæ ſententiam, docentis ſtrupatorem virginis libere conſentientis reſtituere debere damna, eamque in vxorem accipere.

Leſſius Dubit. 2, l. c. hæc habet Stuprator conſentientis virginis, ſine promiſſione matrimonii, nihil ei, aut eius parētib. reſtituere debet. Si vi, aut fraude vitiauit, ſine promiſſione, debet illam vel ducere in vxorem, vel damna compenſare. Si ui, aut dolo decepit, ea tamen nullum damnum paſſa eſt, & æque cōmodo matrimonio viro iuncta eſt; ac ſi violata non fuiſſet, ad nihil tenetur, quia damnum non intulit. Ita quoque Carbo loco citat. Dubit. 3. Idē Carb

Si promiſſi matrimonii ſpe illam feſellit, tenetur ducere, etiamſi ficto animo pollicitus eſſet, excepit tamen caſus non nullos, quos legiſſe non te digebit. Si ex matrimonio magnum malum timeatur, ſatisfaciat corruptor pro damno, ad arbitrium prudentis, Sà l. c. Dubit. 3.

Si poſt votum ſimplex Religionis, promiſ-

promiſſione matrimonij Virginem, ſtupro illato, offendit, non poteſt Religionem ingredi, ſed tenetur eam ducere Dubit. 4. ex communi.

18 *Niſi eſſent valde inæquales.* Syl. Luxuria q. 5.

19 *Importunis precibus* . Non idem ſentit Carbo de Reſtit. q. 26.

Si virgo corruptam damnum illatũ remittat, ad nihil tenebitur violator. Leſſius Dubit. 2. n. 9. eſt domina ſui corporis iuri ſuo cedere poteſt; & à matrimonio deſiſtere.

Concubinarius, &c.

De concubinario Syl. V. Concubinarius, & diligenter; Corduba De caſibus conſcientiæ q. 4.

De coniugum luxuriæ peccatis.

23 DE adulterio. Leſſius lib. 4. ca. 3. Dubit. 10.

Adulterium fœminæ coniugatæ grauius eſt, quàm viri vxorem habentis; nam magis aduerſatur iuri naturæ. Vir vnus aliquando plures habuit, Deo concedente, vxores, at vna mulier numquam plures viros; nam generatio ſequi facile non poſſet, ſi vna mulier pluribus viris iuncta eſſet. V. etiam Leſſium loc. cit.

Si coniugatus cum alterius vxore concumbat, duplici adulterij labe ambo inficiuntur; & hæc duplicis iniuriæ circunſtantia explicanda in confeſſione, ex eodem l. c.

24 *Negat coniugi debitum.* De debito coniugali copioſè, & diligenter Sanchez lib. 9. Sà, & alij Summiſtæ. V. Debitum.

28 *Quinto.* V. Lopez p. 1. c. 83 Sot. 4. d. 36. q. vnica, ar. 1. Val. t. 4. d 10. q. 6. p. 2. Tol. lib. 7. c. 2c. Sa nu. 8. l. c. Sanchez libr. 10. d. 13.

30 *Sexto* V. D. Th. addit. ad 3. p. q. 53. ar. 1. Ledeſmium ibidem Sotus 4. d. 38. q. 2. ar. 1.

De votis Caſtitatis coniugium, Sanchez lib. 9 d. 33. 34. 35. 36. 37.

Conſumat prima vice. Multi ſunt in hac ſententia; Sanchez autem cum Soto, Lopez, Veracruce, & alijs nonnullis, docet, non peccare mortiferè reddendo, d. 34. num. 3.

Quoties petit. Multi à Sanchez recenſiti lib. 9. d 33. num. 4. tradunt, coniugem, qui adſtrictus caſtitatis voto matrimonium iniit, & conſumauit non peccare deinceps petendo; ipſe tamen Sanchez Nauarrum ſequitur; multoſque pro eadem ſententia refert. Poteſt autem petere in gratiam alterius coniugis, vt idem probat d. 7. eodem lib.

31 *Reddet debitum ad petitionem.* Quidam id negant.

Non tamen eſt idem. Nonnulli apud Sanchez d. 36. l. c. dicunt coniugem, qui alteri coniugi permiſit, vt ſimplici caſtitatis voto ſe obſtringeret, nõ petere: at cõtrarium eſt verius eodem teſte n. 5.

An cum coniux, petens debitum peccat, peccet etiam reddens? Sanchez d. 6.

32 *Tempore menſtrui*: Quinque ſunt de hac re ſententiæ. Prima cenſet, crimen eſſe mortiferum, eo tempore petere. Secunda, eſſe peccatum; at non definit, eſſe mortale, aut veniale. Tertia, non eſſe in viro petente ad vitandum periculum incontinentiæ, lethale piaculum, ſed in muliere petente. Quarta, eſſe veniale. Quinta, conſilium eſſe non petere; & petere nullum ſcelus. Ex his ſententiis quartam, & quintam probabiliores appellat Sanchez, lib. 9 d. 21. numer. 7, V. Sà V. Debitum num. 11. Comitolum lib. 1. q. 136.

In loco Sacrato: De hac re Sanchez d. 15. Copulam in templo inter coniuges, niſi humana neceſſitate, aut fragilitate excuſetur, mortiferam eſſe tradit Suarez t. 3. d. 81. ſect. colum. 4, & per eam templũ pollui: non autem per eam, quæ alibi haberi non potuit, & ad vitandum incontinentiæ periculum neceſſaria erat. V Ledeſma de Matrim. q. 64. Sà n. 12. l. c. Tolet. lib. 5. c. 12.

33 *Quo prolis conceptio impediatur*: V. Sanchez d. 20. lib. 9.

34 *Aut ignorantia*: Ignorãtiam inculpabilẽ requirit Pet. de Ledeſma De Matr. q. 56. ar. 1. In Addit. ad 3. p. D. Th.

Peccare ea ratione, quia conſentit peccato: Multis placet hæc opinio ij à Sanchez referuntur lib. 9. d. 37. nu. 10. At non peccare, immo ſub mortali ad reddendum teneri, nonnulli exiſtimant, & Sanchez ipſe n. 11. l. c.

31 Iuſta

Digitized by Google

37 *Iuſta procul dubio.* Vide Sanchez lib. 2. d. 37.

38 *Vſum numquam eſſe mortiferum.* V. Lopez. p. 1. cap. 83 Syluester putat eſſe mortale, conſumare ante beneditionem, at diſſentiunt Sà Vide Debitum num. 6. Comitolus lib. 1. quæſtion. 136. Reſp. Mor. num. 9.

42. *Extra vas.* De hac re multa Sanchez lib. 9. cap. 17. Qui vxore abutitur extra vas, ſiue ſodomiticè, ſiue per molliciē, grauius peccat, quam ſi ſolutus cum ſoluta id ageret, & præter ſcelus contra naturam, eſt adulterium ex vtraque parte, amboque explicare debent in confeſſione vtramque adulterij circunſtantiam, quia neuter fuit fidelis, neuter caſte vixit, vt debuit; quod bono fidei repugnat. Sanchez lib. 9. diſt. 18. num. 3. 4. Nec ſatis eſt, adulterium in genere, & ſcelus contra naturam confiteri, ſed dicendum eſt, ſcelus illud cum proprio cōiuge patratum fuiſſe, vt idem ait num. 5.

Habet copulam intra vas. Nullus concubitus cum vxore intra vas naturale lethalis eſt. Si ſeme recipiatur, & non effundatur, ſi abſit periculum pollutionis extra vas, impediendique generationem, nec non abortus, cum vxor eſt grauida. V. Toletum lib. 7. c. 20. Gregor. de Val. t. 4. Rebellum de obligat. Iuſt. Lopez p. 1. c. 82. Sà l. c. num. 14.

Si vxor ſemen non effudit, in illaque, & in viro nullum ſit ſeminis effundendi periculum, non peccat mortifere vir, ſi consentiente vxore, à ſeminando abſtineat.

Si iam ſeme effudit vxor, vel ita ſit inflammata, vt in periculo illud effundendi verſetur, mortiferè peccauit vir, ſi ſuū ſemen dedita opera, contineat, ne effundatur, & aduertat.

Si vir iam ſeminauit, non patrat vxor lethale ſcelus, ſi dedita opera, ſemen non effundere conetur, aut à concubitu deſiſtat.

Contra iuſtitiam autem vir delinqueret, ſi repugnante vxore, ſemen non emitteret. Hæc omnia ex lib. 9. D. 19. Thomæ Sanchez de Mat.

De muliere ſingente ſe filium habere.

De hac re Adrian. in 4. Io. Med. C. De rebus reſt. quęſtion. 3. Cauſa 4. Couar. in Reg. Peccatum p. 1. nu. 6. Theologi in 4. diſtin. 15. Canoniſtæ in C. officij de pœnit. & remiſſ. Sotus l. 4. quæſtion. 7. ar. 2. Salon 2. 2. quæſtion. 62. art. 6. controu. 8.

43 *Filium ex adulterio.* De hac re Corduba in quæſtionario Theol. q. 31. & in trat. de Caſibus conſc. quæſtion. 102. Carbo. quæſtion. 89. de Reſt. 7. Bannes 2. 2. quæſtion. 62. artic. 6. Val. t. 3. diſtin. 5. q. 6. par. 5. Tolet. lib. 5. c. 11. Leſſius lib. 2. c. 10. diſtin. 7. Sà Vide Adulterium num. 5.

Tenetur adultera, quantum poteſt, ſine infamia, & vitæ periculo, dare operam; vt legitimi hæredes conſeruentur indemnes. Si damna compenſauit, poteſt permittere, vt nothus hæreditatem, cum legitimis filijs, adeat. Si damnum compenſare nequeat, nec viro, nec filio ſcelus ſuū patefacere tenetur; niſi moraliter certa ſit, damnum auferendum, nec ſi id certò ſciat, tenetur ſe prodere, cum periculo vitæ aut famæ. Eſt communis opinio, quam Leſſius probat l. c.

Cum periculo vitæ aliquando tenebitur adultera ſuum crimen prodere; vt Soto Placet: vt, ſi, ea tacente, verus hæres regnum ſit amiſſurus. Sed Soto aduerſantur Greg. de Val. Sà l. c. & alij.

Filius nō tenetur matri credere, etiam ſi iuramento rem confirmet.

49 *Adultero non credenti.* Adulter, niſi moraliter certus ſit, filium eſſe ſuū, ad nihil tenetur: non eſt autem certus dum probabilis de contrario dubitandi ratio intercedit. Vide Leſſium diſtin. 6. loco citato.

Cum impudicitiæ ſcelere, ſuga digladiandum. Ioſeph caſtiſſimus adoleſcens ſuga ſibi conſuluit: inedia macerandus corpus, impura venus vino nutritur.

Sæpe illic poſitis teneris adducta lacertis.
Purpureus Bacchi cornua preſſit amor.
Vinaque cum bibulas ſparſere Cupidinis alas.

Per-

Permanet, & capto ſtat grauis ille loco.
Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ.
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

BElle dictum à Comico. Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Cum de pollutione ſermo haberetur, omiſſum eſt, obliuione, quod hic attexo. D. Petro Cæleſtino dubitanti an poſt nocturnam pollutionem, quæ notu, ſine vlla animi labe, acciderat, rem Sacram facere poſſet, Chriſtus, dormienti apparens, dixit, non debere auimum à rerum Diuinarum exercitatione ſeiungi, cum ab immundæ carnis illecebris alienus eſt. Ex Petro de Aliaco Cardinali in vita S. Petri Cęleſtini cap. 8. apud Surium, 19. Maij.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimumſeptimum.

Man. D. Martini Nauar.

Notæ & Appendices,

DE Septimo pręcepto, Cath. Rom. Caniſius. Ioannes Heſſel. Conc. Colon. Tolet. lib. 5. c. 15. De furto D. Tho. 2. 2. q. 66. Caiet. Bannes, Val. Arragon. Salon, alijque Interpretes, Sot. lib. 5. quęſtion. 3. Couar. in Reg. Peccatum p. 2. §. 1. Lopez p. 1. cap. 91. Leſſius lib. 2. c. 12. Sà, & alij Summiſtæ. Vide Furtum Corona p. 1. c. 1. Carbo de reſtit. quęſtion. 2. Pet. Nauar. de Reſtit. lib. 3. c. 1.

2 *Quæ paruitas.* Paruitas materiæ poteſt efficere furtum veniale. De hac re Lopez p. 1. c. 92. Arragon ar. 6. l. c. Tol. capit. 16. loco citato.

Greg. de Val. t. 3. diſtin. 5. quæſtion: 10. par. 5. Conſiderat quantitatem ex damno, quod affert ablata res, vel ſecundum ſe, vel ratione damni, quod is patitur, qui eo, furto, fuit priuatus. Secundum ſe, eſt quantitas, iudicio prudentum, notabilis, ratione damni: ſi res ſit parua, & tamen ablata magnum damnum moraliter afferat. Quæ quantitas, ſecundum ſe, notabilis ſit, plures ſunt ſententiæ, paucis à Leſſio indicatę. Dubit. 6. l. c. Toletus, & Barthol. Med. Leſſio probati, cenſet, duos regales eſſe quantitatem abſolutè notabilem.

A labore ceſſat. Val. l. c. Sotum ſecutus Nauarrum redarguens, probabiliter cenſet; peccare mortifere, qui exiguum inſtrumentum artifici adimit, vnde is, ceſſans ab opere, notabile damnum patitur. Leſſius l. c. num. 33. affirmat eſſe peccatū lethale, ob detrimentum, non tamen in genere, furti, quia quantitas non eſt notabilis, & Nauarrum in hunc modum optimè ſuam ſententiam confirmare, dicit.

3 *Quartum.* Vide Val. & Leſſium l. c.

4 *Excommunicatus non eſſet.* Leſſius loco citato.

Qui minimis furtis intendit, diuitias congerere, aut notabilem nummorum quantitatem, lethale peccatum admittit, quouis minimo furto ex vi eius intentionis manante ſingulis tamen furtis lethalem culpam non patrat; ſed in cæpta perſeuerat, & veniali ſcelere, ſe in ſingulis iuſicit, Tenetur reſtituere ijs, à quibus abſtulit, ſi cōmodè id fieri poſſit, ſi nequeat, pauperibus. Vide Leſſium Dub. 7. l. c.

Qui minimis furtis diteſcere non intēdit, non peccat mortifere, niſi quando ad notabilem quantitatem, peruenit, multi cenſent vltimum furtum, conſtituens notabilem quantitatem, eſſe lethale piaculum. Leſſius putat eſſe veniale, ſed lethalem voluntariam rei alienæ in notabile quantitate, quæ tunc incipit, detentionem. *Dub. 8.*

Quid dicendum, ſi multi, minutis furtis damnum vni inferant graue?

Si communi conſilio id efficiant, lethaliter peccant omnes, tenenturque inſolidum reſtituere. Si caſu id accidat, & hic neſciat, quod ille facit, nemo mortifere delinquit, nemo tenetur reſtituere.

Qui modicum ſurripit, & nullo modo hortatione, aut exemplo in cauſſa eſt, vt alij modica furentur, vnde graue damnū contingit, non peccat mortifere, neque ad reſtitutionem obligatur. Hæc omnia probat Leſſius Dubit. 9.

Re-

Digitized by Google

de ijs, qui ex officio Curatores, & Paſtores ſunt animarum: cuiuſmodi ſunt Parochi, & Epiſcopi: at ſi loquamur de Regularibus, aliiſque Sacerdotibus, qui ex officio animarum Curatores non ſunt; contrarium verius putat; quin etiam probabile cenſet, neque Curatores animarum ex officio, reſtitutionis obligatione deuinciri: quandoquidē iuſtitiæ lege in ordine ad ſpiritualia obligati videntur.

Ex Indiis diues. De reſtitutione iniuſtè acquiſitorum in bello, Carbo quæſtio. 63.

Quid reſtituendum.

Vide D. Th. & Interpretes quæſt. 62. art. 2. loc. c. Greg. de Val. par. 5. Tol. ca 22. l. c. Caiet. in Summa l. c. Pet. Nau. lib. 4. c. 1.

Res, quæ extat, reſtituēda; ſi non extet, æquiualens reſtituendum, V. Caiet. loc. cit.

25 *Torquem aureum*. Pet. Nauar. lib. 2. cap. 2 num 48. Hanc Nauarri ſententiam falſam vocat, & impugnat.

Quantum ad reſtituendum.

Vide D. Th. & interpretes ar. 3. & 4. l. c. Val. p. 6. Tolet. ca. 24. Caiet. loco citato.

Cui reſtituendum.

Vide D. Th. & Interpretes ar. 5. Val. p. 4. Caiet. Tolet. cap. 23. Io. Medina q. 2. Pet. Nauar. lib. 4 cap. 2. Leſſium cap. 14. loc. cit.

29 *Acceptum à fure*. Val. l. c. cenſet, domino potius, quàm furi reſtituendum quod ab illo oblatum fuit.

Qui gratis à fure alienum accepit, domino debet reſtituere.

Qui bona fide rem alienam emit à fure, poteſt contractum dirimere, & à fure pretium recipere. Sic Leſſius Dubit. 3. loc. cit. Qui tamen probabilem iudicat contrariam Soti, Caiet. Couar. & Val. ſententiam.

Qui mala fide emit, vt rem poſſideret ſciens, aut dubitans eſſe furto ablatam, tenetur eam domino reddere. Sic cum Soto, Caiet. Nauar. Couar. idem Leſſius. Gabriel tamen; Hallenſis, Ang. Syl. non improbabiliter docent, cōtractum recepto à fure pretio, reſcindi poſſe.

Si res furto ablatæ ita rebus venditoris permixtæ eſſent: vt diſcerni non poſſent, non eſſent reddendæ, etiamſi extarent: nam ſcire non poſſes, quæ pars aliena eſſet Io. Medina q. 10. Leſſius loco cit. in fine.

30 *Acceptum iniuſtè de voluntate dā tis*. Quidam cēſent, acceptum pro quocumq; opere iniquo reſtituēdum. Quidam reſtituendum, aiunt, ſi ſit acceptum pro opere contra iuſtitiam. Quidam ſi acceptum ſit pro opere, quod Leges puniunt; quæ ſententia non eſt improbabilis Leſſio; cui placēt, quę modo adſcribo.

Spectato naturæ iure, quod accepiſti pro opere, quod eſt peccatum, ſiue iuſtitiæ repugnet, ſiue non, confecto opere, reſtituere non teneris Caiet. & Nauar. excipiunt quod iudex accepit, pro iniuſta ſententia ferenda. Ante opus confectum, quia prætermitti debet, facienda eſt reſtitutio.

Immo ſi ſpectes ius poſitiuum, verius eſt, te à reſtitutionis obligatione alienum eſſe. Idem fere Bannes 2. 2. quæſ. 62. ar. 5. dub. 3. concl 4. De hac controuerſia Carbo q. 49. Et Pet. Nauar. lib. 4. c. 2 nu. 128. Vbi Sotum impugnat V. etiam Molina loco cit. infra.

31 *Meretrix:* Quidam cenſent, meretrices turpitudinis pretium reſtituere debere. Communis Theologorum, & Caroniſtarum optnio eſt, nullam mulierē moderatum pretium turpitudinis, ſine fraude, doloue acquiſitum, neceſſario reſtituere debere ſi datum ſit ab eo, qui donare poterat. De hac re Sot. lib. 4. quæſt. 7. artic. 1. Couar. in reg. Peccatum. Salon 2. 2. quæſtio. 62. articul. 5. Contro. 4. P. 2. §. 2. Bannes in eundem locum. Petr. Nauar. libr. 4. capit. 2. num. 120. Gregor. de Val. loco citato part. 5. Carbo quæſtio. 48. Molina t. 1. tract 2. de Iuſt. diſtinct 94.

Meretricem, titulo mercedis, non poſſe retinere, quod pro turpi actu lucra ur Io. Med. Nauarrus, & quidam alij, putarunt; at communis ſententia probabilior

tradit

Digitized by Google

lueret. Vide etiam Leſſium dubit. 8. cap. 14. nu. 60.

Septimo inſertur. Vide Molinam loc. ci. & alios, quos paulo ante ad numerum 31. citauimus.

Vbi reſtitutio facienda.

DE hac re D. Th. l. c. ar. 5. ad 3. Interpretes ibidem. Greg. de Val. p. 8. l. c. Pet. Nauar lib. 4. cap. 3. Angles in 4. Sot. ad 3. Couar. num. 7. l. c. Leſſius capit. 15. Dub. 8,

D. Th. indiſtinctè loquens, dicit debitorem creditori rem debitam tranſmittere; ſi ea commodè tranſmitti queat; alioquin in tuto loco collocare. Diſtinctio, qua vtitur Nauarrus, alijque multi placet Pet. Nauar. l. c. nu. 4.

Quomodo reſtituendum.

Greg. de Val. p. 9. ad art. 5. aut. 6. D. Th. Tolet. c. 24. Caiet. c, 7. l. c. in Summa; Io: Med. q. 2. Barth. Med. lib. 1. Summæ cap. 14. § 30. Angles in 4. Pet. Nauar. cap. 5. loc. cit.

Quis ordo.

DE ordine diligenter Leſſius cap. 15 l. c. Val. p. 10. Pet. Nauar. cap. vltimo, Toletus cap. 25. Carbo, q. 92. S. Anto. 3. p. t. 2. c. 7. §. 3. Angles in 4. Ioan. Medi. q. 2. Lopez p. 1 cap. 111. Sà V. Reſtitutio num. 59.

48 *Componunt ſe.* De compoſitione incertorum V. Syl. Reſtitutio 8. quæſt. 8. Couar. p. 3. §. 1. l. c. Sotus 4. d. 21, q 2 ar 4. Nau. de Iub. Notab. 29. §. 4. Lud. Carbonem q. 86. de reſt. Cordubam vberrime differentem q. 44. de Indulgentijs.

Debita certa; Quo ordine debita certa ſoluenda ſint, Leſſius Dub. 4. Debita certa non ſemper prius, quam incerta, ſoluenda ſunt: nam ſi res aliena, cuius dominus ignoratur, extet in ſua ſpecie, ea primo loco ijs reddenda eſt, quibus incerta conſueuerunt reſtitui; quia creditoribus res debitoris non aliorum debentur. Leſſius Dubit. 1. ex communi.

50 *Expreſſe hypothecatas, quãuis tacitæ ſint.* Fallitur Nauarrus Leſſij iudicio, docens, habentes expreſſas hypothecas tacitas habentibus anteferandos: nam ſi tacitæ hipothecæ expreſſis priores ſint: has habentes præferuntur; exceptis nonnullis caſibus in iure expreſſis:

52 *Per contractus licitos.* Quidam putant, ſoluendas prius debita ex delicto. Quidam nonnullum ordinem admittũt inter debita ex delicto, & ex contractu; ſed vtraq. perſonalia exiſtimant ſine prælationis iure; dum res ex contractu apud debitorem non extet. Hæc ſententia verior Leſſio videtur. Dub. 3.

Expreſſè aſſentior. Quando ſunt plures creditores perſonales nullo prælationis priuilegio muniti; qui prius debitum ſibi ſolui petet, eſt præferendus; etiamſi tempore non ſit prior. Vide Leſſium Dubit. 5.

53 *Et præfata regula.* Diſſentiens à Nauarro Leſſius, Dubit. 6. hanc regulam inter eos creditores ſeruandam docet; qui eandem rem ſibi hypothecatam habent: non autem inter chirographarios, ſeu perſonales, qui hypotheca, & iure prælationis carent.

Quando eſt reſtituendum.

VIde D. Th. & interpretes ar. 8. Greg. de Val. p 7. Caiet. in Summa loc. c. cap. 6. Sot. art. 4. loc. cit. Pet. Nauar. lib. 4. capit. 4.

57 *Ad bona aliena inferioris Ordinis.* Regula eſt Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 6. quæ Soto non placet lib. 4. q. 6. ar. 3. Vide Lopez p. 1. q. 116. Val. P. 7. Couar. in Reg. peccatum par. 1. num. 6. Bannes, 2. 2. quæſt. 62. artic. 6.

61 *Licet ad pinguiorem fortunam.* Cõtra Nauarrum Greg. de Val. quæſt. 10. p. 5. Pet. Nauar. num. 25. l. c. De hac re Carbo q. 81. Leſſius c. 16. Dub. 2. Nauarrus placet lib. 5. c. 24.

Qui furatur ante ex[tre]mam neceſſitatem, & id, quod abſtulit in ex[t]rema neceſſitate conſumit, ſi pinguior illi arrideat for[t]una, tenetur reſtituere, Carbo Leſſius l. c.

Si res quæ in extrema neceſſitate quis ſurripuit non ſit vſu cõſumpta, reſtituenda

Greg. de Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. Io. Med. q. 16. de Reſtit. Ludou. Mol. d. 60. & 61. de Iuſt. t. 1. tract. 2. Tolet. lib. 5. c. 26. Carbo q. 84. Leſſius lib. 2. c. 6. Salon de Iuſt. q. 5. de dominio art. 7.

Legitima præſcriptione acquiſita non ſunt reſtituenda. Vt aũt præſcriptio legitima ſit requiruntur hæ cõditiones: Poſſeſſio, Titulus pſumptus, Bona fides, continuatio poſſeſsionis cũ bona fide, per tẽpus à lege ſtatutũ. V. Syl. V. Præſcriptio n. 1. Leſſiũ Dubit. 2. Val. l. c. qui duas alias addit conditiones, vt res ſua natura præſcribi poſſit, & tempore, quo res præſcribitur, bona fides non interrumpatur; ſed hæc continetur in quarta. Cõditiones ad præſcribendum neceſſarias, perpẽdit Molina à q. 62. vſq; ad 80.

Res oblatæ furto, liber homo, obediẽtia, limites prouinciarum, Epiſcopatuũ, Parochiarum, res in publicum cõmodũ deſtinatæ, & alia quædam præſcribi non poſſunt. V. Molinam d. 79. l. c.

Dubitans, an res ſua ſit, nón habet bonam fidem ad poſſeſsionem inchoandã. Leſſius Dubit. 5. l. c.

Vſucapio. V. Tol. Leſſium Dub. 1. Mol. d. 60. Vbi de exceptione, Vſucapione, & Præſcriptione.

86 *Ceſſio bonorum*. Hæc excuſat in foro conſcientiæ à reſtitutione: at ſi qui bonis ceſſit pinguiorem fortunam adipiſcatenebit reſtituere. V. Leſſiũ c. 14. Dub. 3. Carbonẽ q. 83. Sot. q. 7. a. 4. l. c. in fine.

88 *Impotentia*. De hac ſupra. V. Leſſiũ Dub. 1. multis differentem, Carbonẽ q. 80

89 An vitæ, famęque amittendę periculum excuſet à reſtitutione, Carbo q. 89. Cum famæ periculo res, etiã magnas, nõ eſſe reſtituendas, probat Pet. Nauar. lib. 2. c. 4. De Reſt. contra Sot. & Mercadũ. V. et lib. 4. c. 4. n. 28. & citatos ſuperiꝰ ad n. 57. nec non Cord. q. 68. & Tol. c. 27. l. c. Alienum reſtituendũ domino, cum vitæ periculo, ſi is quoque extremã patiatur neceſsitatem; alij aiunt, alij negãt. V. Tol. cap 24 l. c. In pari neceſsitate creditoris conditionem potiorem eſſe, exiſtimauit Leſſius cap. 16. Dub. 1. num. 19

De reſtitutione incertorum.

DE hac re Leſſius c. 14. Dub. 6. 7. c. 16. Dub 10. Carbo q. 76. 77. Tol. lib. 5. c. 23. Sot. lib. 4 q. 7. a. 1. Pet. Nauar. libro 4. c. 2. num. 40.

Illa debita ſunt incerta, quorum domini, poſt diligentem inquiſitionem, bona fide factam reperiri nequeunt. Hoc Sot. quoque teſtatur. l. c.

In re magni pretij maior diligentia, longiorisq; temporis adhibenda, vt eius dominus inueniatur. Leſſius Dub. 6. c. 14

Incerta ſiue ex delicto, ſiue ex contractu, poſitiuo ſaltem iure, & conſuetudine, in pauperes, ſeu in alios pios vſus erogãda ſunt: immo naturali iure, vt multis placet, quibus Leſſius aduerſatur: putãs, humano tantum iure, pauperibus, aut pijs cauſis incerta deberi. Immo Pet. Nauar. lib. 4. c. 2. n. 47. Incerta ex contractu, poſt diligentem indaginem non eſſe neceſſariò, reſtituenda, aſſerit, cum de illis non extet lex, vt de incertis ex delicto. Quam ſententiã non improbabilem cenſet Leſſius, quamuis dicat contrariam magis piã in praxi vſurpandum eſſe.

Qui habet incerta, & eſt verè pauper, ea ſibi retinere poteſt; ſi ad meliorem fortunam redierit, veris pauperibus reſtituere debebit: ſed hoc poſtremũ, quod cõis docet ſententia, nonnulli negant.

Inuentorem rei alicuius, ſi poſt diligẽtẽ inquiſitionem dominũ non inueniat, ſibi retinere eam poſſe, ait Sot. lib. 5. q. 3. a. 3. ad 2. negant DD. alij communiter. V. Leſſium Dub. 7. l. c.

Naufragantium bona ad litus maris eiecta, qui occupat, excommunicatus eſt, per Bullam Cœnæ.

93 *Maxime de conſilio*. Vide Leſſium dubit. 6. l. c. Pet. Nauar. num. 55. l. c.

Quod per compoſitionem. V. Leſſium c. 16. Dub. 11. & ceteros ſupra ad numerũ 48. Bãnes, 2. 2. q. 62. art. 5. dub. 6. Io. Med. q. 3. cauſa 11. Nauar. de Iub. not. 29.

Incerta neque ad vitandum peccatũ, neque ad obligationem reſtituendi non contrahendum, pauperioribus, & melioribus reſtituenda non ſunt. Pet. Nauar. num 59 l. c. Qui tamen extreme egerent, grauiter indigentibus, & hi non grauiter egenis, præferendi eſſent. ex eodem.

De fructibus beneficiorum male impenſis.

94 CEnſet Nauarrus, beneficiarios contra iuſtitiam peccare, & reſtitutioni obnoxios eſſe, ſi fructus Beneficiorum in prauos vſus impendunt. Peccare

Digitized by Google

care mortiferè, ſed non contra iuſtitiam, ac proinde non eſſe lege reſtitutionis obſtrictos, ſi id faciant, docet Sotus ex D. Th. Idem ſentiunt Bannes 2.2.q.32 ar.6. Couar. in c. cum in off de teſtam. n.3. Ludouic. Molina d 144. l.c. D.Th. Quodl 6. ar.12. 2.2.q.185. ar.7. Adrian. de Reſt. Caiet. 2. 2. quæſtio. 62. artic. 5. in fine. Abul. quæſtio. 74. in capit. 6 Matth. Io. Arboreus, Ledeſmius, Sarmiento, & Petr a Sot. à Molina relati. Sà Vide Beneficium num.44. Leſſius lib.2. cap. 4. Dub. 6. Nauarri Sententiam probabilem, Soti veriorem appellat. Loquimur autem de clericis ſæcularibus, & de illa redvituum Eccleſiaſticorum parte, quæ ſuperat congruentem Beneficiorum ſuſtentationem: nam de parte congruenti ſuſtentationi neceſſaria non eſt certamen; neque de beneficiis Religioſis, qui ſolam habent Eccleſiaſticorum fructuũ adminiſtrationem: in communi enim tantummodo ex Religioſorum hominum congregationes, quæ bona immobilia, & redditus poſſidere poſſunt, bonorũ temporalium dominiũ habent. *V. Leſſiũ Dubit. 5. loco citat.*

Beneficiarij ſeculares tria bonorum genera habere poſſunt, Patrimonialia, quaſi Patrimonialia, Eccleſiaſtica, quaſi patrimonialia ſunt, quæ acquirunt celebrando, conciones habendo, confeſſiones audiendo, & ex beneficiorum fructibus, parſimonia, congruenti ſuæ ſuſtentationi demendo. Patrimonialium, & quaſi patrimonialium abſoluto dominio potiuntur, nec non illius partis Eccleſiaſticorum; quæ ad congruentem eorum ſuſtentationem requiruntur. Hæc Nauarrus quoque concedit: ſed negat, illius partis eos eſſe dominos, quæ honeſtæ ſuſtentationi ſupereſt: At alij, quos recenſui, à Nauarro, quo ad hanc quoque partem, diſſentiunt: & meo quidem iudicio, probabiliſſimè. Probationes, breuitatem ſecutus, omitto: eas videas apud Leſſium loco citato Carbo quæſtione 61. Nauarro adhæret.

Praeceptum contra ſeptimum peccant hi.

91 Q*Virem Sacram*. Cum ſit iniuria rei ſacræ in eo, ad quod eſt ſantificata, Sacrilegium admittitur.

96 *Vt iudex pro ferenda*. Vide Leſſium. cap. decimoquarto Dubitat. nona, Sà Vide Reſtitutio n.9. ibique à me citatos.

Confert illud indigno. Et tenetur reſtituere Eccleſiæ, cui damnum intulit, vt multi cenſent; vel digno, vt alij nolunt, Salon controu. 3. in quæſtione 62. articulo ſecundo, ſecunda ſecundæ. Eccleſiæ, & digno prætermiſſo reſtituendum, cenſet. Vide Petrũ Nauarrũ, libro c. ſecundo, numero 144. Gregorius de Valentia diſtinctione quinta, quæſtione ſeptima, parte ſecunda, quæſtione ſexta, loco citato, Sà Vide Beneficium n. 43.

98 *Quæ in mari*. Vide Leſſium cap. 14. Dubit. ſeptima. Sayrum libro tertio, cap. octauo. De cenſuris. Cum bona naufragantium pro derelictis habentur, ſine peccato à quocunque occupari poſſunt. Quando autem habeantur pro derelictis iudicare, non eſt facile. Quatuor coniecturas leges apud Sayrum l.c. num. 9.

101 *Ob debita*. Detentus in carcere ob debita, quæ ſoluere nequit, & fugere poteſt, & ab alijs ad fugam iuuari. Sa Vide Iudiciales actus, vbi de reo numero decimo. Vide Salonium ſecundæ ſecundæ, quæſtione 69. controu. 3. concl. vlt. artic. 4. Si queat ſoluere, fugere nequit. *V. Cordubam quæſtione 195*

102 *Rumpendo carcerem*. Henricus de Gandeuo Quodl. 9. artic. 25. negat, licere carcerem frangere: id licere interdum, docent multi. De hac re Caiet. Arragon, Salon Bannes 2. 2. quæſtione 69. artic. quarto, ni fallor, Couar. libro primo, var. reſol. cap. ſecundo, numero decimo, Sot. libro quinto, quæſtione ſexta, art. quarto Tolet. libro quinto, cap. ſexto Valentia, diſtinctione quinta, quæſtione decimatertia, parte quarta, Leſſius diligenter libro ſecundo cap. 31. Dub. quinta, Comitolus libro quarto, quæſtione decimaquinta. Reſp. mor.

Damnatus ad carcerem temporarium fugere non poteſt: damnatum ad perpetuum, poſſe fugere, probabile eſt. Leſſius Salon loco citato excipe damnatos ad carceres cenſorum fidei. Caiet. tamen, Sot. & Couar negant, damnatum ad perpetuum carcerem fugam capere poſſe.

Qui iuſtitiæ miniſter non eſt reo, cui fugere licet, fugam, & carceres fractiorẽ ſuadere poteſt; & præbere inſtrumenta

ad

Digitized by Google

ad frangendum: ſed hoc ſecundum, quod Salon, Couar. Leſſiuſque tradunt, eſt cōtra Sotum.

Quamuis poſſis aliquando reo præbere inſtrumenta; quibus carcerem effringat; non potes tamen exterius frangere; vt eum eximes. Soli reo hoc permiſſum, ob incommodum, cui ſubijcitur. Leſſius Dubit. ſexta loco citato.

103 *Qui captiuus fugit.* Vide de hac re Molinā diſtinctione 37. loco citat. Couar. in Reg. Peccatum parte ſecunda. §. 11 numero ſexto, Bannes 2.2. quæſtione 40. artic. ſexto, Dub. vltimo. Salon 2.2. quęſtione tertia, articulo primo. De dominio, Valentia diſtinctione tertia, queſtione 16. parte tertia, loco cit. Leſsius lib. 2. cap. diſt. 5.

105 *Abbates, Religioſi, Moniales.* Clemens Octaus Anno 1594. die ſecunda Iulij Religioſos vtriuſque ſexus numerum largitione interdixit, conſtitutione Religioſæ Congregationes, quam habes apud Sorbo Capucinum, in Compēdio Priuilegiorum, cum notis quibuſdam, & apud Stehpanum Quaranta in Summa Bullarii V. Munerum largitio. Nullo prætextu, aut cauſa, (quæ in generali Capitulo diſcuſſa non ſit) donare poſſunt, (ne communi quidem nomine Religioſi leuioribus munuſculis exceptis, ſiue eſculentis, ſiue poculentis, ſiue ad deuotionem ſpectantibus: quæ tamen non particulari, ſed communi nomine de cōſenſu Conuentus, donanda ſunt. Qui aliquid à Religioſo ſolemnibus votis obſtricto, ſiue viro, ſiue fœmina, accepit contra Clementis præceptum, hac conſtitutione expreſſum, ſuum illud non facit: & niſi actu reſtituat, abſolui non poteſt. Hæc omnia Clemens 8.

Hanc conſtitutionem, in ijs, quæ per ſe, voto paupertatis non repugnant, vbique receptam eſſe, non affirmarem, multos id negantes audies.

Filij qui ſunt. Vide Leſsium de hac re, lib. 2. c. 12. Dub. 13.

Neque etiam vxor. Leſsius legendus Dubit. 14. l. c.

112 *Qui occulte recepit* Leſsium lege Dubit. 10. l. c. Si rem tuam apud alium, iuſto titulo, extantem (vt porè locationis, pignoris) occultè capias, furtū patras, & reſtitutionis vinculo deuinciris: iniuſtè .n. alium ſuo iure priuas. V. Leſsium l. c.

116 *Poſſet reſpondere ſe neſcire.* V. Sotum de ratione tegendi ſecretum.

117 *Legata pia ſola* voce relicta, hæres tenetur ſoluere in conſcientia; duo. n. teſtes ad probandum, in foro exteriori neceſſarij ſunt: Mol. d. 134. l. c. Couar. in c. relatum de Teſtam. num. 8.

118 *Licet cum extrema* V. D. Th. 2.2. q. 66. ar. 7. & Interpretes; Leſsium lib. 2. Dubit. 12. l. c. *loco citat.*

Probabile præterea cenſeo, cum Leſſio, alijſque non peccare, qui in graui neceſſitate occultè à diuitibus ſurripit; ſi malū illud aliâ rōne ꝓpulſare nō poſſit.

120 De acquiſitione, & amiſſione dominii ferarum Molinina d. 41. l. c. *Qui venatum*: De venatione, Molina à d. 43. Carbo q. 34. de reſtit. Leſsius lib. 2. c. 5. à Dubit. 6. vſque ad 11.

122 *Cum obligatione reſtituendi.* Non tenentur tñ ad mulctā delinquentib. propoſitā, Leſsius c. 13. Dubit. 10. l. c. quamuis id affirment Pet. Nauar. & Salon.

126 *Columbarium.* De columbario, Caiet. Fumus Sà V. Columbarium, Angles in 4. Carbo q. 36. Val. t. 3. d. p. 5. q. 6. Molina t. 1. de Iuſt. d. 48. Leſsius lib. 2. c. 5. Dub. 6. Salon 2.2. q. 62. ar. 3.

Aſtenſis dixit, columbas tantum prodeſſe, quantum nocent, quod alii negāt.

Si columbarium habes præbe pabulū neceſſariū colūbis tuis vt minus noceāt.

127 *Reſtituere*: Couar. quoque Reg. peccatum p. 2. §. 8. nu. 14. Angles in 4.

De participantibus in damno dato.

130 VT *ſi partis partem.* Vide Leſsiū ca. 13. lib. 2. & alios ſuperius relatos ad num. 17. V. Nono peccat.

139 *Qui tamen minutatim* V. Tol. li. 5. cap. 16. Vltimum furtum, cum ad notabilem quantitatem ventum eſt, mortale peccatum eſſe, tradit Lopez p. 1. c. 93. cū Medina, & Soto, contra Nau. Sotum ſequitur Corona p 1. c. 2. n. 28. Vide notata ad nu. 4. huius capitis.

De peccatis patrum circa bona filiorum.

141 C*aſtrenſe*: De bonis caſtrēſibus, Molina d. 230. De quaſi caſtrēſi

bus d. 231. t. 1. de Inſt. De aduentitiis d. 232. De profectitiis d. 233.

148 *Amore filiali;* Non diſcrepat Molina d. 234.

Si opificis filius, cum patre viuens, ſuo labore plus acquirat, quam in alimentis conſumat, quod ſupereſt lucri patri donare, cenſetur; quare id repetere nequibit. Mol. l. c. Si ſuis bonis filius ali poſſit non tenetur pater eum ſuis alere. Si filius artificis in patris ædibus aliquid lucri captet, ex eoque lucro, patre ignorante, ſibi ad ludum, aliudue reſeruet, reſtitutioni obnoxius non erit; præcipuè, ſi tantum præterea patri lucretur, quantum pro alimentis, quæ ab eo accipit, Satis eſt; V. Mol. l. c.

An donata à parentibus ob cauſam ad collationem adhibenda ſint. Mol. diſtinctio. 238.

De peccatis mariti, &c.

153 Paraphernа. Vxorem adulteram amittere bona et paraphernalia quidam aiunt, alii negant. V. Sanchez lib. 10. de Mat. d. 8. num. 9. Si amittit, amittit poſt iudicis ſententiam.

Poſſe vxorem ex paraphernis elemoſinam largiri, Leſſius quoque docet loco citato infra.

Accipit ex bonis mariti. Quãdo peccet, & non peccet vxor ex mariti bonis capiendo, aut donando. Leſſius diligenter lib. 2. c. 12. Dub. 14.

Si autem crederet, eum vere nolle. Contrariam ſententiam, quæ docet, vxorem, vetante etiam viro, poſſe eleemoſynas facere, quas conſuetudo aliarum fœminarum ſuæ conditionis, permittit, ſequũtur Pet. Nauar. lib. 3. c. 1. num. 83. Molina diſtinctio. 274. & Leſſius veriorem appellat. loc. cit.

Ad ſummum pluſquam eius maritus. Cum Leſſio exiſtimo, poſſe dare, quod recta ratio docet. loc. cit.

Eſt prodigus. Leſſius l. c.

Non tamen, quę de lucris communibus. Immo ſi vir malè impendit de lucris cõmunibus tenetur vxori reſtituere. Sic Pet Nauar. num. 114. l. c. & Leſſius contra Nauarrum cuius rationem idem Leſſius refellit.

De peccatis filiorum.

De his Leſſius non oſcitanter Dub. 13. l. c. Qui cum Petro Nauarro obſeruat, notabilem quantitatem in filiorũ & vxorum furtis non eſſe eandem, quæ in aliis, ſed maiorem eſſe debere.

157 *Si accipiat ad eleemoſynam;* Poteſt filius, etiam ad grauem proximi neceſsitatem ſubleuandam à patre ſurripere; & pater recuſans, id faceret ſine ratione. Leſſius l. c.

159 *Quamuis ſint libri.* De hac re cõſule Molina d. 239. l. c.

160 *Aluit in ſtudijs.* Mol. l. c.

164 *In ludos, & vſus malos.* V. Leſsiũ l. c. & Molina d. 242.

165 *Aliquod delictum;* De hac re lege Molina d. 240. l. c.

Vtrum filius conferre debeat ad diuiſionem, quod pater impendit pro officio dignitate, beneficio, ordinibus, lege Molina d. 41.

De peccatis falſariorum.

167 Qui nummos Vide Pet. Nauar. n. 313. l. c. Syl. Sâ, alioſq. Summiſtas V. Falſarius, Lopez p. 2. c. 43.

Tondens monetam, quamuis falſarius non ſit, peccat, & reſtituere tenetur; Qđ ſi neſciat, cui damnum intulerit, reſtituet pauperibus, aut piis locis.

De peccatis circa inuenta.

Qui aliquid inuẽtori promittit ad redimendam vexationẽ, cum is rẽ inuentam, ſua malitia, reſtituere nolit, ſine promiſsione, non tenetur in conſcientia ſoluere: eſt enim inuitos, ſi ſoluit ſic inuitus, inuentor debebit reſtituere V. Molina d. 83. loco citato vbi nonnulla de inuentis.

172 *Qui caſu theſaurum.* De hac re Molina d. 55. 56. loc. c. Abul. q. 42. in c. 6. Matth. Sot. libr. 5. q. art. 3. D. Th. 2. 2. q 66. art. 5. & Interpretes, Couar. Reg. Pecc. 3. p. §. 2. Leſſius lib. 2. cap. 5. Dubit. 15. Sâ V. Theſaurus.

Theſau-

Digitized by Google

Theſaurus naturali, & gentium iure ſit inuentoris occupantis.

Emphyteuta, vel feudatarius inueniens theſaurum in fundo in feudum, vel emphyteuſim recepto directo dominio, vnam tantum quartam partem dare debebit. Eſt contra Nauarrum Leſſius loco cit.

Nudus vſufructuarius loci dominus, communi ſententia, nō exiſtimatur: Hoc quoque Leſſius contra Nauarrum.

175 *Quamuis ſciens in eis theſaurum.* Idem Leſſius n.61. Mol. d.56. Sà n.3. l.c. alijque ibi citati. Quidam diſſentiunt: Pet. Nauar. lib.3.c.2.n.61. Nauarri, Leſijque ſententiam dubiam exiſtimat.

Iuſta cauſa intercedere poteſt: quamobrem theſauri pars Principi danda ſit: vt ſi ad publica onera ferenda ſit neceſſaria Leſſius dubit.17. in fine.

Arte magica. Sic Leſſius quoque d. 17.

Delrio li. 2.qu. 27. ſect. 2. Mag. Diſq. Metalla fodientes, & theſauros abditos quærentes peſſimi dœmones inuadunt, ij ſcilicet, Trithemio teſte, qui in ſpeluncis, montiumque cauernis degunt.

Magicis artibus inueniri theſauros, aliquando exploratum eſt. V. Martinum Delrio lib.2.q. 12. Mag. Diſq. Carolus V. Imperator Chriſtiana pietate prudētia, & militari gloria inſignis, Cornelium Agrippam, & duos alios generis nobilitate claros viros in exilium eiecit, quia ſpem theſaurorum per magicas artes inueniendorum illi obtulerant. De dœmonum theſauros cuſtodiētium ſpectris Delrio q. 17. ſect. 2. in fine Dracones theſaurorum cuſtodes finxerunt priſci. Vide poetas de cuſtodibus hortorum Heſperidum, Aureique velleris. Et Delrio loc. cit. theſaurorum per magicas artes inuentores à dæmonibus aliquando necantur Reſipiſcat Magus, & veras quærat diuitias.

176 *Pro derelicto.* Quæ habentur pro derelictis fiunt prioris occupantis. Illa aūt pro derelictis habentur, quę dominus eo animo abiecit; vt in ſuis rebus amplius eſſe, nolit. Vide Leſſium Dubit. 18. l.c. & Molina d.54.

Id quoque pro derelicto exiſtimatur: quod impetu fluuij procul raptum dominus, qui ſcit, vbi id quæri poteſt, recuperare non conatur Leſſius l. c.

De bonis domino carentibus: Molina d.53.

Auis, aut fera. V. Molinam d. 42. Leſſium Dubit 11. feram laqueo captam illius eſſe putat; Qui laqueum parauit. Idem aſſerit de naſſa, in qua piſces capti.

Fera, quam ego vulneraui à te capta, tua eſt. V. Leſſium Dubit. 10.

Lapilli, gemmæ, Coralium, & alia ſimilia, quæ in littore maris, vel in fluuijs, promontorijsuè inueniuntur, in nullius dominio cum ſint, fiunt prioris occupantis. De venis auri, & argenti idem tradit Sot. probabiliter. Poteſtas fodiendi eſt apud loci dominum. Vide Leſſium Dub. 12.

De peccatis circa contractus.

De contractibus ſcripſerunt Sot. de iuſtit. & iu. Greg. de Val. Bannes in 2.2. D. Th. Ferdinandus Rebellus de obligat. Iuſt. Salon, Arragon de Iuſtitia: Leſſius lib. 2. cap. 17. ſect. 3. præterea Franciſcus Garzias, mercatus, Ludouicus Lopez, Ludouicus molina, & his antiquior Conradus Summenhart, integra volumina.

177 Contractus eſt actio vltro, citroque obligans vel vltro, citroque obligatio. lib. 19. labeo ff. de verb. ſignif. Obligatio non propriè: ſed ſic vocatur; quia obligationis eſt cauſſa.

Culpa. De culpa Pet. Nauar. lib. 1. c. 2. num. 52. de Reſtit. Leſſius libr. 3. capit. 7. Dub. 6 de culpa, & dolo, Molina de contract. d 293. De dolo Leſſius, cap. 17. dubit. 5.

Qui culpa lata damnum intulit, ſed mortiferè non peccauit, ad reſtitutionem non tenetur; V. Leſſium loco citato num. 27.

179 *Caſus fortuito*, De caſu fortuito, Molina l. c.

181 *Qui deponit.* De Depoſito Molina à Dip. 522. Leſſius lib. 2. cap. 27. Salon quæſtio. 62. artic. cont. 6. Garzias cap. 2. Lopez lib. 2. capit. 36. Sà, & alij Summiſtæ V. Depoſitum, Carbo quæſtio. 72. de Reſtit.

Dolo, vel lata culpa: Si in vtriuſque commodum cedat depoſitum, etiam ex

Digitized by Google

leui culpa tenetur Leſſius Dubit. 3. loco citato.

Quando depoſitum poſſit non reddi. Leſſius dubit. 4.

Contra voluntatem deponentis vtitur. Carbo, hoc non eſſe dicendum, ait, ſi res deterior non efficiatur, vel periculo non exponatur, & qui vtitur, ſtatim petenti domino, rem integram reſtituere poteſt.

De peccatis circa commodatum.

De commodato, Molina d. 294. Leſſius l. c. Garzias c. 5. Sà, & alij Summiſtæ. V. Commodatum.

182. *Ante tempus*. Verior Syl. Angeli, aliorumque ſententia, quam Molina, & Leſſius l. c. probant; commodatum, vt par incommodum, damnumque vitetur: ante tempus repeti poſſe 184. Dubit. 5.

184. *Qui miſit*. V. Syl. V. commodatum 10.

Qui ea; V. Syluest. loc. c. 7. Molina diſtinctio. 296.

Commodatarium; ſi mortiferè non peccauit, teneri, & alij negant, alij aiunt. V. Sà l. c. num. 3.

De peccatis circa locata, & conducta.

De locatione, & cōductione Molina à Diſp. 486. Lopez lib. 2. c. 26. Leſſius Cap. 24. l. c.

187. *Sterilitatem*. V. Leſſium Dubit. 3. l. c.

195 *Quem putabat ea ad peccatum mortale abuſurum*; Leſſius Dubit. 7. diſtinguit, & rectè: ſi enim locator locet in finem indifferentem, & non poſſit, neque teneatur impedire ſcelera, quæ ibi patrantur; & nullum ſit ſcandalum, locando non videtur peccare: quia locatio per ſe non eſt illicita. Non diſſentit Gregor. de Val. t. 3. diſtinctio. 5. quæſtio. 20. part. 5.

Adnotat hoc V. Lopez in Inſtruct. p. 2. cap. 51.

Reſpondimus quarto. Vide Valentiam loco cit.

Cum ſit contra legem naturalem. Non eſt contra ius naturæ. Sic quoque Val. loc. cit.

197 Quodnam exiſtimetur iuſtum ſtipendium famuli, operarij, aut munus aliquod exercentis, Leſſius Dubit. 4. capit. 24.

199 *Qui dolo*. V. Leſſium Dubit. 5. Eccleſiaſticorum Beneficiorum fructus anticipata ſolutione in præiudicium ſucceſſorum locari non poſſunt; neque ſi id fiat valet locatio. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 11. de reform.

Famulo ægrotanti ſtipendium temporis, quo ægrotat, non deberi, tradunt non nulli, V. Sà V. conductio num. 3.

De peccatis circa tributa regia.

De Gabellis, ſeu vectigalibus, Lopez p. 2. cap. 36. Val. t. 3. diſtinctio. 5. quæſtio. 6. par. 5. Io: Med. quæſtio. 13. 14. 15. de Reſt. Tolet. lib. 5. c. 73. Leſſius lib. 2. c. 33. Comitolus lib. 4. quæſtio. 36. Sà, & alij Sommiſtæ V. Gabella, Sot. lib. 3. quæſtio. 6. ar. 7. de Iuſt. Caiet. V. Vectigalia, Couar. in Reg. peccatum p. 2. § 5. Rodriquez p. 2. cap. 74. 75. Aragon in 2. 2. quæſt. 62. art. 3. Petr. Nauar. lib. 3. ca. 1. num. 227.

201. *Abſque auctoritate*. De poteſtate neceſſaria ad imponenda vectigalia. Leſſius Dubit. 2.

203. *Eccleſiaſtica perſona*. Leſſius Dubit. 3. docet Eccleſias, perſonas Eccleſiaſticas, earumque res à ſoluendis vectigalibus liberas eſſe, & Dubit. 4. tradit, quo iure Eccleſiaſtici; à ſoluendis vectigalibus exempti ſint. Vide etiam Ferdin. Val Ioſillum in Aduert. Theol. ſcol. quæſtio. 6. ad Tomum vndecimum Diui Hierony.

Nec conſuetudo contraria valet. V. Rodriquez p. 2. c. 75.

An peccet, & teneatur reſtituere qui gabellas non ſoluit, cum nullo gaudeat priuilegio Cordubà q. 95.

Quando clerici tributa ſoluere debeant, Rodriquez l. c.

Ementes carnes, & alia huiuſmodi ab illis, qui ſponte vendunt, nec debinac

vectigalia.

Digitized by Google

vectigalia ſoluunt, mortiferè non peccāt, (ſi nihil aliud agant) non tenentur reſtituere, nec vendentes denuntiare, niſi ex officio id agere debeant. Rodriquez loco citato num. 7. cum Petro Nauarro num. 230. loco citato.

Subditi iuſtas gabellas ſoluere debent quidam non eſſe mortale ſcelus, exiſtimant non ſoluere, dum vis, & fraus abeſt. Hoc non affirmaret. Sa numer. 6. loco citato neque qui hoc modo non ſoluiſſent, ad reſtitutionem cogeret. Vide citatos à me in eum locum.

Nouę Gabellæ, vt quibuſdam placet, non obligant, niſi exploratum ſit, eas iuſtas eſſe. Ego in dubio præſumerem pro Principe, eaſque iuſtas exiſtimarem.

Gabellam ex contractu nullo per dolum deberi, putat Molina, diſtin. 351. num. 12.

Quidam crimen non putant non ſoluere gabellas, quas Alcanala Hiſpani vocant: ab his diſcrepat Pet. Nauar. num. 226. loco citato.

De peccatis circa pignora.

DE pignore Molina a Diſp. 518. Leſſius lib. 2. capit. 28. à Dubit. 5. Lopez lib. 2. de contract. à capit. 18. Gorzias capit. 40.

205 *Alteri pignorare.* Peracta tamen ſolutione ſecunda oppigneratio finem habere debet. Vide Leſſium Dubit. 7.

Si incultum agrum, quem in pignus accepiſti, colas, fructus in ſortem computandos eſſe alij aiunt, alij negant.

De peccato vſuræ circa mutua.

DE mutuo Summiſtæ Vide Mutuum. D. Th. 2. 2. quæſtion. 78. Bannes ibidem Val. & alij interpretes, Garzias c. 6. Molina à diſtin. 298 Leſſius lib. 2. cap. 20. Pet. Nauar. lib. 3. capit. 2. à num. 175.

De vſura Summiſtæ Vide Vſura. D. Th. Caiet. Bannes, Arragon 2. 2. quæſtion. 78. Couar. lib. 3. var. reſolut. capit. 1. Sot. lib. 6. quæſtion. 1. Carbo quæſtion. 56. Pet. Nauar. à num. 180. loco citato Val. t. 3. diſtin. 5. quæſtion. 21. Molina a diſtin. 302. vſque ad 336. Rebellus de obligat. Iuſt. Leſſius lib. 2. capit. 20. Toletus lib. 5. à c. 28.

206 Vſura accipitur: 1. pro lucro vſurario. 2. pro cont. 3. pro voluntate vſurarie contrahendi Vſura. Tertio modo eſt voluntas acquirendi lucrum vltra ſortem ratione mutui, ſeu ex vi mutui. Secundo modo, eſt tacita, vel expreſſa mutuatio cum pacto, vt aliquid vltra ſortem ex vi mutui detur. Primo modo eſt lucrum ex mutuo, vi mutui, immediate dimanans.

Vſura alia eſt explicita, expreſſa, aperta. Alia implicita, ſeu tacita, vel palliata.

Rurſus, Vſura alia eſt realis, alia mentalis. Quæ omnia clara ſunt apud Doctores.

208 *An vſura mentalis.* Mentalis vſuræ ſcelere is inficitur; qui pro mutuo, vſurario animo, ſine vlla externa pactione, aliquid accipit ab eo, qui dedit, ſiue gratis, ſiue vſuraria mente.

Per mentalem vſuram acquiſitum, reſtituendum eſſe, alij aiunt, alij negant. Pet. Nauar. num. 211. loco citato reſtituendum, ait, ſi mutuans mutuatario prauum animum indicauit: tunc enim mutuatarius metuens, ne mutuans ſortē repetat, inuitus dat: non reſtituendum, ſi prauum animum non inſinuauit: quia mutuatarius inuitus non debit: & Pontifex, c. fin. de ſim. declarat, accepta per mētalem ſimoniam reſtituenda nō eſſe, dum nullum pactum intercedat. Quibuſdam non placet hæc diſtinctio; nam cum mutuator iniquam aperuit mentem, vſura videtur realis, non mentalis.

Leſſius Dubit. 6. hęc habet. Si mutuator intendat aliquid accipere tamquam mutui pretium, aut quaſi debitum ex pacto mutui, vltra ſortem, & mutuatarius eadem mente det, id ſine dubio, ex omnium Doctorum ſententia, reſtituendum.

At ſi mutuatarius ratione amicitiæ, ſeu gratis det: mutuator, ratione rei, non tenetur reſtituere, ſed ratione conſcientiæ erroneæ, ea durante, ſi accepit tamquam exhibitum ratione mutui, aut ex vi mutui.

De vſura mentali Molina d. 305. 306.

Digitized by Google

Caiet. Bãnes, Arragon, Val. 2. 2. q. 78. ar. 1 Toler. c. 29. Lopez c. 14. p. 2. Io. Medina quæſt. 4.

209 *Minus principalis* Nauarrum nõ ſibi conſtare; aut obſcuriſſime locutum, ait Greg. de Val. l. c. D. 5. q. 21. p. 1. Et Bannes l. c. Soti dictum probat, per obiectũ, ſcilicet, mentalem vſuram perpendendã eſſe, non per hoc, quod ſit principalis, aut acceſſoria intentio ſi lucrum te accepturum, ſperes titulo beneuolentiæ, aut grati animi, non eſt vſura, etiamſi principaliter hoc intendas: at eſt vſura, ſi ratione mutui id ſperes. Quæ doctrina eſt obſeruanda.

Sotum defendit Lopez cap. 53. Arragon l. c.

211 *Damnum emergens.* De damno emergente. D. Thom. Caiet. Bannes, Val. Arragon 2. 2. quæſtio. 78. arti. 2. Conrad. quæſtio. 30. de contract. Syluest. Vſura 1. quæſtio. 19. Molina diſtinctio. 314. Lopez lib. 1. cap. 26. Sot. libr. 6. quæſtio. 1. artic. 3. Tolet. cap. 32. loco citato Leſſius dub. 10. loco citato Couar. 3. Var. cap. 4. Petr. Nauar. lib. 3. cap. 2. numer. 278. Gabr. d. 15. quæſtio. 11. Diuus Anton. 2. pa. tit. 1. cap. 7. § 9. Adria. de reſtit. quæſtio. 1. Io: Medina quæſtio. 40. Qui omnes putant, mutuatorem, ſi vi fraude, aut precibus damnum patiatur, ob mutuum, poſſe damnum emergens petere,
4. diſt. 15. q. 2. & exigere; quidquid Scotus contra ſentiat.

Conſiderandæ tamen nonullæ conditiones 1. Damnum debet eſſe in re, quã habes, aut certo habiturus es. 2. Quod manet ex mutuo 3. Quod de illo damno mutuatarius certior fiat.

Si mutuatarius potens ſoluere, ſit in mora ſoluendi, & mutuator hac de cauſa, damnum patiatur, tenetur damnum reficere: niſi bona fide, putet, mutuatorem in dilationem cõſentire. V. Leſſium l. c. num. 69. 71.

Lucrum ceſſans. De lucro ceſſante Conradus Caiet. Bannes, Val. Arragon loc. c. Io. Medina quæſt. 31. de rebus per vſ. acq. Molina diſtinct. 315. 316. Lopez cap. 13. Leſſius Dub. 11. Pet. Nauar. à num. 283. l. c. Tolet. cap. 33. Angles in 4. p. 2. Corona p. 2. cap. 7.

Si quis, vi metu fraude, ſuperioris pᷓcepto coactus det mutuũ, & lucrũ amittat, ceſſans hoc lucrum exigere poteſt. Controuerſia eſt; an licitum ſit paciſci de lucro ceſſante, quando quis ſine vi, metu, fraude præcepto mutuat. Negat Sot. loco citato, & ante eum Dur. 3. diſt. 17. q. 2. Affirmant alij, quos recenſui ad c. 33. lib. 5. Inſtruct. Sacer. Card. Toler. Idem affirmant Leſſius, & Pet. Nauar. loc. cit. quia ſperatum lucrum vendibile eſt; ſed nonnullæ, vt id liceat, conditiones requiruntur. Prima. Vt ob mutuationẽ lucrũ ceſſet. 2. Vt non totum ſperatum lucrum exigatur: excipiendæ enim expenſæ labores, & quanti pluris æſtimatur certum, & præſens, quam incertum, & futurum. 3. Vt non ſtatim poſt mutuationem lucrum ceſſans exigatur, ſed poſt iuſtum temporis interuallum; Sic Leſſius Conradus plures requirit conditiones; Pet. Nauar. à nu. 302. has in medium affert.

Prima Vt intereſſe ſit verum, & non fictum. 2. Vt ex mutuo lucri amiſſio oriatur. 3. Ne lucrum ſuperet intereſſe. 4. Ne totum lucrum ſperatum deducatur in pactum: conſiderandi enim labores, impenſa, & pericula. 5 Ne mutuatarius extrema, grauiuè neceſſitate vexetur.

Et quod pecunia mercatoris. V. Conradum quæſtio. 30. Garziam c. 24. Lopez cap. 23. libr. 1. Tolet. cap. 32. Barth. Met. lib. 1. cap. 14. § 23. Io: Medina quæſtio. 38. Bannes, Arragon, Molina, diſtinctio. 315. Val. diſt. 5. quæſtio 20. p. 2.

212. *Quod conrad.* Pet. Nauar. quoque nonnullas conditiones reijcit; ſed cum Conrado contra Nauar. ſentit Lopez p. 2 c. 61. V. Superius notata de cõditionibus.

213. *Montes pietatis:* De monte pietatis Tolet. lib. 5. cap. 38. Io: Medina q. 10. de rebus per vſur. acquiſ. Carbo quæſtio. 55. Val. p. 4. loco citato Molina diſt. 325. Boninſegnius cap. 3. Leſſius lib. 2. ca. 20. Dub. 23. vbi contra Sot. & Caiet. Mõtes pietatis licitos eſſe demonſtrat, quod Molina quoque facit. loco citato.

Et quod gener. Vide Molina diſtin. 321. Gouar. 3. Var. c. 1. num. 3. Sot. lib. 6. quæſt. 1. ar. 2. Caiet. 2. 2. quæſtion. 78. ar. 2. ad. 6. Leſſius cap. 20. Dub. 16. Vidua fructus pignoris pro dotis ſecuritate tributi non poteſt habere niſi ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, Ita Leſſius loco citato, cui alij nõ improbabiliter cõtradicũt:

Sed.

Digitized by Google

Sed nulla. Vide Bañnes loco citato.

Fundatam in donatione. Molina loco citato improbat in hac re Nauarrum: nihil enim Innoc. 3. cap. ſalubriter de vſuris, de præſumptione donationis.

Poſſe maritum paciſci. Mol. l. c.

Qui peccant peccatum vſuræ circa mutua.

215 Pœna. Vide Leſſium Dubit. 15. capit 20.

216 *Qui creditor vtitur.* Vide Molina d. 320. Garziam cap. 40. num. 8. Lopez lib. 2. De contract. cap. 20. in fine.

217 *Legis commiſſoriæ.* V. Mol. d. 224.

217 *In pignus accipiat prædium feudale.* De hac re Sot. Garzias l. c. Syl. V. feudum §. 29 Toletlib. 5. c. 30. Mol. d. 323. Io. Medin quæſt. 2. l. c. Contradus quæſtio 32. Sà Vide Pignus num. 6. Leſſius cap 20. Dub. 18.

218 *Primum.* Vide Leſſium, & Molinam loco citato.

220 *Vt in ſuo molendino.* Leſſius de hac re Dubit. 8.

221 *Cum intentione minus principali.* Vide notata ad num. 209.

Regi, vel magnati. Leſſius Dubit. 9. Si officium ex amicitia in idoneos conferri ſoleant, vſuram non putat Leſſius mutuā dare pecuniam, cum pacto amicitiæ tantum, vt eiuſmodi officium detur.

Vt ſibi medeatur. Vide Leſſium Dubit. 8.

224 *Mutuans triticum.* Vide Leſſium Dubit. 17.

228 *Ob anticipatam ſolutionem.* Sot. lib. 6. quæſtion. 4 artic. 2. Leſſius capit. 21. Dubit. 7. Per accidens anticipata ſolutione aliquid minus emi poteſt, ob damnum emergens, ob lucrum ceſſans, ob periculum fraudis in venditore. Vide Leſſium num. 60. loco citato.

Non damnanda facile venditio lanarum anticipata ſolutione, quæ apud Hiſpanos, & alios quoſdam in vſu eſt. Eam tuentur Sot. lib. 6. quæſtion. 4. artic. 2. ad 4. Corduba quæſti. 85. Molina diſt. 360. Leſſius loco citato Vide Lopez par. 2. cap. 55. Garziam cap. 24. Pet. Nauar. lib. 3. cap. 2. à num. 133. Couar. 2. Var. cap. 3. num. 6.

Vel maioris venderet dilata. Leſſius Dubit. 6. Ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis pretium augeri poteſt, prætereа ratione periculi amittendæ ſortis, ſi periculum ſit verum, & aliæ conditiones adſint, quas recenſet Leſſius loco citato.

Quædam merces communiter dilata ſolutione vendi ſolent, & eæ ſic pluris venduntur, quam præſenti pecunia. Vide Leſſium l. c. Sot. lib. 6. quæſt. 4. ar. 2. ad. 4. Conar. l. c.

231 *Minoris emi, poſſe debita.* Hanc ſententiam omnino improbabilem vocat Molina diſtin. 361. De contract. reijciunt Val. par. 2. Concl. 5. l. c. Syl. Vide Vſura. 2. quæſtion. 10. §. 4. D. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 8. §. 12. Sot. l. c. ad. 3. Lopez t. 2. cap. 58 & de contract. lib. 1. cap. 3. Garzias de contract. cap. 18. vel 19. Boninſegnius c. 6. Mercatus de contract. Graffiis t. 1. lib. 2. cap. 112. Pet. Nauar. lib. 3 cap 2. num. 162. Conrad. quæſtion. 67. Io. Med. quæſtion. 38. de reſt. Gabriel d. 15 quæſt. 11. Dub. 4. ad. 3. Leſſius communiorem hanc, tutioremque ſententiam amplexus, contrariam improbabilem non appellat.

Hæc ſunt certa, debita ad annum ſoluenda, ſi ſint dubia, aut difficilis, aut moleſtæ ſolutionis, vel ſi ratio damni emergentis, aut lucri ceſſantis locum habeat, minoris anticipata pecunia emi poſſunt.

Controuerſum eſt, an licite minoris emi queant, ſi nihil horum intercedat: negant, quos contra Nauarrum, recenſuit affirmant non improbabiliter, (vt mihi quidem videtur) Panormit. & Innoc. in capit. In ciuitate, de vſuris. Nauarrus hic, Caiet. Vide Vſura in fine, Fumm. Cod. 5. numer. 51. Tolet. lib. 5. capit. 31. Nauarro fauet. Hanc eandem ſententiam vir Religione, & ſcientiarum cognitione clariſſimus Rob. Cardinalis Bellarminus, Louanij olim, & Romæ Petrus Parra, Leſſij teſtimonio, docuerunt. Sà V. Debitum num. 21. faciendum non probaret, factum non improbaret, huic ego facile aſſentior. Venetijs inter mercatores ſæpe accidit, vt qui elapſo anno, certum ſoluere debet, minoris initio anni debitum redimat. Hoc, vulgo dicitur *Tagliare la dita.*

Chirco-

Digitized by Google

Chirographa difficilis, aut dubiæ, incertæ vè ſolutionis dimidio pretio, ſine iniuſtitia, interdum emi poſſunt. V. Mol. d. 361. & Leſſium Dubit. 9 l.c.

Si occulte ſcias, debitorem tuum ſoluere non poſſe, poteris ne, ſine iniuſtitia, ijs qui ignorant, ordinario pretio debitum vendere, dum abſint mẽdacia, & fraudes? Si id feceris, peccabis ſaltem contra charitatem, & fortaſſe, contra iuſtitiam. Vide Leſſium Dub. 11.

233 *Cenſum*. De cenſibus Io. Med. q. 11. Sot. lib. 6. q. 6. Mol. à D. 381. vſque ad diſt. 395. Bannes 2.2. q. 78. ar. 4. Val. q. 22. l.c. Garzias à c. 26. Toletus lib. 5. c. 43. Comitolus lib. 3 a q. 25. Carbo q. 58 Leſſius lib. 2. c. 22. Sà V. Cenſus.

PIVS Epiſcopus. Huius conſtitutionis clauſulas explicat Molina diligentiſſimè à d. 389 vſque ad 395. eam in regnis omnibus, & prouincijs habere vim, probat Comitolus q. 27. l.c.

De conditionibus cenſus, Leſſius Dubit. 12.

In Pij. V Bulla quædam, ob fraudis præſumptionem, vetita ſunt: ea, ſi fraus abſit, non ſunt illicita; Sà num. 2. l.c.

De vſuris in pactis de retrouendendo.

247 Vide Mol. d 375. Couar. 3. Var. c. 10 Lopez l. 1. cap. 13. De cõtract. Toletum cap. 52. de ſeptem peccat. mort.

De vſura in Societate.

De Societate D. Th. Caiet. alijque Interpretes 2.2. q. 78. Sot. lib. q. 6. Couar. 3. Var. Molina a diſtin. 411. Garzias cap. 41. de contract. Lopez lib. 1. capit. 51. Tolet. lib. 5. c. 41. Summiſtæ V. Societas, Carbo q. 54. de Reſtit. Leſſius lib. 2. c. 25.

251 *Æqualitas*. Vide Leſſium Dubit. 2. loco citato.

An aliquando qui operã, & induſtriã confert. poſſit, diſſoluta Societate, habere partem Sortis. Mol. d. 416.

255 *De aſſecuratione ſortis*. Vide Leſſium Dubit. 3.

Quæ pacta, expenſæque operam ponentis communes ſint. Leſſius Dub. 4. Mol. diſtin. 418.

Sociorum quilibet de damno vniuerſo alijs ſocijs tenetur, ſi id dolo, lata, aut leui eius culpa acciderit, at damnum ex caſu fortuito, aut culpa leuiſſima ad omnes ſocios æquis partibus pertinet. Vide Molin. d. 413. num. 1. 2.

De ſocietate animalium. Leſſius Dub. 3. in fine; Molina diſtin. 420. Lopez lib. 1. cap. vlt. de contract. Garzias l.c.

De Societate officiorum, quæ Romę viget. Toletus cap. 40. Carbo l.c. ex ſocietates vltra officiorum valorem fieri non poſſunt. Ex Pio IV. Extat etiam de Societate officiorum conſtitutio Pauli IV. Inter cæteras.

Illicitas pactiones in ſocietatibus, damnauit Sixtus V. Ann. 2. 12. Kal. Nou. Cõſtitutionis initium *Deteſtabilis auaritia*.

Sixtus Pontifex, iniuſtos tantum ſocietatis contractus ſua lege vetitos eſſe, voluit, vt Cardinales Toletus, & S. Seuerinæ, quibus ab eodem Pontifice munus
conficiendæ legis iniunctum fuit, Stephano XI.
Tuccio Soc. Ie. Theologo (Comitolo teſte lib. 3. q. 13. Reſp. Mor.) affirmarunt.

De Vſura participantibus, eamque non reſtituentibus. XV.

261 Qui autem accipit ab eo, qui eſt paratus. De accipiente ad vſuram, D. Th. 2 2. q. 78. ar. 4. Caiet. Bannes, Arragon. 16. Conradus q. 47. Val. t. 3. d 5. q. 21. Molina d. 335. Syl. Vſura. 7. q. 1. Toletus lib. 5 cap. 37. Sà, Vide Vſura num. 5.

Minus malum proponere poteſt alicui, vt maius vitet, dum illud non approbes neque effici velis: ſuadere, & conſilium dare, vt fiat, non licet. Vide quæ notaui ad c. 37. lib. 5. Inſtrut. Sac. Card. Tol.

De cooperantibus ad vſuras, Leſſius lib. 2. capit. 20. De Iuſt. Dub. 21. Molina Diſp. 331.

265 *Tranſit in vſurarium*. Dominium in vſurarium non transferri, docet Molina Diſp. 326. contra Nauar. ex D. Th. q. 78. ar. 3. l.c. Alex. Rich. Gabr. Bonau. maiore, ex Soto lib. 6. q. 1. ar. 4. Idem, quod Molina, tradit Couar. 3. Var. c. 3. num. 6. Io. Med. q. 4 de vſura, Leſſius Dubit. 18.

c. 20.

Digitized by Google

c.20. Res tamen vſurariæ pecuniæ partæ in vſurarij dominium tranſeunt. Leſſius ibidem num.159.

266 *Negotiorum geſtor.* V. Molina d.331.

267 Vide Leſſium l.c. Dub.21.

Cælebrantes contractus cum vſurarijs, quouſque teneantur reſtituere. Molina d.330.

276 Vide Molinam d.331.

De Notario. Vide Io. Med. q.4. de reſtit. vſur. in fine. D. Ant. §.6. cap.9. tit.1. par.2. Sot. lib.6. q.1. ar.4. in fine, Leſſium Dub. 21. l.c.

Si notarius conſentiente, & volente mutuatario, vſurariæ labis inſtrumētum conficiat, reſtituere non tenetur, quia nihil acquirit, & volentem offendit, neque ſi exprimat verbis rei veritatem, ſi enim vſura pateat in inſtrumento, non poterit, eius virtute, exigi niſi in aliquo loco lex iniqua cogeret ad vſuras ſoluēdas. V. Leſſium l.c. & notas noſtras in Toletum ad c.36. lib.5. nec non Sà V. Vſura num.12.

Peccant tamen lethaliter Notarij vſuraria Inſtrumenta conficientes contra iuris iurandi, quo ſe obligarunt, religionem. Leſſius loco citato.

279 *Sacerdos.* V. C. in omnibus, C. Quāquā de vſu. lib.6. Tolet. lib.5. c.36. Molina d.334. Leſſium Dub.22. l.c. Sà Vide Vſura num.7.

De pœnis vſurariorum, Leſſius l.c. Molina d.334. Couar.3. Var.

Si bona fide à mutuatario tamquam donatum accepiſti, vbi agnoſcis non donatum, ſed datum ratione mutui, debes id reſtituere, in quo locupletior euaſiſti, ſi non ſit elapſum præſcriptionis tempus. Vide Tolet. cap.29. Sà num.11. l.c. Rebellum de obligat. Iuſt. lib.8. q.3. p.2.

An hæredes vſurariorum teneantur in ſolidum reſtituere. Leſſius Dub. 20. l.c.

De vſura circa cambia.

De cambijs lib.6. q.8. D. Ant. p.2. tit. 1. c.7. Conrad. q.98. Io. Med. q.5. de Vſura Caiet. tom.2. Opuſc. Lopez lib.2. de contract. à c.1. Garzias à cap.30. Molina à d.396. vſque ad 410. Val. t.3. d.5. q.23 Carbo q.59 de reſtit. Rodriquez. Corona p.2. Barih. Med. lib.1. c.14. §. 24. Sà V. Cambium, Leſſius lib.2. c.23. Tol. lib.5. cap.10. Mercadus.

284 *Vt aſſecuretur ab eo.* V. Mol. d.318.

286 *Diuiditur in cambium.* Quid ſit, & quotuplex cambium, Leſſius bene, Dubit.1. Molina d.398.

288 *Per minutum.* Vide Leſſium Dub. 2. Molina d.399.

289 *Per literas.* Vide Leſſium Dubit.4.

An cambium Biſuntinum ſit licitum, docet Leſſius Dubit.7.

293 Vide Molin. d.409.

Licet certum ſit. Explicandus Nauar. vt notat Leſſius Dub.8.

295 *Mutuat centum.* Diſputat contra Nauarrum Molina d.407. Vide etiam Val. p.2. l.c.

300 *Pius V.* Conditiones huius Bullæ Leſſius quoque conſiderat Dub.11.

Procurator Campſoris ſuſtinet interdum in nundinis creditoris, & debitoris perſonas. Hoc cambium, vulgo appellatum *colla ricorſa.* à Pio Quinto in quadā ad Bonorienſes conſtitutione, approbatum fuit. Vide Sà num.8. l.c.

De cooperantibus ad illicita cambia idem dicendum, quod de cooperantibus ad vſuram Vide Molinam d.410. in fine.

Ob periculum amittendæ ſalutis, cambia ſæpe diſſuadenda viris parum pijs, & auri cupiditate valde accenſis. Confeſſarij Campſorum Confeſſiones excipientes, diligentiam adhibeant maximam, ne in perniciem ſuam, & pœnitentiam errent: non approbent, quod approbari non poteſt; non improbent, quod non eſt improbandum, reſtitutionem præcipiant, quando certum eſt, præcipiendam eſſe, non præcipient, quando non eſt præcipienda: in dubijs conſulant bonos libros, viroſque doctos, & pios. V. Molin. loc. ci. numero 5.

Digitized by Google

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimum Octauum.

Manualis Doct. Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De octauo Præcepto. Non ſis falſus teſtis.

DE octauo præcepto Catech. Rom. Concil. Col. Pet. Caniſ. Io. Heſſel. Tol. lib. 5. c. 56. Barthol. Medina lib. 1. c. 14. §. 34.

De Præcepto non peierandi Suarez t. 2. de Relig. lib. 3 cap. 2. de Iuramento.

3 *Mendacium.* Mendacij auctor dæmõ. Mendacium (aiebat vir doctus Ludouicus Viues) facit hominem diabolum, veritas ſemi deum. Mendacium nunquam licitum, quia intrinſicè malum: occultatio veritatis licita aliquando.

De mendacio Summiſtæ Vide mendacium. Toletus de ſeptem pecc. mort. cap. 54. Vig. c. 5. §. 12. V. 1. D. Th. & Caiet. 2. 2. quæſtion. 110.

Voti, aut iuramenti violatio in re minima venialis: at leue mendacium iuramẽto confirmare, lethale piaculum; ob grauem iniuriam, quæ Deo infertur, dum in mendacij teſtem vocatur. Eſt communis vera ſententia. Vide Suarez tom. 2. De Religione lib. 3. cap. 4. de iuramento.

Etiam leue eſſe mortale. Mendacium officioſum ex leuitate materię veniale eſſe in iudicio, & in Confeſſione, ait Sà Vide Mendacium num. 1. cum alijs; at quidam cenſent, eſſe mortale.

5 Mentiri in concione in re ad doctrinam ſpectante, quidam cenſet ſemper lethale ſcelus: alij negant in materia leui. Vide Sà, cum Notis l. c. num. 2.

6 *Qui promiſſionem.* De promiſſione diligenter Leſſius lib. 2. cap. 18.

Promiſſio interna nos Deo obligat, ſed non homini. Vide Leſſium Dub. 5. loco citato.

Promiſſiones omnes, quæ ſine peccato, impleri nequeunt, iure naturæ ſunt irritæ. Vide Leſſium Dub. 4.

8 *Hypocriſis.* De hypocriſi Caiet. in Sũma, Toletus de Septem pecc. mort. cap. 9.

9 *Firmiter iudicat.* De iudicio temerario Sot. lib. 3. quæſtion. 4. artic. 3. Caiet. in Summa Vide Iudicium temerarium. D. Th. & Interpretes 2. 2. quæſtion. 60. ar. 3. Val. d. 5. quæſtion. 4. p. 3. Pet. Nauar. lib. 2. c. 4. num. 445. Bannes, Salon 2. 2. q. 60. Sà Vide Iudicium temerarium.

De ſuſpicionibus ex leuibus coniecturis. Comitolus lib. 4. cap. 46. Reſp. mor.

Bannes, & Salon 2. 2. q. 60. ar. 3. Suſpicionem vehementem de culpa mortali, poſſe eſſe lethalem, putant: Id communiter verum eſſe: negat Sà loco citato num. 1. Caiet. loco citato Iudicantem de mortali, ſi non aſſertiuè in corde ſuo determinet, etiam ſi firmiter, temerarieq; credat, veniali infici culpa, cenſuit. Bãnes, & Salon non improbabiliter loquuntur.

De detractione.

DE detractione D. Th. 2. 2. quæſtion. 73. Caiet. Bãnes, Salon, Arragon ibidem. Syl. Caiet. Vide Detractio, Sot. lib. 5. quæſtion. 10. Val. tom. 3. d. 5. quæſtion. 16. Tol. lib. 5. à cap. 63. Leſſius lib. 2. capit. 11.

17 *Detractio.* Quid ſit, Vide D. Th. ar. 1. Leſſium Dubit. 2. Tolet. loco citato.

Famam detractio, honorem lædit contumelia: differt igitur hæc ab illa.

19 *Fama.* Quid ſit fama, & honor, Leſſius Dubit. 1.

Fama eſt multorum de vita, & moribus alicuius exiſtimatio, ſecaturque in bonam, & malam.

Honor eſt teſtificatio quędam alterius excellentię. Vide D. Tho. 2. 2. quæſtion. 103. ar. 1.

22 *Qualibet detractio.* Formalis detractio ex genere ſuo peccatum mortale eſt: eſt autem formalis, cum quis de alterius fama detrahit, intendens famam lædere. Vide Leſſium Dubit. 3. ex paruitate materiæ poteſt eſſe veniale.

Qui

Digitized by Google

Qui ſine intentione lædendi famam, ex loquacitate detrahit, materialis detractor eſt, & non peccat mortiferè, niſi grauiter famam lędat, tunc enim materia exit in naturam ſuæ formæ, vt ait Caiet.

24 *Defectus naturales*. Sic Petrus Nauarrus lib. 2. c. 4. de reſt. num. 307. Leſſius loco citato.

27 *Non eſt niſi veniale*. Sic dicent, qui putant, hominem ſuæ famæ dominum eſſe. Adrianus ſcilicet, de reſtit. Sot. lib. 4. q. 2 ar. 3. de iuſt. & de ratione teg. q. 3. m. 1. Couar. lib. 1. Var. capit. 2. num. 8. Val. quæſt. 10. par. 1. loco citato Salon. quæſt. art. 3. de dominio, Arragon loco citato q. 6. Bannes 2. 2. quæſt. 33. art. 8. dub. 2. Leſſius Dubit. 6. l. c. Pet. Nau. lib. 2. cap. 4. num. 115.

Caiet. 2. 2. q. 73. ar. 2. & in Summa V. Detractio, nec non quidam alij, hominē ſuæ famæ dominum eſſe negant, ac proinde peccare mortiferè contra iuſtitiam, ſi ſe ipſum infamet.

Greg. de Val. l. c. ſe ipſum infamare, ſine cauſa rationabili, ex genere ſuo lethale peccatum eſſe, ait Leſſius loco citato Cum Soto, & Nauarro, negat eſſe mortale contra iuſtitiam, aut charitatem, ex ſuo genere.

Pet. Nauar. num. 120. loco citato: Lædere ſuam famam, ſine rationabili cauſa, (ob cauſam rationabilem id facere nullum crimen) venialem culpam ex genere ſuo eſſe tradit: & rectè. Dictum eſt, ex genere, nam ex circūſtantia pōt eſſe lethale.

Qui, ſeruato ordine fraternæ correctionis, alterius crimen teſtibus, aut Superiori detegit, vt ille reſipiſcat, non eſt detractor; famam enim iniuſtè non offendit.

Detractio, quæ famoſis libellis fit, eſt omnium peſſima, quia in multos effunditur, & auferri facile non poteſt. Imperator capitis pęnam ſtatuit in ſpargentem, aut euulgantem huiuſmodi libellos: Sacri Canones verberum, & excommunicationis pœnam proponunt. Pius Quintus, Anno 7. Conſtit. 160. has pœnas confirmauit, extenditque ad ſcribentes literas, de auiſi, conuicia, & iniurias complectentes, futuroſque ſucceſſus, ad dictantes, exemplantes, detinentes: præcepitque vt qui eas habet, ſtatim conſumet, aut conſignet.

C. Cui alterius. 5. quæſt. 1.

Scribentes, recipienteſque famoſos libellos contra inſtituta SS. Franciſci, & Dominici, Papali excommunicatione feriuntur. Vide Toletum lib. 5. c. 64.

D. Gregorius, libelli infamatorij auctorem excommunicatione affecit; Vide Sayrum de cenſuris lib. 1. c. 9. num. 26.

28 *Omne periurium*. Vide Superius poſt num. 3. huius capitis.

29 *Ob metum tormentorum*. Caiet. alijque nonnulli negant licere, falsò ſibi crimen imponere, ob metum tormentorum. Ad vitanda leuia tormenta falſum crimen fateri, cuius cauſa pœnam capitis luas, lethale ſcelus, non tamen ſi verum crimen, ſed occultum fatearis.

Patefacere verum crimen occultum, aut falſum ſibi imponere, ob leuium tormentorum metum; ſi nullum grauius malum timeatur, non eſt lethale. Hęc Leſſius Dubit. 7. l. c.

Vt tormenta valde grauia effugias, nō erit lethale piaculum falſum tibi crimen, quod capitis ſententiam pariat, imponere. Sic Syl. Angelus, Vide Detractio, Sot. lib. 5. quæſtion. 10. art. 2. Toletus cap. 66. lib. 5. Leſſius loco citato num. 41. contra Nauarrum. Idem docet Arragon 2. 2 q. 62. de dominio pag 99. col. 1. dum hoc in aliorum detrimentum non cedat.

35 *Qui libellum*. Vide Superius ante numerum 28.

36 *Audita ab alijs*. Referentem audita, vel alia, ſine aſſeueratione, & ſine periculo infamię proximi, quia audientes credituri non ſunt, mortiferè non peccare, exiſtimo, cum Scoto, & Leſſio Dubit. V.

Qui refert grauia, quæ audiuit, apud eos, quos ex leuitate animi credituros exiſtimari facile poteſt; lethali ſcelere cōtaminatur cōtra charitatem; at iuſtitiam non uiolat: at ſi ita referat, & eos auctores nominet, vt qui audiunt ad graue malum de proximo ſuſpicandum inducantur, mortiferam iniuſtitiam admittit, & reſtitutionis eſt reus. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. Leſſius loco citato.

37 *Audit detrahentem mortaliter*. De hac re, Leſſius Dub. 4. hæc habet. De audiente detractorem, Toletus lib. 5. capit. 67.

Audiens, vt excitet ad detractionem, magis peccat, quam detractor.

Qui

Qui lætatur detractione, at non excitat ad detractionis perſeuerantiam peccat lethaliter contra charitatem, & iuſtitiam: non eſt tamen reſtitutioni obnoxius, quia non dat cauſſam damni.

Qui audit, ſed neque inducit, neque gaudet, neque obſiſtit, cum poteſt: mortifero interdũ, interdũ veniali ſe crimine obſtringit. Mortifero, dũ grauis eſt infamia, & impediri facile poteſt. Veniali 1. Si exigua ſit detractio 2. ſi vnus, aut duo, qui tacebunt, audiant, quamuis grauis illa ſit. 3. Si pudore, aut puſilanimitate victus nõ audeat reſiſtere. (niſi infamia grauiſſima eſſet) 4. Si exiſtimet, detrahentem ſpontè dicta reuocaturum, ad quod fraterna correctione is excitandus. 5. ſi arbitretur, auditores fidem dictis non præſtare.

Nullum autem eſt crimen, ſi non cenſeas, monitionem profuturam; aut ſi graue malum timeas, aut rationabili pudore impediaris, vt ſi nulla polleas auctoritate. Tunc autem aut diſcedẽdum, aut multus triſtis oſtendendus, vel oratio ad alia diuertenda.

38 *Iudex.* Vide Pet. Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 147. De Iudice Leſſius lib. 2. c. 29.

Fama quomodo reſtituatur, aut condonetur.

De ratione reſtituendæ famę. Carbo Quæſt. XVIII. Leſſius cap 11 Dub. 20 lib. 2.

43 *Eam compenſare.* Probabile eſt, lege iuſtitiæ neceſſarium non eſſe, vt fama, quę reſtitui non poteſt, pecunia compenſetur. Vide Leſſium Dub. 16. Carboni q. 22 contrarium placet.

45 *Heres.* Vide Leſſium Dubit. 21. contra Nauarrum pugnat Carbo quæſt. 22.

46 *Condonari poteſt.* Vide Tol. lib. 5. c. 68. Sot. l. 4. q. 6. ar. 3 ad. 4. l. 6. q. 10. ar. 2. Salon 2. 2. q. 62. ar. 2. Cont. 23. Leſſium Dub. 24. Carbonem quæſt. 23. Famam condonari poſſe, eſt cummunis ſententia.

Si fama ſit neceſſaria, ad fugiendum ſcandalum, ad proximi bonum, ad exequendum munus, quod exequi debes, eam non potes condonare.

Quod munus, duos excipe caſus, cum Soto, & Leſſio loco citato. 1. Si velis te illo munere priuare. 2. Si famæ iacturam apud ſubditos virtutum officijs compenſare, queas.

47 *Mutuo infamarunt.* De hac re Carbo quæſtion. 24. Toletus cap. 70. Caiet. 2. 2. quæſtion. 62. ar. 2. Pet. Nauar. lib. 2. capit. 4. num. 395. Sotus lib. 4. q. 6. ar. 3. ad 4. Angles in 4. de reſtit. famæ dub. 3. Leſſius Dud. 25 loco citato.

Si iniuſtè illius famam lædas, qui tuam antea læſerat, ſeruata ęqualitate, quæ poteſt ſeruari, compenſationem adhibere potes; ſi is ablatam tibi famam nolit reſtituere. Hoc Leſſius docet contra Nauarrum. *l. c.*

Infamiam cum damno fortunarum cõpenſari poſſe, non eſt improbabile, probabile ſit, famam pecunia compenſandam, quando in ſuo genere nequeat reſtitui, vt nonnulli tradunt Vide etiam Tol. capit. 70. loco citato. *Vide Leſſ. num. 136. l. c.*

50 *Nec item obligatur.* Vide quæ ad numerum 37.

Quod vt nouum. Vide Leſſium Dubit. 27. vbi docet, quænam a famæ reſtitutione excuſent. Couar. in Reg. Peccatum. 1. p. num. 8 §. Tertio, Corduba lib. 1. q. 33. artic. 2.

Quando fama eſt recuperata, ceſſat obligatio illius reſtituendæ. Vide Leſſium diſtin. 17.

2 Quando infamiam deleuit obliuio, niſi ſit periculum, vt ea reuiuiſcat. d. 18.

3 Si fieri nequeat, ſine periculo vitæ. diſtin. 15.

4 Si fieri non poſſit, vt reſtituatur. diſt. 15. 16.

5 Si fuit obligatio eius reſtituendæ condonata ab eo, qui poterat. Dubit. 24.

6 Si facta ſit iuſta compenſatio. d. 25.

7 Si crimen occultum nonnulis à te narratum alio modo euulgetur. Dubit. 13.

Damnum, quod ex fama iniuſtè ablatã manauit, reſtituendum. Vide Leſſium Dub. 19.

Qui amico iniuriam ſibi illatã narrat, vt ab eo conſolationis remedium capiat, vel vt ea narratione dolor leuior efficiatur, culpam lethalem ſaltem, non eſſe docent Pet. Nauar. numer. 345. Leſſius Dub. 12. loco citato.

An crimen hic publicum, alibi, vbi neſcitur, licite narrari queat. Leſſius Dubit. 13.

Si eum, qui in vno, alterouè ſcelere famam

mam amiſit, alia crimina publicis non affinia, aut connexa narrando infamares, charitatis, & iuſtitiæ iura frangeres, non autem, ſi eſſent affinia, & coniuncta. Vide Leſſium Dub. 14.

Quando ad impendens, illudque non exigui momenti damnum proximi impediendum, neceſſe eſt omnino alterius crimen patefacere, id nefas non eſt. Leſſius Dub 9.

Si quis fingat, ſe medicũ, aduocatum, Confeſſariumue peritum, cum non ſit: poſſum illius ſimulationem patefacere, ſi alicui ſit nocitura. Vide Leſſium Dubit. 10.

Vni, vel duobus crimen alicuius detegere, ſi ſint viri, quibus id aperire ſit non ſecus, ac ſi nemini aperiretur, non eſſe lethale piaculum docent probabiliter. Cai. 2.2.q.73.ar.2.dub.1. Pet. Nauar. numer. 335. Leſſius Dub. 11.l.c.

Si bona fide exiſtimans, aliquid eſſe verum, & publicum, id narrando famam abſtuliſti, teneris reſtituere; etiam ſi, ob fraternam correptionem, id egeris; ſi tamen ſine tua infamia, aut graui fortunarũm damno, id poſſis efficere. Vide Leſſium d. 22.

Honor iniuſte ablatus reſtituendus eſt Vide Leſſium d. 27.

De detectione, ſiue reuelatione ſecreti.

De Secreto Sot. de ratione tegẽdi ſecr. Barth Med. lib. 1. cap. 14. §. 36. Toletus cap. 45. de Septem pecc. mortal. Syl. Fumus, Vide Secretum.
De Sigillo Confeſſionis ad cap. 8. quædã addidi. De eo agit etiam Martinus Delrio lib. 6. cap. 1. Sect. 2. Mag. Diſquiſ.

53 *Referat, aut legit.* Vide D. Ant. p. 2. tit. 1. c. 22. Sot. de rat. teg. ſecr. & memb. 1. quæſtion. 2. concl. 5. Tol. c. 45. l. c.

54 *Secreta in iniuſtam.* Vide Sot. lib. 5. quæſtion. 10. art. 2. col. penult. Toletum lib. 5. cap. 66.

Secretum Tyranni Vrbem iniuſtè, & occultè inuadere volentis, poteſt quilibet detegere: is enim iniuſtè agit. V. Tol. cap. 44. de ſeptem pecc mort.

57 *Qui reus.* De reo Leſſius lib. 2. c. 31. Tolet. lib. 5. cap. 58. D. Th. 2. 2. q. 69. Caiet. Bannez, Arragon, Salon. Val. ibidem. Sot. lib. 5. q. 6.

Non confitetur. Vide Leſſium diſt. 3. S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1.

58 *Sot. de rat. teg.* Idem lib. 5. quæſtion. 6. ar. 2.

59 *Peccat Iudex.* Vide Pet. Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 242. de reſtit. Sot. de ratione teg. ſecr. q. 1 concl. 3. l. c.

61 *Epiſcopus*, Vide Leſſium Dub. 14. l. c.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Decimum Nonum.

Man. D. Martini Nauar.

Notæ, & Appendices.

De Nono Præcepto.

De nono Præcepto, Concil. Col. Catechiſmus. Rom. Bar. Med. lib. 1. c. 14 §. 38. Tol. lib. 5. c. 71. ponit nonum præceptũ. Non concupiſces res proximi tui. Habetur Exod. 20. Non concupiſces domum proximi tui. De Luxuria ſuperius, ad Caput XVI.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimum.

Man. Doct. Martini. Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De ludo Summiſtæ Vide Ludus, Abol in capit. 8. Matth. q. 52. Molina à d. 510 de Cont. Garzias de contract. c. 42. 43. Lopez lib. 2. c. 21. & p. 2. c. 31. Toletus lib. 5. c. 27. Alponſus à Vega in Summa Hiſpana, Angles in 4. Rodericus in Summa, Al

Digitized by Google

tocit, Leſſius lib. 2. c. 26. Carbo de reſti t. q. 37. 38. 39. 40. Barth. Med. lib. 1. cap. 14. §. 28. Sot. de Iuſt. lib. 4 q. 5. art. 2. Salon in 2. 2. quæſtion. 5. de dominio arti. 6. Greg. Val. tom. 3. diſt. 5. q. 6. p. 5. §. Octauo quæritur, Comitolus lib. 5. Reſp. Mor.

Vt iuſtus ſit ludus, tres conditiones neceſſariæ. 1. Vt ludentes dominium habeãt earum fortunarum quas, ludo exponunt amittendas. 2 Ne vnus alium ad ludum trahat inuitum, minis, dolo, fraude, conuitijs. 3. Vt abſint fraudes contra leges ludi.

5 *Metu*. Qui lucratur ab eo, quem minis, aut conuitijs ad ludum attraxit, tenetur reſtituere, ita Leſſius ex communi Dub. 2. l. c. qui tamen Molinæ, & Garziæ ſententiam huic aduerſantem probabilem arbitratur.

Qui importunis precibus alium, traxit ad ludum, non tenetur ad reſtitutionem, ſi lucratus ſit Vide Leſſium loco citato, & Sà Vide Ludus num. 7.

Qui fraude lucratur non ſolum lucrũ reſtituere debet, ſed id etiam, quod collu ſor lucraturus erat, ſi fraude impeditus non fuiſſet. Sic quoque Leſſius. l. c.

9. *Notabilem quantitatem*. De hac re Lopez p. 2. propoſ. 6. l. c. Carbo q. 38. Canonicæ leges quoſdam ludos viris Eccleſiaſticis vetantes vigent in ſuo robore: mortifereque peccant clerici eas violantes. is tamen clericus qui raro, animi gratia, & modicam pecuniæ ſummam luderet, lethale, peccatum non admitteret. Vide Leſſium Dub. 1. & Carbonem quæſtion. 38. qui, q. 39 oſtendit; non ludum quemlibet viris religioſis vetitum eſſe.

11 *Tam graui lege humana prohiberi laicis*. Syl. mortale putat, contra Nauarrum, laico, aleis ludere, magni lucri cauſa. Sylueſtrum ſequitur Comitolus lib. 4. q. 10. Reſp. Mor. Vide Sà num. 5. l. c.

12 *Qui de ipſius licentia in ſcholis*. Vide Salon l. c. Leſſium Dub. 5. num. 37. Sotum lib. 4. q. 5. ar. 2.

Non placet &c. non poſſe plura lucrari. Lopez p. 2. c. 33. Nauarrum ſequi videtur Toletus c. 27. l. c. conciliat diſtintione ſententia Si fraus interceſſit, & colluſor putauit, poſſe illum magnam pecuniæ Summam amittere, tenetur filius reſtituere: ſi fraus abfuit nõ tenetur. Salon, & Leſſius loco citato num. 38. exiſtimant, eum qui tantum quatuor amittere poteſt, vnico actu, non poſſe niſi quatuor lucrari ab eodem, ſi vnus tantum ludat, nam ſi plures, eodem tempore, ludant, poterit vnico actu a ſingulis quatuor lucrari. Si colluſor noſcens ludentis conditionem, velit exponere ludo plures nummos, quam ille amitte re queat, cedit iuri ſuo, & ille iſtè nummos, omnes lucrari poteſt. Vide etiam de hac re Val. d. P. 5. q. 6. col. 921. Angles l. c. Sà num. 4.

14 *Spectat*. Vide Sà num. 4. l. c.

17 *Diſſimulando peritiam magnam*. Hic error dat cauſſam contractui, quando autem error contractui cauſſam dat, contractus irritus eſt, vel irritari poteſt. Vide Leſſium d. 5. num. 30.

Si quis ludendi peritia colluſorem valde ſuperaret; neuter tamen alterius peritiam cognoſceret, non tenetur lucrum reſtituere, quia vterque ſe ſe periculo expoſuit. V. Sà num. 8.

Sub fide ſua non iurata. Sot. etiam ita ſentit l. c. & Couar. in Reg. Peccatum p. 2. §. 4. num. 9. at Caſtro de lege poen. lib. 2. cap. 2 Ioan. Med. q. 22. de reſt. Garzias c. 43. l. c. ſentiunt; ſoluendum eſſe, quod ſub fide data amiſſum eſt. Hoc quoque Salon fatetur, ſpectato ſolo iure naturæ, immo vero etiam ſpectato veteri Caſtellæ iure, & Valentini Regni legibus, at in Caſtellę Regno, poſt legem Caroli V. promiſſiones ludentium ſub data fide, irritantem, qui amiſſit ſub data fide, non tenetur ſoluere. Nauarri ſententia placet Carboni. quęſtion. 42. tamquam probabilior. Vide Toletum, lib. 5. c. 27. & Notas noſtras, ſi placet. *l. c.* *an. 1518.*

18 *Sponſionem*. Vide Garziam capit. 42. Leſſium d. 1. & 5. l. c. Io. Med. quęſt. 22. de Reſt. Molinam d. 508.

Quando ſponſio fit de re futura, quæ ſciri non poteſt, iuſta eſt, naturæ iure, vterque enim ſpondentium incertus eſt; & ſe ſe amittendi periculo exponit.

Quando eſt de præſenti, aut futura, nõ eſt iuſta, ſi vnus eſt certus, alter dubius. Neceſſe eſt, vt poſſit, vterque falli Vide Molinam loco citato.

Gregorius XIV. 21. Martij Anno Primo, improbauit, irritaſque fecit ſponſiones omnes, vitam, aut mortem, creationemuè Summi Pontificis, aut Cardinalium, reſpicientes, violantes hanc legem

ex-

Digitized by Google

communicantur, ipſo facto; & ſi ſint Eccleſiaſtici Beneficijs priuātur, & ad alia inhabiles efficiuntur. Sponſiones nullum robur habent; pecuniaque promiſſa, aut data locis pijs, in foro etiam conſcientiæ debetur.

Ludo vetito acquiſita reſtituenda, eſſe, quidam aiunt: plures verius negant. Vide Leſſium Dub. 3.

Quicquid alendæ familiæ, publicouè muneri obeundo neceſſarium eſt colluſori, amitti ludo non poteſt: id ſi tu lucratus ſis, teneris, reſtituere, & crimen pœnitentia expiare. Sic ſentit Comitolus lib. 3. quæſtion. 10. Reſp. Mor. qui aleatorio ludo comparata reſtitui, debere ante ſententiam, docet; putat enim, ciuiles de hac re leges abrogatas non eſſe, eum tamen, qui contrariæ ſententiæ auctores ſecutus, reſtituenda non eſſe ante repetitionem, & Iudicis ſententiam dicit, abſolui, poſſe, & debere, affirmat.

Ludos, quos hiſtriones vſurpant, ſi modeſtia agantur, improbandos non eſſe, ait Sà numer. 10. Comitolus lib. 5. queſtion. 11. lethale ſcelus putat impuras comedias agere, & audire.

De Conſilijs Euangelicis.

De Concilijs Euangelicis, Sot. lib. 2. quæſtion. 9. artic. 3. Cardin. Bellar. lib. 2. cap. 7. 8. 9 de Monachis.

Conſilia Euangelica, & naturalia ad tria capita reuocantur ad paupertatem caſtitatem, & obedientiam. Sot. loco citato.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumprimum.

Man. D. Martini. Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De quinque Eccleſiæ Præceptis.

De quinque præceptis Eccleſię Io. Azorius tom. 1. Mor. Inſtit. lib. 7. Toletus lib. 6. Lud. Carbo de eodem argumento Opuſculum confecit.

De Miſſa Cardinalis Bellar. lib. 5. De Euchariſtia duos libros conſcripſit. Suarez tom. 3. à d. 73. Sà, & quidam alij Summiſtæ V. Miſſa, Tol. lib. 2. à cap. 4. Azor. lib. 10. à c. 18. l. c. D. Th. 3. p. q. 83. Sot. 4. diſt. 13. q. 2. tom.

De præcepto audiendi Miſſam, Suarez l. c. d. 88. Azorius lib. 7. à c. 1. Tol. lib. 6. à cap 6. Sà V. Miſſæ auditio. Carbo l. c. Barth. Med. lib. 1. c. 14. §. 9.

1 *Die Natiuitatis.* Suarez d. 88. ſect. 2. l. c. in fine. Sà l. c. numer. 8. Natali Domini Die ſatisfacis præcepto, ſi Miſſam noctu celebratam audias. Syl. Miſſa. 2. §. 1.

Et quod legendum per ſe. Refellitur hęc opinio à Suarez col. 2. l. c.

3 *Sine cauſa.* De cauſſis ab audiendo Sacro excuſantibus Azor. cap. 7. Suarez ſect. 6. Tol. c. 9. l. c.

Priuilegio ſpeciali. ita etiam Suarez col. 2. l. c.

4 *Nobiliores viduæ.* Non diſcrepat Suarez loco citato.

5 *Concionem in Parochia.* Congregatio Sacri Concilij Trid. declarationi præfecta declarauit, Parochianos cogi non poſſe ab Epiſcopis ſuis ad Miſſam, concionemuè in Parochia audiendam, neque. ad diſcenda ibidem chriſtianæ pietatis rudimenta, quæ Doctrina chriſtiana dici ſolent, Sà loco citato num. 1.

7 *Si nulla prece.* Qui excuſatur ab audiēdo; Sacro, die feſto, non tenetur ad fundendas preces· quia nullum de hac re præceptum: optimè tamen faciet, ſi fuderit. Contrariam ſententiam Scoti, & Angeli valido fundamento non munitam cum Nauarro refellit Suarez loco citato in fine.

Poſſe quem eodem tempore. De hac re Carbo capit. 9. De Miſſa audienda, Tolet. lib. cap. 6. Io. Med. quæſtion. 44. de Confeſſ. Azorius, alios referens cap. 5. q. 3. loco citato. Poſſe hominem, eodem tempore, ſatisfacere præceptis de audiendo Sacro, & de horis canonicis recitandis, Suarez quoq; docet loco citato ſect. 3. in fine, Toletus, Azorius, Io. Med. Sà num. 2. loco citato Comitolus lib. 1. q. 65. Reſp. mor. multos referens pro eadem ſententia.

10 *Sacrificium.* In Miſſa Sacrificium verum offerri, docet, contra hæreticos, Bellar. lib. 1. de Miſſa a capit. 6 vſque ad 23. po-

Digitized by Google

23. poſtea Lutheri c. 24. Caluini c. 25. Kemnitijque cap. 26. obiectiones diluit.

Propitiatorium Miſſæ Sacrificium propitiatorium eſſe, habes in Bellarminio lib. 2. cap. 2. eſſe impetratium c. 3. De efficientia Sacrificij Miſſæ cap. 4.

Pro viuis. Viuentibus prodeſſe Miſſæ Sacrificium, idem Bellar. tradit cap. 6. Ritè offerri pro defunctis Purgatorio igne cruciatis cap. 7. In Sanctorum honorem c. 8. De miſſis priuatis idem cap. 9.

Lingua tantum vulgari. Hæretici quidam, Kemnitius præcipuè neceſſarium eſſe, aiebat, vt Miſſa vulgari lingua celebretur. Probat Bellar. cap. 11. loco citato. Statutum rectiſſimè à Conc. Trid. Miſſam vulgari lingua celebrari non debere & lib. 2. de Verbo Dei, & de Sacramentis in genere, inania hæreticorum argumenta refutat.

De cæremonijs Miſſæ a c. 13.

t. 2. de Relig. *Cantui etiam Organico*. De cantu Eccleſiaſtico in communi Suarez lib. 4. De orat. cap. 7. De cantu Organico Eccleſiaſtico capit. 8.

Candelarum. De cereis, quorum in Miſſa vſus eſt, Bellar. cap. 14. l. c. Miſſam ſine lumine celebrare, lethale piaculum: Ita communis DD. Sententia, cui Comitolus lib. 1. q. 49. adhæret.

Reſ. mor. Maioris Hæbdomadæ diebus, dum Dominicæ Paſſionis Hiſtoria legitur, lumina, extinguendæ non ſunt. Sic etiam Comitolus loco citato.

Die cœnæ Dominicæ ſecreto, & ſine ſcandalo celebrare priuatim licet, Suarez D. 80. ſect. 1. Nau. c. 25. num. 88. Sà V. Miſſa num. c. 23. id tamen negat Francolinus.

In Paraſceue nefas eſt celebrare c. Sabbatho de conſecr. d. 3. Suarez, Sà, l. c. at Euchariſtiam ſuſcipere id illo nemini vetitum, legi.

Sabbatho Sancto priuatim licere celebrare, iuſta de cauſa, & ſcandalo amoto, docent nõnulli, petita a Superiore venia negant alij. Vide Notata ad Sà l. c. n. 23.

De ſecundo præcepto Eccleſiæ De ieiunando.

De ieiunio D. Th. 2. 2. q. 147. Caiet. 16. Summiſtæ V. Ieiunium, Io. Med. c. de Pœnit. Bellar. t. 4. lib. 2. de bon. op. Angles in 4. Couar. l. 4. Var. c. 20. Azor. l. c. à c. 8. Philiar. lib. 1. Greg. de Val. tom. 3. d. 9 q. 2. Graffius lib. 2. c. 32. Barth. Med. l. 1. c. 14. §. 10 Leſſius lib. 4. c. 2. à Dub. 2.

11 *A media nocte*. Tol. c. 1. l. c. Sà Vide Ieiunium num. 4.

13 *Collatione*. De refectiuncula, ſiue collatione, Azor. c. 8 q. 4. hanc conſuetudo inuexit, & licitam facit.

Non licet tamen vti mane. Pro Nauarro ſunt Syl. Caiet. Armilla, Ledeſmius.

Iuſta de cauſa, & Superioris auctoritate, veſpertina refectiuncula circa meridiem ſumi poteſt, prandio in tempus refectiunculæ reiecto. Azor. q. 6. c. 8. Sine cauſa ait, refectiunculam in meridie, ſiue ſub meridiem ſumẽtem ieiunium nõ violare: ſecus, ſi longe ante meridiem id faciat.

Pane veſci licet in refectiuncula, vna cum fructibus, aut herbis, alijſuè leuioribus cibis. Debes eſſe exigua refectiuncula, ne cœna fit: tres, aut quatuor panis vnciæ conceduntur. Si quis duobus, tribus vè fructuum generibus veſcatur, ieiunium non ſoluit, ſi ea modicam vnius generis quantitatem non ſuperent, quæ ſola ieiunij legem non frangeret. V. Azor. q. 7. 8. l. c. Locis autem, temporibus, perſoniſque conſideratis, refectiuncula poteſt eſſe maior, aut minor. De refectiuncula Leſſius D. 2. l. c.

14 *Sola autẽ ſecunda comeſtio* Cõtrariã ſentẽtiã tuetur Io. Med. q. 5. de ieiu. Cou. l. 4. Var. c. 20. n. 13. At Nau. opinio, Leſſio probabilior, plures habet ſectatores.

15 *Oua*. Vide Leſſium Dub. 2. Du. 3. l. c.

16 *Omnis autem*. Vide Leſſium Dub. 6.

19 *Vxor*. Leſſius l. c.

21 *Dixi*. Lege Io. Med. quæſtion. 3. de ieiunio.

24 *Qui ad cœnam*. Vide Hanc quæſtionem apud Azorium l. c. q. 12. cap. 20.

26 *Caupo*. De hac re Leſſius Dub. 4.

27 *Proferre horam*. Caiet. in Summa. Ante meridiem comedere, non eſt par, toto die autem abſtinere pores à cibis, & noctu cœnare. V. Leſſium Dub. 2.

Dominicis diebus. Lege Io. Medina q. 10. de Ieiu.

Peregrinus manens maiore anni parte alicubi, tenetur ad ieiunia illius loci: Si minori anni parte ibi maneat, teneri illum ad loci ieiunia, alij aiunt, alij negant

Vide

Digitized by Google

Vide Leſſium Dubitatione.7.

Hominem ſui oppidi ieiun ijs teneri, dum inde abeſt, affirmat Palud. negant alij communiter, & probabilius. V. Leſſium Dub.8.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Dct. Theol.

AD CAPVT *Vigeſimumprimum.*

Man. Doct. Martini. ab Azpilcueta.

Notæ, & Appendices.

De ſecun do præcepta Eccleſię.

DE hoc præcepto Azorius t.1. lib.7. Lud. Carbo in tractatu de pręceptis Eccleſiæ, Toletus lib.6.à c.1.

De ieiunio D. Th.2.2. quæſtion. 147. & Interpretes, Summiſtæ Vide Ieiunium, Io. Med. C. de Pœnitentia. Val. tom.3.d.9.quæſtion. 2. Card. Bellar.lib. 2 de bonis operibus, Couar. lib.4.c.20. Var Reſol. Comitolus lib.4. Reſp.mor.

13 *Debere ſæpius.* Vide Sà Vide Ieiunium num.8.

14 *Symbolo, ſeu collatione.* In ventriculo tres, aut quatuor panis vncias concedunt nonnulli. V. Azor.

16 De cauſſæ excuſantibus a ieiunio Tol.l.c.cap.4. Val. par. 5. Azorius capit. 28. Sà num.9. loco citato.

21 *Sine diſpenſatione.* Difficultatem magnam in ieiunio ſeruando iuſta, ad diſpenſandum cauſſam eſſe.

Nonnulli viri docti exiſtimant.

22 D*iſpenſatus.* Si carnes diebus ieiunij tibi, cauſſa valitudinis, permittantur, & eis vtens, ieiunare queas; id te debere, facere, quidam aiũt, alij negant, vtraque ſententia probabilis. Vide Io. Med. quæſtion. 5. dub. 1. de Ieiun. Azor.cap. 10. quæſtion. 3. Comitolum quæſtion. 44. loco citato. Si carnes concedantur, vt factas vires recuperes, repetitaque earum comeſtio tibi nõ mediocriter profu tura ſit, eam tibi licere, dixerim. Rodriquez par. 1. Summæ capit. 23. alia vtitur, neque improbabilis, diſtinctione. Quædam hunc ſpectantia notata ſunt ad c.2. lib.6. Inſtrut. Card. Toleti.

26 *Eos non tenetur.* Comitolus quæſt. 56.l.c. Gabrielem ſecutus, lethali te ſcelere infici, putaſ ſi cibos, quibus ieiunium violatur, ieiunij die ijs præbeas, quos certo, aut probabiliter, ſcis, ieiunij lege obligari. Vide Azor. c.31. q 12. Sà n.15. l.c.

Qui violat ieiunium, iuſtam non ieiunãdi cauſſam ſe habere exiſtimans, mortifere non peccat. Si cauſſam dubi a habes à Cõfeſſario, uel a medico, vel abe piſcopo declarationẽ pete. V. Tol.c.4.l.c.

De tertio Eccleſiæ præcepto, De ſoluendis ſcilicet Decimis.

De hoc pręcepto Tol capit.20. Rodriquez p.1.c.87. Azor. Carbo loco citato.

De Decimis, & primicijs veteris teſtamẽti Abul in c.23. Matth. Azor. c.34. l.c. Segonius de Rep. Heb.l.4.c.15.

28 Si Eccleſiæ miniſtrorum ſuſtentationem conſideres; Decimę naturalis, Diuinique iuris ſunt; ſi quotam, Eccleſiaſtici. Vide Pighium lib. 5. c. 7. Eccl. Hire. Abulenſem q.148. Azor. c.23. l.c. & notas noſtras ad c.20. lib 6. Inſtruct. Tol.

De Decimis D. Thom.2.2.q.87. & Interpretes, Greg de Val. t.3. d.6.q.5. Sot. l.9.q.4.ar.1. de Iuſt. Couar. l.1.c.17. Var. Bel.l.1.c. 25. de clericis, Leſſius de Iuſt.

Ethnici falſis numinibus decimas offerebant. Croeſus (apud Herodotum l.1.) Cyrum monet, vt Ioui ex hircis decimus quiſque offeratur. V. Plin. lib. 12. cap. 14. Ciceronem lib.3 de nat. Deorum.

Sacerdotes Aegyptij à Rege Aegyptio, cum Aegyptum dira panis inopia afflictabat, ex publicis horreis frumenta accipiebant. His à Rege donata prædia hi à ſoluendis vectigalibus immunes V. cap.47. Geneſ. *Loca in notis ad Tol. l.6. habes*

De quarto Eccleſiæ præcepto, De ſemel in anno confitendo.

DE hoc præcepto. Azor.c.39. Carbo, Toletus c.11.l c. Suarez tom.4. in 3. p. Rodriquez p.1. Summæ c. 64.

33 *Habens diſcretionem.* Tunc puer rationis vſu præditus putatur, cum eũ maleſactorum pudet. Hunc annuæ confeſſionis lege obligari, cum vſu rationis pollet, communis ſententia eſt. V. Comitolum lib.1.q.18. Suarez t.3. d.70. ſect.2. Sot.4. d.18.

Digitized by Google

d. 18. q. 1. art. 3. Azor. c. 40. q. 6. Viual. de Confeſſ. num. 15.

Pœnis annuam confeſſionem prætermittentes afficientibus, pueros, ante pubertatem, non affici, multi probabiliter, cenſent, cum Sà V. Confeſſio num. 3. Rodriquez, poſt Sot. & alios pueros ante duodecimum annum Eccleſiæ cenſuris non ligari, ſcribit: quod eſt probabile, nã in pueris nõ puniunt leges, quod in adultis. Gomez. t. 3. de delictis c. 59. & 62. Cõſule Notas noſtras ad lib. 6. c. 11. Inſtruct. Tol.

1. p. c. 57. 4 d. 14. q. 1 art. 3.

Quibus Eccleſiæ legibus obligentur pueri, cum rationis vſu pollere incipiũt, tradit Corduba q. 60. Et nos nonnullos Doctores de hac re tractantes retulimus in Notis ad Toletum l. c.

Tempus, quo annuæ confeſſionis præceptũ obligat, annus integer eſt, cuius initium (ex more Eccleſiæ) in octaua Dominicæ Reſurrectionis. Quæ ſententia placet Sà num. 44. c. nec mihi diſplicet, quãuis Comitolus lib. 1. q. 15. Reſp. Mor. (ſecutus S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 3. & Io. Medinam q. 14 de Confeſſione in fine) Paſcha tempus eſſe, arbitretur. V. Si libet Sot. 4. d. 18. q. 1. art. 4. Greg de Val. t. 4. d. 7 q. 11. p. 4. Viual. num. 16.

Qui, poſt confeſſionem, lethale facinus admiſit, tenetur iterum confiteri, ſi Euchariſtiam in Paſchate ſuſcepturus ſit, aut, ſi in articulo, probabilius mortis periculo verſetur.

36 *Non tenetur ad confitendum &c. per interpretẽ*. In morte, qui non poteſt, niſi per nutus, aut per interpretem confiteri, hoc modo confiteri tenetur, vt quidam, non improbabiliter, aiunt. V. Sà num. 15. loco citato.

Scripta mitteretur. Confeſſionem per literas, aut nuncium perfici, non poſſe, certiſſimum eſt. contrariam ſententiam tãquã falſam, ad minus, temerariam, ſcandaloſamque Clemens VIII damnauit, anno 1602 die 20 Iunij: & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna (à qua ſolus Romanus Pontifex, extra articulum mortis, abſoluere poteſt) edicto cauet, ne error eiuſmodi doceatur defendatur, ad proximue reuocetur: diſputationem autem, ad eum impugnandum, & reffellendũ, inſtitui poſſe, permiſit. Comitolus lib. 1. q. 16 errorem (ex verbis Pontificij decreti, q̃ ſubijcio) hæreticum eſſe, non iudicat.

Confeſſio Sacramentalis.

PRæter ſummiſtas ſciendum eſt, quod *Die 20 Iunij anno à Natiuitate Domini Ieſu Chriſti 1602. In generali Congreg. Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in monte Quirinali coram S. D. N. Clemente diuina prouidẽtia Papa viij. Propoſita fuit quæſtio.*

Vtrum liceat per literas, ſeu internuntiũ confeſſario abſenti, peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere.

Sanctiſſimus D. N. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſi. Dominis Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem, Generalibus Inquiſitoribus maturè, ac diligenter conſiderata; hãc propoſitionem, ſcilicet, licere per literas, ſeu internuntium confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter, confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ad minus, vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit præcepitque ne deinceps iſta propoſitio publicis priuatiſue lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, neue vnquam tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiue tractauerit (niſi forſan impugnandõ) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſentẽtiæ, quam ipſo facto incurrat, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgiente, etiam S. R. Eccleſiæ maiori Pœnitentiaria, niſi à pro tempore exiſtente Rom. Pontif. abſolui, alijs etiam penis pro arbitrio infligẽdis ſubiaceat. Quintilianus Adrianus Not. publicata fuit Romæ 19. Iunij 1602.

37 *Falſe tantum veniale.* Sà Vide. Confeſſio num. 12. idem.

Nullum aliud. V. Sot. 4. d. 18. q. 2. a. 4. cõcl. 3. Azor. t. 1. lib. 5. c. 28.

42 *Propter Scrupulos.* De ſcrupuloſa cõſcientia Azor. lib. 2. c. 20. l. c. Sà, V. Dubiũ num. 5. à ſcrupuloſo ea tantum in confeſſione explicanda eſſe, dicit, quæ is iurare poteſt lethalia ſcelera extitiſſe, eaque à ſe nunquam in confeſſione explicata.

Aucu-

Digitized by Google

43 *Acceptatum.* V. Canum Relect. de pœnit. p. 3. Sot. 4. d 20. Suarez t. 4. d. 38. ſect. 1. Val. t. 4. diſtin. 7. q. 14. p. 4. Toletum lib. 3. capit. 9. Sà V. Satisfactio num. 4.

Non cogitur pænitens eam acceptare. Non placet hæc ſententia; ſi ſatisfactio ſit rationabilis Vide citatos ſuperiori proximo loco. Synodus Tridentina Confeſſarijs præcipit, vt ſalutares pœnitentias imponant, ſi Confeſſarij imponere debent, ergo etiam pęnitentes acceptare. Nauarri ſententiam, c. 26. num. 20. Scoti, Gabrielis, & aliorum quorundam aientium pœnitentiam recuſari, poſſe à pœnitente, ſi in purgatorijs flammis ſatisfacere, velit reijciendum, cum multis, arbitror, nam ex Conc. Triden. pręcepto, vt vidimus, Confeſſarij ſalutares pœnitentias iniungere debent. De hac re Comitolus lib. 1. cap. 35. Reſp. mor.

Ad c. 26. num. 20.

De V. Præcepto Eccleſiæ De communicando in Paſchate.

AGunt de hoc præcepto Sot. in 4. Suarez t. 3. d. 70 Val. t. 4. d. 6. Azor. cap. 41. Carbo loco citato. Toletus lib. 6. cap. 17. aut 18.

45 *Nobis tamen contrarium videtur in vtroque verius.* Suarez d. 66. ſect. 4. Azor. lib. 7. cap. 40. q. 4. loco citato Nauarri opinionem probant: at diſſentiunt. (cum d. Ant. Syl. & Io. Med.) Fumus Vide Communio num. 6. Sot. 4. d. 18. q. 1. ar. 4. Victoria in Summa num. 148. Barth. Med. lib. 1. cap. 14. §. 42. Val. t. 4. d. 6. queſtion. 8. p. 4. Toletus l. c. Sà Vide Euchariſtia num. 7. Vtraque ſententia probabilis eſt: Ego tamen diſſentientem a Nauarro libentius amplecterer: Semel enim tantúmmodo præceptum obligare videtur, non diſcrepant Angles in Floribus pag. 221 de confeſſ. & Azor. cap. 39. quæſtion. 8. loco citato.

52 *Percipit ab eo, qui non eſt proprius parochus.* Ad hoc quoque ſacramentum miniſtrandum iuriſdictio, ordinaria, vel delegata, requiritur. Nonnulla de hac re in Appendice 2. ad caput 8. Libri de officio Curati adnotata ſunt. Euchariſtiam ſine vlla iuriſdictione miniſtrare (extra neceſſitatem) Lethale crimen. Suarez t. 3. d. 72. ſect. col. 2. Probabilis præſumptio cõſenſus Parochi. (Nauarri opinione) ad ſcelus vitandum, Satis eſſet.

V. Sà n. 14. l. c.

Nobis tamen intelligenda. Euchariſtiam alio die ſuſcepturus, vt Parochiæ ſatisfaciat, die etiam Reſurrectionis, poteſt eam ab illo percipere; qui Mendicantium priuilegijs gaudet. Hoc placet Sà numer. 10. loco citato Diſcrepat a Nauarro Suarez t. 3. diſtin. 72. ſect. 2. col. 7. Vide Azor. loco citato quæſtion. 7.

53 *Infirmus ſequentem diem.* Egrotus, qui non ieiunus, Euchariſtiam pro uiatico ſemel ſumpſit, poteſt eam ſæpius, in eodem morbo, non ieiunus ſuſciperè, ſi ieiunus nequeat. Hoc quibuſdam viris eruditij placet; nec improbatur à Sà numer. 5. loco citato Vide citatos ad eum locum, Viualdum de Euch. numer. 158. Suarez diſtin. 66. ſect. 5. loco citato Zambranum, alios referentem, capit. 3. dub. 5. Deciſionum caſ. art. mortis.

In articulo mortis Diaconus, ſi ſacerdos abſit, Euchariſtiam miniſtrarè poteſt. Vide recenſitos ad Sà numer. 4. loco citato, Appendicem primam ad c. 8. libri de officio Curati, & Comitolum lib. 1. q. 44. Reſp. mor. Id laicum etiam facere, poſſe, nonnulli aiunt: negat Sà loco citato Scotiæ Regina, morum ſanctitate cęlebris, iniuſte perimenda, auguſtiſſimum Diuini Corporis, & Sanguinis epulum ſibi, cum laude, miniſtrauit. Vide Suarez t. 3. d. 72. ſect. 2. Val. t. 4. diſtin. 6. q. 10. p. 1. Laici aliquando, priſcis temporibus, Euchariſtiam ſumendam domum d. ferebant.

54 *Sine ſtola.* Vide Sà num. 31. ibique citatos.

55 *Subdito.* Vide Eundem numer. 16. & ad, eum locum relatos à me.

57 *Pueri.* Vt pueri ad Euchariſtiam recte ſummendam magis idonei ſint, illius miniſtratio vnum, aut duos annos differri poteſt. Cum vſu rationis pueri præditi ſuut (quod anno decimo ſæpe accidit.) ad hoc ſacramentum percipiendum admitti poſſunt: non poteſt tamen certus terminus ſtatui, hoc enim quibuſdam citius, tradius alijs accidit. Confeſſarij iudicium in hac re conſulendum Terminus miniſtrandæ pueris Euchariſtiæ à Decimo anno vſque ad Sextumdecimum videtur, extendi. V. Sot. 4. diſtin. 12. q. 1. ar. 9. Suarez d. 76. Sect. 1. l. c. Val. t. 4. d. 6.

Sà, & ibi citatos n. 12. l. c.

Digitized by Google

d. 6. quæſtion. 8. par. 4. Azor. lib. 7. capit. 40. quæſtion. 10. loco citato, & Notas Noſtras ad cap. 16. lib. 1. Inſtruct. Sac. Card. Tolet.

59 *Monialis cuiuſuis Ordinis.* Moniales Euchariſtiam, ſingulis menſibus, non ſummentes lethali ſcelere contaminari, non puto: nam Concilium. Triden. ſtatuit, vt Epiſcopi eas moneant, non autem, vt præcepto cogant, ad id faciendum. De hac re in Notis ad Toletum lib 9 cap. 12. & alibi.

Euchariſtiam in lethali ſcelere, ſuſcipientem Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, aiunt Suarez diſtin. 70 ſect 3. col. 2. Couar. in c. Alma. 1. par. §. 5. Azor. cap. 41. queſtion. 2. loco citato Carbo c. 3. de Euchariſt. Barth. Medin. lib. 1. capit. 14. § 42. Sà numer. 25. loco citato; at Capreolus, Durandus, & alij quidam, minus probabiliter, id non concedunt.

Quouis die, & quauis diei hora, extra Miſſam, Euchariſtiæ ſumi poteſt Vide Suarez diſtin. 69. ſect. 3. Sà numer. 19. loco citato, alioſque ibi recenſitos. Conſideranda tamen loci conſuetudo.

Qui caret confeſſarij copia, cum nota attritione, Euchariſtiam ſumere non poteſt; (ſine graui ſcelere) dum illam, ad vitandum ſcandalum, Suſcepturus eſt. V. Suarez diſtin. 66. ſect. 5.

Euchariſtia ad ægrotum, qui eam ſuſcipere nequit, deferenda non eſt, ex Pio Quinto, & Congreg. Conc. cuius reſponſum habes apud Rodriquez par. 1. Summa cap. 64. num. 3.

Laicis probitate præditis Euchariſtiam octauo quoque die, non autem frequentius, (niſi quis eſſet inſigni ſanctitate) nonnulli viri docti concedunt Vide Sotum 4. diſtin. 12. quæſt. 1. artic. 10. Bartoh. Medin. in Inſtruct. Confeſſ. Suarez diſtin. 69. ſect. 4. Rodriquez 1. par. capit. 65. Multi tamen pij Confeſſarij mulieribus, & viris quibuſdam ſpiritalem, vt aiunt, vitam ſectantibus ter in hebdomada Diuinum cibum miniſtrant. Magna prudentia opus eſt in hac re, preci buſque ad Deum.

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumſecundum.

Manualis D. Martini. Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De Septem Sacramentis &c.

De Sacramentis D. Th. in 3. p. & Interpretes Suarez, Val. alijque Scholaſtici in 4. Sotus præcipue, Card. Bellar. Catechiſ. Rom.

1 *Sacramento prim. o.* V. Catechiſ. Rom.

Inſtrumentaliter. Deus eſt gratiæ creator, & infuſor: Sacerdotes, & Sacramenta gratiam nō creant, illi gratiæ miniſtri, dum Sacramenta miniſtrant, hæc gratiæ inſtrumenta, à Chriſto Domino diuinitus inſtituta.

3 *Miniſtrat ſaltem ſolemniter.* In miniſtro Sacramentorum, poſt lethalem culpam, contritio ſequiritur: non tamen, ſi cogente neceſſitate, baptiſmum, ſine neceſſitate, miniſtrat. Sacerdos mortiferi ſceleris veneno infectus matrimonio aſſiſtens lethaliter non delinquit; non enim Sacramenti illius miniſter eſt, ſed contraentes. V. Pet. de Ledes. de matrim. q. 42. ar. 3. ad. 3. Sanchez lib. 2. de matrim. diſtin. 6. *V. Tolet. lib. 1. c. 85. vel. 87. & inferius c. 25. à numer. 70.*

Niſi ſe ita credat attritum. Baptiſmus, & Pœnitentia, cum ſint ſacramenta mortuorum, cum nota attritione, ſuſcipi poſſunt, non autem quinque alia Sacramenta, quandoquidem ad primam gratiam conferendam inſtituta non ſunt; vt illa duo.

4 *A Sacerdote excommunicato.* Si denunciatus ſit, aut publicus Clerici percuſſor non è contra, cum alium commode habere non potes, à quo ſacramenta accipias.

Excepto Baptiſmo. In articulo mortis Pœnitentiæ quoque Sacramentum ab

ex-

excommunicato etiam denunciato, vel publico clerici percuſſore ſuſcipere quis poteſt, ſi alius idoneus miniſter non adſit V. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de pœnit. & no ctata ad numerum 272. cap. 27.

Suſcipiens Sacramentum in gratia, gratiæ incrementum acquirit. Si dubites, an formam protuleris; poſſes eam ſub conditione repetere. V. Caiet. V. Abſolutio, Syl. V. eodem 1. §. 1. Sum. eod. num. 6. ſatis eſt autẽ, eam mente complecti. Barth. Med. lib. 2. c. 12. Inſtruct. Confeſ.

De Sacramento Baptiſmi.

IN *nomine Trinitatis*. V. Sot. 4. d. 3. ar. 5. Suarez t. 3. d. 21. ſect. 4.

Sit proprie baptiſmus. Solus baptiſmus aquæ Sacramentum eſt, characterem ſolus imprimit. Baptiſmus tamen Sanguinis puero in vtero matris clauſo ſalutem afferet, dum mater pro Chriſti fide occidetur, quod Baptiſmus aquæ efficere non poterit.

6 *Baptizat in peccato mortali*. Extra neceſſitatem, vel ſolemniter in ea, vt quibuſdam placet. V. Tol. lib. 1. cap. 85. vel 87. & inferius c. 25. num. 70.

Impœnitens. Qui mortali ſcelere contaminatus Baptiſmum ſuſcepit, Sacrilegiũ patrauit; quod in Confeſſione explicandum erit, ſed non alia crimina ante baptiſmum admiſſa.

Obſtetricis officio fungens. Obſtetricum munus eſt, mulieres in partu, & naſcẽtes pueros adiuuare: non autem baptizare, quare neque naturali, neque eccleſiaſtico præcepto ad ſciendum Baptiſmi formam cogi videntur obſtetrices. Ita Suarez t. 3. d. 31. Sect. 1. Piam Nauarri ſententiam ſecutus eſt olim Turrecrem in c. ſi mulier de conſecrat. diſt. 4. poſt Palud. 4. d. 5. q. 2. ar. 1. nõ improbat Sà, V. Baptiſmus num. 12. & certam putat Melchior Zambranus, (Suarez refutans) cap. 1. Dub. 16. Decis. caſuum ar. mortis.

7 *Mulier præſente*. Id ſi faciat mulier, mortifere non peccat, vt placet Sà num. 7. l. c. V Suarez d. 23. ſect. 2. l. c.

Qui durante. Moralis, nõ phyſicus formæ cũ materia cõcurſus requiritur: quare ſi ſtatim ac formã protuliſti, aquã miniſtres, perficietur Baptiſmus. V. Sot. 4. d. 3. q. vnica arti. 8. Suarez t. 3. d. 2. Sect. 2. q. 60. Greg. de Val. t. d. 4. q. 1. p. 4. Tolet. lib. 2. c. 19. Victoria n. 58. de Bapt. Sà n. 4. l. c.

Si aliqua formæ pars cum aliqua parte materiæ concurrunt, Baptiſmus non eſt iterandus: at ſi cum ablutione nulla pars formæ concurrunt, quibuſdam, non improbabiliter, placet; vt ſub conditione, repetatur. Dent operam ſedulo Sacerdotes baptizantes; vt, dum materiam miniſtrãt verba formæ proferant. Sic ſcrupulum omnem effugient.

Non tamen ipſo facto. Non Sacerdos baptizans, extra neceſſitatem, ſine licentia, fit irregularis, vt nonnullis videtur. V. Comitolum lib. 1. q. 6 l. c.

Diaconum, Parocho concedente, ſolemniter, extra neceſſitatem, baptizare, poſſe, nõnulli ſentiunt. V. Gloſ. in c. Diaconos 93 diſt. & Suarez d. 23 ſect 2. l. c.

Quantulacunque pars. Si hæc ſit capitis, non negamus, At ſi pectus, aut ſcapulæ aqua ingerentur, baptiſmum, ſub conditione, repetendum, cenſent Doctores, communi ſententia: quam confirmat Reſponſum Clementis 8. ad Illuſſ. & Reuerendiſſ. Marcum Corneliũ, Patauinæ vrbis Epiſcopus, tranſmiſſum. interrogatus enim Clemens; an puer, qui antequã perfecte naſceretur, in pede manuue ẽ matris vtero emiſſa baptizatus fuit, rebaptizandus eſſet; poſtquã viuus exiſſet, reſpondit, Rebatizandum, ſub conditione. Pro communi ſententia videndi D. Th. 3. p. q. 68. ar. 10 ad 4. S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 13. §. 1. Vict. num. 31. Pet. à Sot. lect. 1. de Bapt. Palud. Durand. Marſis. Holcoth. in. 4. Syl. Baptiſmus 4. q. 1. Sum. num. 38. à communi ſententia diſſident Sot. 4. d. 3. ar. 7. l. c. Suarez d. 20. ſect. 2. l. c. cenſentes Baptiſmum fieri in toto pectore, aut ſcapulis.

Si capilli tantummodo abluerentur, Baptiſmus repetendus eſſet ſub conditione, nam pes, aut manus, pars hominis magis quam eſt, capilli. V. Angles in 4. vbi de Baptiſmo.

Ea autem quantitas aquæ neceſſaria eſt; qua baptizatus verè ablutus dici poſſit, vt teſtantur Sot. Suarez quæ l. c Val. t. 4. d. 4. q. 1. p. 2. Pet. de Ledeſma 1. p. Summæ de Bapt. cap. concl. 3. dub. 1. quicquid nonnulli, minus probabiliter, de quacunque minima quantitate aquæ, quæ ſenſi-

Digitized by Google

bilis ſit, ſcriptum reliquerint.

Si infans inueniatur cum ſcheda, quæ teſtetur, eum Baptiſmo donatum fuiſſe, non eſt, ſub conditione, baptizandus. V. Palud. 4. d. 6. q. 4. a. 1. Sot. l. c. a. 9. D. Ant. §. 12. l. c. Comitolum lib. 1. q. 1. Reſp. Mor. Rich. 4. d. art. 4.

Baptizãs in neceſſitate, cognat⁹ efficit, maritus tñ nõ priuatur iure petendi. Sanchez lib. 7. de matrimonio d. 62. Idẽ de ſuſcipiente dices, cũ Comitolo q. 137. l. c.

Infidelium filij rationis vſu nondum prędit, ſi I ineuitabili mortis periculo, articulove verſentur, inuitis parentibus, (ſi hi moniti, & excitati ſuaſionibus conſentire, nolint) baptizari poſſunt, (ſi graue fidei ſcandalum abſit) tũc enim extreme egent auxilij ad animæ ſalutem neceſſarij Sot. 4. d. 5. q. vni. a. 10. Suarez d. 27. ſect. 3. Azor. t. 1. lib. 8. c. 25. q. 10. Acoſta lib. 6. cap. tertio, de procuranda Indorum ſalute, Concil. Limenſe ab eo relatum, conſtit. 27.

De ſacramento confirmationis.

8 **B**Alſamum autem non eſt de eſſentia Sot. 4. d. 7. q. vni. art. 2. Couar. 1. Var. c. 10. num. 4. & Greg. de Val. Nauar. adſtipulantur: At alij multi balſamum, neceſſitate ſacramenti, neceſſarium eſſe, arbitrantur. Ex Conc. Flor. & Trid. ſeſſ. 7 c. 2. conſtat, Chriſma ad ſacramenti eſſentiam requiri, & eſt de fide: balſamum, & oleum (illud cum hoc mixtum) chriſma conſtituere, certum, (non tamen de fide) cenſet Suarez d 33. ſect. 1. V. Bellar. lib. 2. c. 8. & 9. de Confirmat. Pet. à Soto lect. 2. de Confirmat.

Conſecratio tamen chriſmatis. V. Sot. a. 3. l. c. Suarez d. 33. ſect. 2 Quidam chriſma, neceſſitate ſacramenti, ab epiſcopo conſecrandum eſſe, negant. Conſecrationem ad ſacramenti eſſentiam pertinere, non dubito: Sacerdoti à ſummo pontifice facultatem fieri poſſe, vt chriſma cõſecret, probabile iudico. V. Sot. Couar. Suarez l. c. Vict. num. 50. in ſumma.

Epiſcopus. Simplicem Sacerdotem, ex ſummi Pontificis diſpenſatione, confirmare poſſe, nonnullis viſum eſt. Vide Doctores relatos: & Toletum lib. 2. cap. 24.

Signo te Signo Cruci. Verba formæ inuocatione ſanctiſſimæ Trinitatis neceſſariò continent, nam eſſentialis eſt, Vide Sot. art. 4 Suarez ſect. 5. loco citato, Val. tom. 4. d. 5. q. 1. p. 3. In ſolis Baptiſmo, & Confirmatione Trinitatis inuocatio ad eſſentiam pertinet ſacramenti. Vnctio quoque in fronte, cum Crucis figura, eſſentialis eſt: at inſtrumento confici non poteſt: manus, vel digitus eſſentialis videtur, dexteræ pollicem Eccleſiæ præceptum requirit. Vide Suarez ſect. 3. loco citato.

9 *Se mortalis culpę reum*. Pœnitentiæ ſacramentum huic ſacramento præmittere, non eſt neceſſe: ſufficit, poſt lethale ſcelus, contritio confeſſionem præmittere, optimum conſilium. Sacrilegus eſſet, qui, poſt mortiferam culpam, cum nota attritione, hoc ſacramentum ſuſciperet, aut vnum ex alijs, exceptis Baptiſmo, & Pœnitentia.

Sine patrino. Vnus debet eſſe patrinus, ſi plures ſuſcipiant, ſpiritales cognatos omnes effici, opinor, cum Suarez in 3. p. q. 72. com. art. 1. Patrinum confirmatum eſſe, neceſſe eſt. c. In baptiſmate de conſecrat. d. 4. & forte, mortiferè peccabit nõ confirmatus, ſi ſuſcipiat. Non confirmatũ ſuſcipientem cognationem contrahere, poſſe, ait Soto. 4. d. 42. q. art. 1. negat Vict. num. 51. & Suarez l. c. *Suarez lo. citato.*

Hoc ſacràmentum (ſi contemptum ſeiungas) ad ſalutem non eſt neceſſariũ. Vide Suarez d. 37. ſect. 2. l. c. & notatu ad cap. 24. lib. 2. Inſtruct. Sacerd. Card. Tol.

De Sacramento Euchariſtia.

DE hoc Sacramento D. Thom. multis in locis, Scholaſtici in 4. inter hos Soto, Summiſtæ V. Euchariſtia, Pet. à Sot. de Inſtit. Sac. Greg. de Val. Suarez in 3. p. S. Thom. Card. Bellar. Catech. Rom. Cõcil. Trid. Caniſius, Gropperus, & alij multi.

10 *Peccatorum condonationem*. Hoc ſacramento augetur gratia, nutritur anima mirifice, & recreatur, cœleſtiumque bonorum cupiditate inflammatur. Baptiſmus, & pœnitentia ad primam gratiam, qua humanus animus iuſtus efficitur, cõferendum, inſtituta ſunt. Duplicem Euchariſtia rationem habet, ſacrificij, in Miſſa & ſacramenti extra Miſſam.

Sacerdoti

Digitized by Google

Sacerdoti non ieiunio ſacrificiũ cœptum ab eo, quem ſacrificantem grauis morbus oppreſſit perficere licet, ſi nullus ieiunus adſit, & peracta ſit conſecratio. V. Conc. Tolet. c. Nihil. 7. q. 1. Suarez t. 3 d. 66 ſect. 6.

Ægrotus, qui morbo impeditur, ne Euchariſtiam ſumere queat curare non debet, vt illa ad ſe deferatur: non enim deferri debet ad ægroti ædes vt adoretur, multo minus, vt oſculis afficiatur; immo mortifere, fortaſſe, (vt alicui viſum eſt) peccaret ægrotus, qui eum oſcularetur. V. Supra ad c. 21. n 59.

Si Sacerdos extra miſſam, ex pio animi affectu, ſine vlla neceſſitate, Euchariſtiam ſumere velit, & nullus alius adſit Sacerdos, is illam ſibi miniſtrare poterit: quando nullum ſcandalum aderit Suarez d. 72. l. c.

Nonnulla ad hoc Sacramentum ſpectantia addidi ſuperius ad quintum Eccleſiæ præceptum.

De Sacramento Pœnitentiæ.

DE hoc D. Th. multis in locis, Scholaſtici in 4. Soto inprimis, Io: Medina, Card. Bellar. Pet. a Soto, Greg. de Val. & Suarez t. 4. in 3. p. D. Th. Catech. Rom. Conc. Tri.

11 *Sibi ſubditum:* Ordinaria, vel delegata facultate. Nihil valeret abſolutio, ſi nullam Sacerdos in pœnitentem iuriſdictionẽ haberet. De facultate Sacerdotis in articulo mortis alibi dictũ, ex Cõc. Tri.

Pœnitentia ſemper fuit neceſſaria, Pœnitentia virtus, antequam Chriſtus Dominus Sacramenta inſtitueret, eorumque ſuſcipiendorum lege humanos animos deuinciret, ſemper fuit neceſſaria. Poſt euangelicæ legis promulgationem pœnitentiæ Sacramentum, poſt reſurrectionem inſtitutum, lapſos in mortiferum ſcelus neceſſarium eſt.

Quorum remiſſeritis; Poſt reſurrectionem Io: c. 20. hæc Chriſtus verba protulit, dũ pœnitentiæ Sacramentũ inſtituit. vt Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 1. tradidit.

Per quæ eadem fuit data poteſtas reconciliandi Deo: Quidam in vltima cœna Apoſtolos Sacerdotes à Chriſto inſtitutos fuiſſe, aiunt ad conſecrandum, & ad abſoluendum; alij diſtinctos has facultates diuerſes temporibus à Chriſto illis traditas aſſerunt facultatem ad cõſecrandum in vltima cœna, ad abſoluendum cum poſt reſurrectionem, pœnitentiæ ſacramentum inſtituit. Hanc ſententiam cum Cardinali doctiſſimo Bellarmino non inuitus, amplector. *V. infra ad nu. 17.*

Sol. in 4. diſt.

De Sacramento Extremæ vnctionis.

INtegrũ, quoties non ingens de hoc Sacramẽto volumẽ edidi ante paucos annos, patauini typographi induſtria. nonnulla de eodẽ ad ca. 9. libri de officio Curati adſcripſi D. Th. in 3. p. Scolaſtici in 4. Card. Bellar. Pet. à Soto, Suarez, & Val. t. 4. in 3. p. Pet. à Soto de Inſtit. Sacer. Sũmiſtæ V. Vnctio, S. Carolus Borromæus in Act. Eccl. Mediol. Catech. Rom. de eodem Sacramento agunt.

12 *Preſbyter:* Plures Sacerdotes in neceſſitate ęgrotum eundem in extremis laborantem, eodem tempore, inungere poſſunt; vnus vnum alij alia ſenſuum inſtrumenta, vnuſquiſque ea verba formæ vſurpans, quæ inſtrumento congruunt, quod perungit.

In occulis naribus: Renum vnctio omittenda, in fœminis præcipue, quinq. ſenſuum organa, neceſſitate ſacramenti perungenda, multi exiſtimant. Vtrumque occulum, aurem, narem, linire neceſſitate Sacramenti, non eſt opus; quare in neceſſitate ſatis erit inungere vnum occulũ vnam aurem, &c. *Suarez t. 4 Bellar. ca. 10. de vnct. extr.*

Infirmi: Senio confecti, infecti veneno lethali, icti mortiferis vulneribus fœminæ quoque periculoſo morbo, ex partu præterito, aut imminenti affectæ inungi poſſunt. V. Noſtrũ de Extr. Vnct. libellũ.

Oleo Sacro; Benedictionem Epiſcopi, neceſſitate præcepti quidam, neceſſitate Sacramenti nonnulli alij neceſſariam eſſe opinantur.

Per iſtam ſanctam. Formam deprecatiuam eſſe, debere, vt ſacramentum perficiatur, Diui Thom. Soto, & nulli alij tradunt indicatiuam ſufficere, quidam affirmant.

Peccata remitti. De effectu huius Sacrĩ, & de alijs, quæ hic indicaui, in noſtro de hoc eodem Sacramento, non pauca leges, nec fortaſſe, ſine voluptate, & fructu.

Contra

Contra venialia. Diſplicet D. Thomæ ea ſententia, quæ docet, hoc ſacramentū ad venialia delenda inſtitutum eſſe.

In longiori morbo, ſi in vitæ diſcrimē ægrotus ſæpius incidat, toties inungi poterit, quoties diſcrimen aderit.

De ſacramento ordinis agunt.

SCholaſtici in 4. Sot. Card. Bellar. Pet. à Soto, Henriquez, Valentia, Martinus Furnarius, Summiſtæ V. Ordo.

17 *Poteſtas conſecrandi Euchariſtiam*, Sacerdos, dū initiatur, poteſtatem accipit non ſolum Euchariſtiæ conſecrandæ, ſed etiam abſoluendi à peccatis: ad hanc tamen exercendam requiritur iuriſdictio. Quando illa, & hæc tradatur, mox indicabo.

Viſt. n. 82. de clauib.

Manus impoſitionem. Negat Nauar. cū Soto, manus impoſitionem eſſe de eſſentia Sacramenti in Sacerdotio: at alij, (& vt mihi videtur, probabilius) affirmant; inter alios doctiſſimus Cardinalis Bellarm. lib. 1. c. 9. de ordine, Suarez tom. 5. d. 42. Sect. 4. Furnarius de ordine c. 2. n. 1.

Qui ſacerdotio inſignitur, pane, & vino, cum verbis formæ, ab epō exhibito poteſtatem ad conſecrandum, & ad abſoluendum accipit, Soti iudicio, ſed Bellarmini, & aliorum quorundam probabiliſſima ſententia eſt, exhibitione panis, & vini tradi poteſtatem; ad conſecrandum, per manus autem impoſitionem cū verbis. *Accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata &c.* ad abſoluendum. Profecto, quando Chriſtus dedit Apoſtolis, in Cœna, Euchariſtiæ conſecrandę poteſtatem, pœnitentię ſacramentum nondū erat inſtitutum, quare, cum illud, poſt Reſurrectionē, ijs verbis inſtituerit. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis &c.* Io. 20. poteſtatē ad abſoluendum à peccatis in Apoſtolos, præditos iam conſecrandi facultate, contuliſſe mihi videtur.

d. 24. q. 1. 4. lib. 1. cap. 9. de Ord.

V. Notas ad c. 3. lib. 1. Inſtruc. Tol.

Furnariū l. c. Henriquez lib. 10. c. 6. ſūma. &c. Trid. ſeſſ. 14. c. 1 Sacramentum pænitentiæ tūc inſtitutū fuiſſe, docet.

18 *Ordines enim*. An omnes ordines ſint Sacramenta, controuerſum eſt. De tribus maioribus Soto non dubitat: ego, cum Bellar. lib. 1. de Ord. à c. 2. cum Pet. a Soto, lect. 4. de Ord. & cum alijs non vulgaris notæ ſcriptoribus, omnes ſacramenta eſſe dixerim.

d. 24. q. 1. 4.

Epiſcopatum. Epiſcopatum ſacramentū eſſe, Palud. Maior, Dur. Michael à Medina c. 16. de cœlibatu, Pet à Soto; Greg. de Val. d. 9. q. 1. p. 4. & Bellar. c. 5. l. c. Furnarius c. 6. de Ordine opinati ſunt. confirmat propoſitionem Bellar. valediſſime: Pet. autem à Soto, & Greg. de Val. eam eſſe de fide arbitrantur.

Abbates mitratos, ſi Sacerdotes ſint, ſubditos ſuos regulares, tantum prima tōſura, & minoribus ordinibus initiare, poſſunt. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 10. Sà V. Ordo num. 16. ex Sacra Trid. Concilij interpretum Congregat. Alios non habentes dimiſſorias ſpeciales ſuorum Prelatorum, ſpecialemque ordinarij loci, in quo initiandi ſunt, conſenſum, initiare nequeūt. Furnarius c. 5. de ordine ex declaratione congreg. Concilij.

Contra male promouentes, & male promotos Sixtus V. prudentia, & catholicæ religionis ſtudio clariſſimus, acrem edidit conſtitutionem 9. Iunij anno. 4. ſed eam ad ſacrorum Canonum, & conſtitutionis Pij. 2. *Cum ex Sacrorum*. Terminos, ad Concilijque Trid. diſpoſitionē prudentiſſimus, & religioſiſſimus Clemens VIII. redegit: qui moderatus eſt, & abſoluit cenſuras, & pœnas, ijs exceptis, quæ contra ſimoniace promouentes, & promotos inflictæ ſunt.

1595. Prid. Cal. Mart.

De Sacramento Matrimonij.

AGunt Scholaſtici in 4. Summiſtę V. Matrimoniū, Vera erunt in ſpeculo Coniug. Petrus de Ledeſma. Couar. in 4. Decret. Theodorus Peltanus, Card. Bellar. Pet. à Soto, Ferdinandus Rebellus de obligat. Iuſt. Alphonſus à Vega, Emanuel Rodriquez in Summa, Corona, Lopez, Viualdus, Victoria, Toletus lib. 7. Thomas Sanchez fuſiſſime, & diligentiſſime omnium, Greg. de Val. t. 4. d. 10.

19 *Morte naturali regulariter ſoluī*. Verum matrimonium, conſūmatum, ſola morte, quo ad vinculum, dirimitur. Quędam matrimonia, ob pręcedentia impedimenta, quæ dirimentia vocantur, dirimuntur; at illa numquam vera matrimonia fuere, nec, proprie, dirimuntur, ſed inualida initio fuiſſe declarantur. Verum Matrimonium ratum, non tamen conſumatum, ſolemni trium votorum profeſſione dirimitur, quo ad vinculum; nec nō

(vt.

Infra nu. 21. (vt valde probabile eſt) ſummi Pontificis diſpenſatione.

20 *De materia, & forma.* Canus lib.8.c.5 de loc. Theol. coniugũ conſenſum expreſſum materiam matrimonij exiſtimat, formam verba, quæ Sacerdos profert: ſed hęc ſententia falſiſſima eſt: quam Card. Bellar. lib. 1. c. 8. de matrimonio, Greg. de Val. p. 6. l. c. alijque confutant. Nam ſine verbis ſacerdotis valide matrimonia celebrãtur.

Couar. in 4. Decreto. 2. p. c. 1. contrahẽtes materiam putat, verba, conſenſum explicantia, formam. ſic etiam Palud. Adria, & alij quidam.

Sot. 4. d. 26. q. 2. art. 3. Val. l. c. Vict. num. 245. poſt D. Thom. 4. d. 26. q. 2. art. 1. ad 1. verba ab vno coniugum primo materiam verba ſecundo loco ab altero expreſſa formam exiſtimãt. Nauarrus, cum Canoniſtis mutuum conſenſum coniugum materiã, verba, aut nutus, quibus mutuus conſenſus exprimitur, formam eſſe, iudicat. Has opiniones recenſimus olim ad cap. 2. lib. 7. Inſtruct. Sac. Toleti.

21 *Ante conſumationem, per diſpenſationẽ papa.* Papam in rato fidelium matrimonio diſpenſare, poſſe, docent Card. Bellar. lib. de Monachis c. 38. Val. t. 4. Ambro. Cather. poſt Caiet. Sanchez lib. 2. de matrimonio d. 14. Sà V. Matrimonium num. 16. negat Sot. 4. d. 27. q. 1. art. 4. & multi Theologi: quibus aſſentitur Didacus Couar. l. c. p. 2. c. 7. §. 4. num. 14. quamuis ſuperiorem ſententiam (cum adeſt iuſta cauſa) probabilẽ cenſent, addatque diſpenſaſſe Paulũ 4. & Iulium 3.

Inter infideles. Hinc diſce, matrimonium, etiam conſumatum, inter infideles (quod eſt contractus humanus purus) ſolubile eſſe aliquando: cum fidelium matrimoniũ ſacramenti dignitate auctum, poſt conſumationem, ſolui, quo ad vinculum, nunquam poſſit. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.*

Propter fornicationem. Tam mariti, quam vxoris: pares enim ſunt vir, & vxor in hac re. c. Chriſtiana 32. q. 5.

Alias cauſas Inter cauſas diuortij peccatum etiam contra naturam recenſetur. V. D. Thom. 3. p. q. 62. art. 1. ad 4. & Ledeſmã ad eum locum. Quod terræ ipſi, à chriſtiana fide, moribusq; alieni, obſeruant, vt narrat Augerius Giſlenius Buſbequius, epiſtola tertia turcicæ legationis.

De cauſis diuerſis Comitolus lib. 1. 4. q. 140. 142. 143. Reſp. Mor.

Thori ſeparatio (dum cauſa iuſta adeſt) ſine iudicis auctoritate fieri poteſt: interdũ etiam cohabitationes, cum cauſa patens eſt, & ſeparatio nullum ſcandalum parit. Si cauſa occulta eſſet, ſcandalumq; ex ſeparatione oriturum putares, giudicis auctoritate opus eſſet. Conſule Sotum 4. d. 36. q. vni. art. 3. Comitolũ q. 141. l. c. Vxor adultera à viro innocente domo pelli poteſt, aut ſaltem deſeri, ſi iudicem aditura non ſit, abſitque ſcandalum. V. Sotum l. c. & Comitolum.

Vir innocens, diuortio rite peracto, religioſum inſtitutum amplecti poteſt, vxore inuita; an aut Sacerdos fieri poſſit in ſeculo, controuerſum eſt: affirmant Sot. l. c. Ledeſma de matrimonio ad q. 53. ar. 4. 3 p. D. Thom. Sà V. Diuortium num. 2. negant Io. And. Innoc & alij, probati Azorio t. 1. lib. 13. c. 14. q. 13. Vxor quoque innocens, poſt diuortium, viro adultero inuito, ad ſanctimonialium ordinem confugere poteſt, & ſolemnia emittere vota.

Innocens, ſi poſt diuortium, adulterium admittat, adulteram recuſare non tenetur, quamuis id nonnuli, neque improbabiliter, affirment. V. Sà l. c.

Quando vir innocens religioſum ſuſcipit inſtitutum, vxor adultera detrudenda eſt in monaſterium c. trademus de cõuerſ. coniug.

De adulterij malis egregie Mazzarinus in pſalmum quinquageſimum.

23 *Debitum.* De debito coniugali ſummiſtæ V. Debitũ Sanchez lib. de matrimonio fuſiſſime.

25 *Sponſalia.* De his ſummiſtæ V. Sponſaliã, Couar. p. 1 à cap. 2. l. c. Sot. 4. diſt. 27. q. 2. Ledeſma, Rebellus de matrimonio, Val. d. 10. l. c. Alex. Carrer. integro volumine, Sanchez diligẽter lib. 1. de matrimonio

Soluuntur. V. Sanchez, Sot. art. 5. Couar. c. 5. Val. p. 5. Pet. à Soto l. c. Syl. V. Sponſalia num. 10. Candel. Aur. num. 30. de ſponſalibus, Sà V. Sponſalia num. 3. Tol. lib. 7. cap. 17.

Sponſalia mutuam ſponſorum promiſſionem cum intentione ſe mutuo obligandi continent.

27 *Minor ſeptem annis.* Ad ſponſalia ſeptem anni, fere, expleri requiruntur, vt publica honeſtas inde oriri poſſit. Si ante

hnac

hanc ætatem irrita ſint,tacit o deinde con ſenſu valida fieri,tradũt Doctores.Vſum rationis ante ſeptennium ſufficere, alii aiunt,alii negant.

Recedens à ſponſalibus etiam non iuratis,ſine cauſa,peccat mortifere.promiſſa enim,naturæ iure,ſeruanda,V.Val.p.3 Pet.à Soto lect. 18 de matrim. Couar. ca.4.loc.cit.Sanchez libr.1.diſtinctio.27. de matrim.

Excepto voto Religionis: Ingreſſu in Religionem ſoluuntur quidem ſponſalia;at ſi ſub ſpe ſponſalium contractorum vir virginem vitiet,ad Religionem conuolare non poteſt; ſed debet ſtare promiſſis; nec,celebrato matrimonio, ante eius conſumationem,ſine vxoris licentia, id facere poteſt,V.Sanchez d.44.Sà n. 8.l.c.

Quamuis ſequens quidam dicunt ſponſalia ſubſequenti voto ſimplici diſſolui. V.Sà l.c.

Per ſuperuenientem V.Sanchez diſt. 58 Val.p.5.l.c.

28 *Per copulam carnalem*; Sponſalia, (poſt Conc. Tri.) quod,in contrahendis matrimoniis Parochi, & duorum, ſaltẽ teſtium præſentiam poſtulat non tranſeunt in matrimonium,per copulam, cũ affectu maritali. Ledeſma q.45,de matr. ar.5. dub. 4. Ex Congreg. Conc.ad Epiſcopum Tornacenſem.

29 *Iuſto iudicio praditus*; Sine conſenſu exterius de præſenti expreſſo aliqua ratione,nõ fit matrimonium: at qui iudicio non eſt præditus, conſentire non poteſt:nec proinde,matrimonium valide contrahere.

De impedimentis matrimonij.

QVi de matrimonio, de impedimentis quoque agunt;fuſe,& docte Sanchez in ingenti, præclaroque volumine de matrimonio.

30 *Dirimens*: Neceſſe eſt, vt impedimenta præcedant; non ſi poſt cõtractum matrimonium,contingant non dirimũt. Immo vero neque præcedentia, vt dictum eſt proprie dirimunt; ſed efficiunt; ne matrimoniũ robur habeat, & detecto impedimento,declaratur matrimonium non fuiſſe vere, valideque contractum.

De impedimentis dirimentibus erroris, perſona, &c.

32 QVod ſit primogenitus; Error hic qualitatis ad errorem perſonæ reuocatur;& ideo dirimit.

33 Si Domino vidente, & ſeruitutẽ non indicante, ſeruus à libera in matrimonium ducatur, liber efficitur,& matrimonium valet.Cum ſerua ſeruus, aut liber domino illius repugnante, matrimonium poteſt: quamuis autem Dominus non teneatur conſentire in matrimonium ſerui: ne ſibi præiudicium creẽt, prohibere tamen non poteſt, ne is matrimonium contrahat.

Si autem liber matrimonium ignoranter. V.Conar.cap.7.§.2.n.11.l.c.Sa cum quibuſdam alijs, ſeruum non teneri, ait ad conſentiendum. *De impe. dirim. na*

De impedimentis voti, & cognitionis ſpiritualis.

35 TRia etiam vota ſimplicia, quæ Alumni Societatis Ieſu,poſt biennii probationem,emittere ſolent matrimonium dirimuñt. Ex Bulla Gregorij Decimitertij anno 1584. edita:cuius initium Aſcendente Domino.

39 *Niſi ſint ad id deſignati*: Deſignati, & admiſſi à Parocho (etiamſi plures ſint,quàm Concilium præſcribat) cognationem contrahunt, vt placet Sà num. 5. loco citato.

An quando nulli deſignantur. Omnes tangentes,cum nulli deſignantur;cognatos ſpiritales effici, tradit hic Nauarrus: at Suarez,in 3.pa. ad art.8.q 67.Sanchez libr.7.d.57.de matrimonio,à nemine cognationem cõtrahi dicunt: quod eſt probabile.Nauarri ſententiam probatam Sà n.5.l.c.improbare,non auſim.

Quando plures deſignantur, & duo ſolum tangunt, hi tantum cognationem contrahunt. Sic declaratio Congr.Conc. Nauarro fauens.

40 *Cum puer in domo baptizatur.* Quidam negant, cognationem ſpiritualem contrahi in priuato baptiſmo: ſed falluntur, vt reor: contrahi probat Comitolus lib.1.

Digitized by Google

lib.1.q 137. Reſp. mor. V. Suarez. & Sanchez d.62. l.c.

Patrinum in confirmatione, ſi confirmatus non ſit, cognationem contrahere, puto, quamuis id nonnulli negent. at ſuſcipientem infidelis filium, illius infideli cognatum non effici, (& ſi alij aliter ſentiant) cum multis, opinor.

Procuratorum, qui, alieno nomine, filium ex Sacro fonte ſuſcipit, non ſibi, ſed mandanti, cognationem contrahere, quidam affirmant, ex Congreg. Conc. at alij hoc negant. Lege Sanchez lib.7. d.59. Nõ deſunt argumenta pro vtraque ſententia. V. Nauar. conſ.6. de cognat. ſpir. Couar. p.4.§.4 l.c.

Ledeſmam q.56. art.3. l.c. Sot.4.d.42. q.1.a.2. Nauarro, l.c. placet, vt ſeruetur loci conſuetudo. Secundam ſententiam veriorem quidam putant: nam Concilium Trid. vtitur verbo *de Baptiſmo ſuſcipiant*, quod perſonalem actionem indicat. *Seſ.24.capit.2.*

De impedimento cognationis carnalis, & legalis.

42 M*Odo ſit perfecta*. ex illa virilis ſeminis, in vas fœmineum, iniectione, ex qua generatio ſeq. poteſt, affinitas oritur, etiamſi pudoris clauſtra non frangantur, quod poteſt accidere. Ex aduerſæ veneris, aliaue, contra naturam, impuritate manare, non poteſt affinitas, neque ex ſola fœminæ ſeminatione, quãuis virgineum clauſtrum, ſine ſeminis ſui emiſſione, vir frangat; quicquid Michaeli à Medina ſcribere, contra hanc veram ſententiam, libuerit. Mulieris ſanguinem cum viri ſemine, ad generationem ſatos eſſe, & illius ſemen non eſſe neceſſarium multi, cum Ariſtotele, putant: quare, ſi viri ſemen mulier, vtero excipiat, etiamſi ſemen non effundat, orietur affinitas, verum, qui cenſent, etiam muliebre ſemẽ ad generationem requiri, ſine huius ſeminis effuſione, & cum virili mixtione, affinitatem non gigni, dicent, nec, fortaſſe, improbabiliter. De hac re Sanchez lib.7. d.64.

V. infra num. 57. Ex matrimonio rato, aut, ſine viri ſeminatione, conſumato (vt dictũ eſt alibi) affinitas non dimanat. Impedimentum ex matrimonio rato alij ad affinitatem, alij ad publicæ honeſtatis iuſtitiam reuocant. Hoc ego magis probo, fateor tamẽ, hoc impedimentum ad quartum vſque gradum extendi. Vide Ledeſmam q.55. art.4. pag.442.

Impedimentum publicæ honeſtatis vocatur hoc impedimentum a Congregat. Conc. fortius tamen impedimento, quod manat ex ſponſalibus.

Affinitas in nulla linea, aut gradu, iure naturali, matrimonium inualidum reddit. V. Sãchez d.66. l.c. Nau. cõl.12. tit.10.

Matrimonium cum nouerca, naturali, iure, vetitum eſſe, alij aiunt, alij negant. V. Couar. p.2.c.6.§.10. num.6. in 4. Decret. & Notas noſtras ad cap.5. lib.7. Inſtruct. Tol.

Affinitate, morte perſonæ, ex qua profecta eſt, extingui, nullus affirmabit. Vide D. Thom. in Addit. 3. p. q.55. art.3.

Affinitas affinitatem non generat, quare potes inire matrimonium cum vidua, q̃ fuit vxor fratris vxoris tuæ iã mortuæ.

43 *Qui vero contrahunt tantum ſponſalia intra quartum gradum*. Si contrahunt ſponſalia intra quartum gradum, addita conditione, *Si Papa diſpenſauerit*, animo non contrahendi, ſine diſpenſatione, non videntur peccare.

De impedimento cognationis legalis.

44 DVo adoptati (vir, & mulier) ab eodem, matrimonium inter ſe contrahere poſſunt. V. Ledeſmã ad q.57. Addit.3.p.a.3. Quidam tamen hoc negãt

Si inter impeditos legali cognatione matrimoniũ contractũ iam ſit, nec facilis ſit aditus ad ſummũ Pontificẽ, Epiſcopũ deſpenſare, poſſe, nonnulli aiunt. V. Sá de Imped. mat. nu.6. Sanchez lib.2.d.40. vbi, cum alijs, aſſerit, Epiſcopum tunc poſſe diſpenſare, in dirimentibus Eccleſiaſtici iuris impedimentis, cum matrimoniũ eſt publicũ, impedimentũ occultũ, copula interceſſit, nõ eſt facilis ad Papã recurſus ſeparatioque ſcandalũ gigneret. Ita etiam Tol. lib.7.c.18.

De impedimento criminis.

46 *Etiamſi fidelis*. Sanchez, lib.7.d.78. nu.4. Infidelem, qui vxorem interfecit, vt adulterã ducat, poſſe eam, poſt ſuſceptũ baptiſmum, ducere, exiſtimat.

47 *Non ſufficit ceſſatio impedimenti*. Quãdo matrimoniũ, ob dirimens impedimẽtũ, eſt nullum, quid agendũ, vide inferius ad numerũ ſeptuageſimũ huius capitis.

De

Digitized by Google

De impedimento infidelitatis.

48 MAtrimonium infidelium non dimiditur. Matrimonium in infidelitate ſecundum ius naturæ, eiuſq. gentis leges rite contractum altero coniuge ad fidem conuerſo, tunc dirimi, cum hic conuerſus cum fideli matrimonium, actu contrahit (quod tūc facere poteſt, cum infidelis non vult cum eo habitare, aut non ſine creatoris iniuria) Couar. c. 6. §. 11. nu. 1. l. c. Val. t. 4. diſt. 10. q. 1. p. 7. (poſt D. Th. Pallud. & nullos alios) arbitrantur: At alii tunc diſſolui dicunt, cum infidelis non vult cum conuerſo habitare, vel non ſine iniuria Creatoris. Hanc ſententiam probabilem cenſet Comitolus lib. 1. q. 126. Reſp. Mor. ſed priorem defendit. Quidam in ipſa conuerſione dirimi aiunt: quod non placet.

49 *Modo ſecundum leges eorum eſſent valida.* Dum tamen eæ leges naturæ legi non repugnarēt: quandoquidem nullum matrimonium contra ius naturæ contractum robur habet.

Fideli hæretica. Lethale ſcelus cum hæretica, ſine ſpe conuerſionis matrimonium contrahere. V. Val. q. 5. p. 8 loc. cit. Nauar. conſ. 1. de conſtit. num. 63. Sà nu. 8. loco citato.

Matrimonium autē cum hæretica valet: quamuis nonnulli valere negent. V. Val. Couar. l. c. Ledeſ. q. 59. art. 1.

Matrimonium fidelis cum infideli Diuino naturalique iure vetitum Eccleſiæ lege irritum eſt. Sanchez lib. 7. diſtinctione 71 num. 7. cui tamen nonnulli aduerſantur. *V. Notas ad Toletū lib. 7. c. 7.*

Si duo coniuges infideles fidem ſuſcipiant matrimonium nouo conſenſu egere, vt fiat ſacramentum quidam aiunt; at alij docent ſacramentum fieri ſine nouo conſenſu, dum prior copula ſaltem, declaratur; neque enim reperitur matrimonium inter fideles, quod Sacramenti dignitate careat. Vberem olim de hac re conſcriptam diſputationem nondum edidi. Rationes quaſdam, nonnullaque Doctorum teſtimonia, pro ſententia docente ſacramentum fieri, ſine nouo conſenſu, offendes in noſtris ad Inſtructionem Sacerd. Card. Toleti Notis, lib. 7. cap. 7. V. Thomam ab Argentina 4. diſt. 39 q. ar. 1. Card. Bellarm. lib. capit. 5. de matr. in fine.

De impedimento dirimente violentia.

50 ECcleſia decreuit. Si ex natura rei, liber conſenſus eſt de eſſentia matrimonij (quod Nauar. concedit) cur naturali etiam iure, matrimoniū conſenſu extorto, metu graui, ac proinde non libero, celebratum irritum non erit? ſic nonnulli probabiliter Nauarri tamen ſententia placet Sanchez libro 4. diſtinctio. 14.

Metus carceris, verberū alteriuſuè grauis damni cenſetur metus cadens in virū conſtantem: debet autem metus iniuſtè incuti: vt matrimonium contrahatur; nam metus iuſte incuſſus matrimonium non irritat. E. G. ſi quis vltimo ſupplicio iuſte, perimendus matrimonium cum meretrice (optione à Iudice conceſſa mortis, vel matrimonii cum meretrice) contraheret, matrimonium valeret. *V. Sāchez lib. 4. d. 13*

Metu, ad alium finem, à libera cauſa iniecto, matrimonium inualide non contrahitur. V. Ledeſmum ad q. 47. art. 3. Addit. 3. part.

Reuerentiali metu matrimonium irritum fieri, negat Couar. cap. 3. §. 6. loco citato, at alii affirmant. De hac re Sanchez libro quarto diſtinctio. 6. numero 35. & Ledeſ. loco citato. *li. 1. q. 120. Reſp. mor.*

Preces importunas, coniūctas nō reuerētiali metu, metū cadentē in virū cōſtantem afferri tradit Sanchez d. 7. nu. 5. loc. c.

Si Altera in ſua voluntate firmatur matrimonium. Comitolus, ex Clementis 8. reſponſo, ſine Parocho, & duobus ſaltē, teſtibus (niſi aliud Apoſtolica ſedes concedat) matrimonium fieri poſſe, negabit. Vide inferius ad numerum ſeptuageſimum.

De impedimento dirimente Ordinis.

IVre Diuino, quidam, Eccleſiaſtico, alii (probabilius) continentiam ſacris Ordinibus coniunctam eſſe, tradunt. V. Val. t. 4. diſtinctio. 9. quæſtio. 5. Card. Bellar. lib. 1. de Clericis c. 18. Sanchez libr. 7. di-

Digitized by Google

7. diſtinctio. 27. alioſque citatos à me ad cap. 2. lib. 1. Inſtruct. Card. Tol. Quidam Eccleſiæ ſtatutum agnoſcunt; alii aiunt, voluiſſe Eccleſiam continentiæ votum iiſdem ſacris ordinibus annexum eſſe. V. Sanchez n. 10. Bellar. cap. 20. l. c. Toſtatum in Matth. q. 200.

52 *Si contrahat illud, eſt excommunicatus.* Maiolus lib. 5. q. 34. de Irregul. Clericum ſacris ordinibus initiatum irregularem fieri cenſet, ſi matrimonium ineat; & de fide ſuſpectum eſſe. Intellige irregularem irregularitate bigamiæ ſimilitudinariæ: ſi tamen cum vxore illa, etiam virgine corpus miſceat; vt placet Sanchez lib. 7. de matrimonio diſtinctio. 85. numero 6.

Græcis vxoratis Sacrorum ordinum ſuſceptio permiſſa fuit: ij tamen, vxoribus mortuis, ad ſecundas nuptias conuolare non poterant, at Sacerdotibus Latinis, aut Græcis coniugia celebrare numquam licuit. Lege Sanchez libr. 7. diſtinctio. 28. Azor. libro 13. capit. 12. t. 1. Inſtit. Mor.

De impedimento dirimente ſecundarum nuptiarum.

56 *Secus ſi credat, matrimonium valere.* Si intendat contrahere matrimonium quantum poteſt, matrimonium valet: ſi coniux obijt, quam viuere, falſo iudicat: nam adeſt conſenſus, & nullum impedimentum intercedit.

Deus olim cum veteris teſtamenti Patribus diſpenſauit; vt plures vxores, eodem haberent tempore: neque enim naturæ iuri, ſed concluſionib. à principijs naturæ petitis vxorum pluralitas aduerſatur; verum Euangelicæ legis tempore, quo Chriſtus Dominus, ad primæuum ſtatum matrimonium reuocauit, eiuſmodi diſpenſatio locum non habet. Cum Ethnicis diſpenſatum à Deo fuiſſe, non eſt improbabile. V. Sanchez lib. 7. diſt. 81. Eccleſiam vxorum pluralitatem concedere, non poſſe diſces ex Aug. Triumpho de poſt. p. q. 51. ar. 3. ex Abulenſi q. 36. in c. 19. Matth.

V. c. Gaudemus de diuort.

Vna mulier plures viros, eodem tempore, in matrimonio habere, non poteſt. Abul. q. 37. Sanchez d. 80, loco citato Pererius in c. 19. Geneſ. d. 7. Immo, quæ primis naturæ principiis repugnat, indiſpenſabile eſt: vt doctiſſimus quoq. Bellarminus teſtatur lib. 1. cap. 11. de matrimonio.

V. Notas ad Toleti Inſtr. libr. 7.

Ethnicos, filiorum ſuſcipiendorum deſiderio captos, plures vxores ducentes ſcelere contaminari, multi aiunt; quamuis Toſtatus neget. q. 35. l. c.

De Impedimento Iuſtitiæ publicæ honeſtatis.

57 D*Einde matrimonium cum cognata eius*: In primo, ſcilicet, gradu. Si conſanguinei legitimi non ſint contrahitur nihilominus hoc impedimentum. V. Sanchez diſtinctio. 68. nu. 8. loco citato.

Ex matrimonio rato, ex qualibet etiã cauſa nullo (excipe defectum conſenſus) oritur impedimentum, vſque ad quartum gradum incluſiue, nec morte extinguitur. Sanchez diſtinctio. 70. loco citato, ex Pij Quinti motu proprio, Ad Romanum. *V. Supra ad num. 42.*

Si ſponſalia ſub conditione contracta ſint, hoc impedimentum, ante conditionis aduentum, non inducunt. V. Couar. c. 6. §. 2. n. 4. l. c.

Sponſalibus, mutuo conſenſu ſolutis, hoc impedimentum ceſſare, alij aiunt, alii negant. Pro negante ſentẽtia extat declaratio Congregationis Concilii.

Ex ſponſalibus de iure firmis, ſed irritis, ob interioris conſenſus defectum, ſi probari queant publica honeſtas oritur. Sanchez diſtinctio. 68. loco citato nu. 14. poſt Couar. id tamen, non concedit Ledeſma.

De impedimento dirimente impotentia.

59 S*Ine probabili periculo.* Si mulier ſine vitæ periculo, cum viro congredi poſſet, & prolem gignere at nequeat eam, ſine vitæ periculo, in lucem edere, impotens non videtur. Vide Sanchez.

In ſenibus. Senes ſemen fundentes vera matrimonia inire poſſunt: non autem

è con-

Digitized by Google

e contra: ait Sot. 4. d. 34. q. 1. art. 2. col. 10 ex D. Th. V. Sanchez lib. 7. diſt. 92. Verum Rodriquez t. 2, Summæ ca. 235. Greg. de Val. q. 5. p. 3. l. c. aliique à Sanchez relati, valida eſſe, aiunt ſenum matrimonia, etiā ſi ſemen effundere nequeant: nam ineſt illis, inſita ſeminis fundendi vis, graui ætate per accidēs, impedita: quod de Eunuchis vtroque teſticulo priuatis affirmari non poteſt. Sanchez ſenes, ad copulam omnino impotentes, ſi nulla ad eam artem iuuari queant, matrimonij incapaces eſſe vere, docet; ab eo tamen quidam diſſentiunt. *l. c.*

Eunuchos, vtroque teſticulo orbatos, valida matrimonia inire, non poſſe. Sixtus V declarauit: cum ad ſuum apud Hiſpaniarum Regem legatum ſcripſit; vt matrimonia ab huiuſmodi Eunuchis celebrata inualida eſſe declararet. Litteras Sixti habes apud Petr. Led. de matrimonio, & in fine Compendij Conſtitutionum Summorum Pontificum Iacobi Caſtellani. *q. 58. ar. 1*

Eunuchos alterum teſticulum retinentes, ſi ſemen, quamuis improlificum, effundere queant matrimonij incapaces non dixerim: nam ſola virilis ſeminis ſterilitas matrimonium non irritat. Ita quoque Ferdinandus Rebellus p. 2. de oblig. Iuſt. lib. 3. q. 16. ſect. 3. & Sanchez l. c.

60 *Non eſſe verum.* Val. Sà. num. 14. loco citato.

Trienium concedunt iura, vt exploretur: an impedimentum impotentiæ, aut maleficij tolli queat c. Laudabilem de frig & malefic.

Si nulla ſit ſpes copulæ, neq. poſt trienium, ſeparatio ſtatim facienda.

De maleficio Sanchez, & Rebellus ſect. 4. l. c. poſt D. Th. Sot. & Ledeſ. q. 58. ar. 2. Quibus modis mali dœmones copulam impediant docet Rebellus l. c.

Si impotentia, ſine peccato, tolli non poſſit, cenſetur perpetua: quare cum dœmonum ope vti non liceat, illa impotentia perpetua iudicabitur, quæ, ſine magica arte, auferri, nō poterit. V. Sotū in 4. d.

Qui in ore vaſis fœminei ſeminare poteſt impotens non cenſetur: ex illa enim ſeminatione generatio (ſi ſemen prolificum ſit) ſequi poteſt: cum matrix mulieris attrahendi ſeminis vim habeat. Si ſemen ſit improlificum, nihil refert; nā illius fœcunditas ad eſſentiam matrimonij neceſſaria non eſt, vt iam diximus.

Si fœmina ſemen effundere nequeat, poſſit autem virile excipere, non irritatur matrimonium, illius enim ſemen (vt multis placet) ad generationem neceſſarium non eſt: at ſi tam arctum vas haberet: vt, nullo tempore, nullo modo, ſemē excipere poſſet, valide matrimonium non contraheret: quia impotens eſſet.

De impedimentis non dirimentibus.

De impedimento conditionis.

De Conditionibus Sanchez diligenter lib. 5. de matr.

Caput fin. de condit. apoſ. non vno explicatur modo. quare controuerſum eſt: vtrum matrimonium, impoſſibili conditione, vitietur Conſule Sanchez diſtinctio. 3. loc. cit.

De impedimento interdicti, & feriarum.

68 *Licet peccet contrahendo.* Morti fere peccat, qui contrahit, poſtea iudex præcepit, ne contrahat, donec cauſam aliquam diſcutiat. Toletus lib. 7. c. 14.

Domi contrahi poſſunt matrimonia. Congreg. Concilii declarauit, decere quidem in templis matrimonia celebrare, ſed Epiſcopos prohibere, non poſſe, ne in priuatis ædibus celebrentur. V. Rebellum referentem declarationes Concilii ad matrimonium ſpectantes, & notas noſtras ad lib. de Officio Curati Venetiis impreſſas ab Antonio Turrino.

Trina denunciatione. Ex præſumpta Epiſcopi voluntate, denunciationes à Parocho poſtponi poſſunt cum periculum eſt in mora, & ad Epum recurſus facilis non eſt V Sà V Matrimonium n. 5.

Contracto, matrimonio, ante conſumationem, faciēdæ ſunt, niſi Ordinarius eas omittendas iudicet.

Conſumare matrimoniū ante denunciationes, quæ auctoritate Ordinarii, omiſſæ non ſint lethale ſcelus eſſe, alii aiunt, alii negant. Vide Sanchez libro 3. diſtin-

diſtinctio. 11. numero. 3.

Epiſcopus, poſt matrimonium celebratũ, antequam conſumetur denunciationes, ſecundum ſuam prudentiã remittere pôt, etiamſi nulla ſit ſuſpicio, quod maliticsè impediatur. Ex Congreg. Conc.

Poteſt item aliquas remittere Epiſcopus, ob vicinitatẽ temporis, quo nuptiæ vetite ſunt; at non poteſt iubere: vt fiãt diebus non feſtis. Ex eadem.

Cõcilij Rauennatenſis decretum: qđ illi, qui poſt denunciationes intra quattuor menſes non contraxerunt, nequeãt contrahere niſi denuo denunciationes p̃mittant, (arbitrio tamen Epiſcopi Sacra Congregatio approbauit.

Quando ſponſi ſunt diuerſarum Parochiarum, in ambabus faciẽdæ ſunt denũciationes. Ex eadem Congreg.

Si peractis denunciationib. impedimẽtum aliquis Parocho detegat, hic nõ celebret, matrimoniũ; non cognoſcat tñ de impedimẽto, quia hoc eſt Ordinarii munus V. Sanchez d. 15. lib. 3. n. 3.

Si contracturi matrimoniũ negent impedimentum, quod ab vno eorum, extra cõfeſſionẽ, Parochus agnouit; hic nõ aſſiſtat matrimonio ſed rẽ ad Ordinariũ deferat. V. Sãchez n. 6. l. c. De denũciationib. alia in Notis ad c. 10. li. de Off. Cur.

69 *Sine preſentia Parochi vel alius Sacerdotis.* Parochus ſola prima tonſura initiatus (Parochus eſt, qui beneficij cui curandarum animarũ munus additum eſt, poſſeſſionem obtinuit) ſuorũ matrimonijs aſſiſtere pôt: & Sacerdoti concedere vt aſſiſtat: & huiuſmodi matrimonia vim habebunt: hanc aſiſtendi facultatẽ Clerico nondũ Sacerdoti concedere non pôt; immo ſi ordinarius Diacono hanc aſſiſtẽdi facultatem feciſſet, non poſſet Diaconus ita aſſiſtere: vt matrimonia valerẽt. Concilium .n. Trid. in eo, qui non eſt Parochus, Sacerdotium poſtulat. V. Sãchez lib. 3. d. 20. Rodriquez in Summa 1. p. c. 217. Nauar. lib. 4. conſil. 30. de ſponſ. Ledeſ. q. 45. a. 5. l. c notas noſtras ad n. 14. l. c. *Ex Congr. Conc.* *Seſ. 24. c. 1 de refor.*

Matrimonium illorũ qui coram alieno Parocho ideo contraxerunt, quia proprius Parochus erat publicus hæreticus, vel profugus, aut quia parochialis Eccleſia Parocho ſuo deſtituta erat, inualidũ eſſe, Sacra Congregatio Concilij reſpondit.

Matrimonium coram Parocho, & vnico teſte, in articulo mortis, ad prolem legitimandam, contractum, nullum eſt, ex verbis Concilij; quicquid Deciſionum Aurearum auctor contra ſenſerit, ſine firma ratione.

Verba Parochi. *Ego vos in matrimoniũ coniungo.* Eſſentialia nõ ſunt ſi Parochus præſens ſit, intelligatque id, quod agitur, licet diſſentiat, licet ex alia cauſſa vocatus ſit, licet, vi coactus (dummodo ad eũ actum adhibitus fuerit) licet notorius fornicatur (non tamen damnatus in iudicio aut confeſſus) matrimonium valet. ex Congreg. Conc.

Valet item contractum coram Parochi, aut Vicarij perpetui, in ea parochia, coadiutore in Sacramentorum adminiſtratione. Ex eadem.

Valet item celebratum coram Parocho, aut eius Vicario, poſt Ordinarii præceptũ ne aſſiſterent. Ex eadem Cong. V. quoq. Comitolum lib. 1. q. 114. Reſp. mor.

Non valet, ſi Parochus præſens non vidit, audiuituè, quæ agebantur niſi affectaſſet, ſe non intelligere. Ex eadem.

Proprius Parochus eſt ille in cuius Parochia habitant contrahentes, dum contrahere volunt. V. Sanchez lib. 3. diſtinctio. 23. *Ex eadem*

Vicarij parochialis Eccleſiæ ad nutum amouibiles ſacramenta adminiſtrantes, & ſoliti matrimonijs intereſſe, alijs Sacerdotibus concedere poſſunt: vt aſſiſtãt Ex eadem.

Tacita licentia, quæ ex tolerantia naſcitur: non ſufficit: vt matrimonium coram, alieno Sacerdote contractum valeat: ſed requiritur expreſſa vel generalis ad ſacramenta omnia adminiſtranda conceſſio. Ex eadem.

Sufficit Parochus viri, vel mulieris; & quamuis deceat Parochum illum aſſiſtere: in cuius parochia matrimonium celebrandum eſt; nihilominus ſi viri parochus in mulieris, vel huius in illius parochia aſſiſtat, matrimonium valet; immo valet ſi, in aliena diœceſi, coram proprio parocho, contrahatur. V. Sanchez libr. 3. diſtinct. 19

Si parochus à vero ſuperiore coloratũ titulum habeat, ſed nullũ, ob occultũ impedimentũ, non inualide aſſiſtet: ſecus, ſi à nõ vero ſuperiore. Sanchez d. 22. l. c.

I Paro-

Digitized by Google

Parochum excommunicatum, aut ſuſpenſum (dummodo, non ſit per ſententiam officio priuatus aſſiſtere, poſſe, dareque aſſiſtendi licentiam, cenſent Sà n. 1. Sanchez diſtin. 21. nu. 4. Nauar. conſ. 8. de cland. de ſponſ.

Vagabundi, nullibique domicilium habentes vbique contrahere poſſunt: at Parochus eorum matrimonijs, non adhibita diligentia, & ſine Ordinarii licentia, aſſiſtens mortifere peccat; quoniam Concilii Tridentini præceptum infringit in re graui V. Sanchez d. 25. Sà n. 2. loc. cit. *Seſ. 24. c. 7 de reform.*

Qui ruri, quo ſe, animi gratia, conſulit, coram illius loci Parocho contrahit, inualide contrahit, ſi ſine Ordinarii, aut, proprii Parohi licentia id faciat. Nauar. conſ. 7. loc. cit.

Duas Parochias incolentes, hyeme vnā, æſtate alterā, poſſunt, corā alterutrius Parocho cōtrahere. Sāchez d. 24.

Si vnam Parochiam duo Parochi regant; hic illo repugnante, & illo, hic ſacramenta adminiſtrare, & matrimoniis intereſſe poteſt. Idem l. c.

Parochus aſſiſtens matrimonio in excommunicatione, irregularis non fit; quia nec Sacramenti miniſter, eſt, nec aſſiſtendi actus eſt proprius ordinis: fit autem irregularis, ſi coniuges ſolemniter benedicat: ille enim actus Sacerdotalis ordinis eſt. Suarez de Cenſuris d. 11. Sect. 4. n. 18. 19.

70. *Satis contrahi in facie Eccleſiæ.* Nō diſcrepat Congreg. Conc. ad verba, ca. 1. ſeſſ. 24. de reform. mat. *In facie Eccleſiæ.*

Quod fieri poſſe ſine vlla Parochi, et teſtium præſentia: Hæc, & alia quædam præcedentia, & ſequentia Nauarri verba in manuſcripto Codice Declarationū Cōc. Trid. quæ à ſacra Interpretum eiuſdem Conc. Cōgreg. emanarunt, ſcripta legi. Reſpondet autem ibi Congregatio repetendas ſolemnitates, ſi impedimentum ex vi, & metu manifeſtum eſt, non autē, ſi occultum. Nauarrum ſequitur Sà V. Matrimonium n. 3. & Ledeſma l. c. q. 45. art. 5. ni fallor; Quidam cenſent renouandum eſſe matrimonium coram Parocho & teſtibus: quidam addunt ſi hoc fieri poſſit, ſine ſcandalo, periculoq. infamię aut graues mali: Sanchez lib. 2. d. 37. ſatis eſſe, ait, ſi matrimonium ſine Parocho, & teſtibus inter coniuges mutui conſenſus expreſſionem renouetur. Declarationem Pii V. de qua Nauar. non extare, quidam aſſerunt. Matrimonium nobilium coniugum, ob defectū interni conſenſus vnius inualidum, coram Parocho, & teſtibus contrahendum denuo altero coniuge de matrimonii nullitate admonito, reſpondit (à P. Stephano Tuccio rogatus) Clemens 8. Pontifex Max. Paullo Comitolo teſte l. 1. q. 120. Reſp. Mor. qui addit. *Poſt Apoſtolicæ Sedis dijudicationē nemini amplius integrum eſſe de ſecus opinari*: Sic enim loquitur. Vt vitaretur autem ſcandalum, permiſit Clemens, vt ſine Parocho, & teſtibus coniuges illi mutuo conſenſu expreſſo, matrimonium validum redderent. In Notis ad librū de officio Curati, cap. 10. n. 24. Comitolum ſecutus ſum, docuique rogādum ſummum Pontificem, vt liceat in re ſimili, parochū, & teſtes omittere ſi eorū præſentia ſcādalū infamiæuè periculū gignere facile poſſit. Deinde Romæ Viros doctiſſimos cōſului; quos diſcrepātes à Comitolo agnoui cum reſponſum Pontificis priuatum ſit nec promulgatum, nec in praxi vſurpatum, quando res omnino occulta eſt; nam ſi impedimentum aliquod publicū eſſet, & diſpenſatio à Pontifice obtenta pro foro exteriori adhibenda eſſet, neceſſarium eſſet Parochi teſtiumque præſentia V. Cordubam in ſumma q. 51. Veram crucem in ſpeculo coniug. Zambranum c. 7. Deciſ. cal. Art. mort. dub. 2. de matr. Gutier. in q. can. c. 18. n. 8. & de iuram. confirmat. 1. p. c. 5. n. 4. Lopez 1. p. Sūmæ c. 85. aliique matrimonium in faciæ Eccleſiæ contractum, ſed nullum, ob occultum impedimentum coram Parocho, & teſtib. ratificandum cenſuere, ante Clementis 8. reſponſum: quam ſententiā veriorem putauit Corduba l. c. opin. 2. Quidam aiunt, Nauarri ſententiā amplectendam qn̄ incommodum aliquod graue ex præſentia Parochi, & teſtium orturū putatur: (quod placet) non aūt qn̄ nullum timetur incommodū: vt ſuperius innui. *ad cap. 6. ſeſſ. 24. de reform.*

71. *Conſumarem autem matrimoniū*: Omittere benedictionem, ſine contēptu, & matrimonium conſumare, ante illam lethale piaculum non cenſeo, cum Sà n. 6. l. c. V. Ledeſmū l. c. q. 45. ar. 5. Sanchez l. 3. diſtinctio. 22. & Notas ad Tol. libr. 7. cap. 19.

Bene.

Digitized by Google

Benedictionem. V. Toletum l.7.c.19. Bellar.lib.1.c.3.de mat. Sanchez l.c. & d. 7.

De Impedimento ſponſalium, & chatechiſmi.

72 N*Atu ex catechiſmo.* Affinitatem ex catechiſmo inter catechizatum, & reſpondentem, per Concil. Triden. ſublatam eſſe, affirmat Sã num.4. de impedim. non dirimentibus, & alij, à Sanchez relati, negat, cum Nauarro, Toletus lib.7.cap. 14. & alij apud Sanchez lib.7.d.10. Vide etiam Greg. de Val.t.4.d 10.q.5.p.4.Ledes.q.54. artic.3. Viual.de Bapt.num.90.

Impediens hæc cognatio (Si ſublata non ſit, vt eſt probabile) contrahitur, cum patrinus a Sacerdote interrogatus, An credat, reſpondet, pro infante, Credo. &c.

Contrahitur etiam cum puer domi baptizatus, poſt periculum, ad ſacram ædem delatus catechiſmo inſtruitur, ita nonnulli, verum extat declaratio Cong. Conc. huic ſententiæ contraria.

Parochi ſponſores, in catechiſmo, & in Baptiſmo, deſcribant ſigillatim: nam cognatio ex hoc dirimit matrimonium, ex illo impedit tantum, (ſi non eſt ſublata) vt dictum eſt.

De impedimento voti ſimplicis.

73 NOn ſolum conſumare, ſed etiã cõtrahere matrimonium, poſt ſimplex votum caſtitatis, aut religionis, lethale crimen eſſe, affirmant alij, quam ſententiam ſequitur, & communem vocat Toletus lib.7.cap.14. Vota ſimplicia emiſſa in Societate Ieſu impediunt, & dirimunt, ex Gregorio XIII. vt notorum eſt alibi.

De reliquis impedimentis.

74 *Inceſtus.* De hac re Sanchez d. 15. Toletus c. 15. loco citato.

Mariticidio. Viricidio hoc impedimentum non induci, nonnulli cenſent. Vide Tolet loco citato Vict. in Summa numero.292.

Raptus ſponſa. Concilium Triden. de muliere, non de ſola ſponſa loquitur. Dum rapta mulier, (etiamſi, eam non rapuerit vir; vt ſibi matrimonio iungeret) in poteſtate raptoris eſt, dirimens impedimentum intercedit, ſic nonnulli. Sanchez Concilij Tridentini pœnas tunc ſolum habere locum, oſtendit, cum vir mulierem rapit, vt cum ea matrimonium ineat. lib.6.diſt. 13.

Si fœmina virum rapiat, non ſubijcitur Concilij pœnis: ſunt enim reſtringẽdæ pœnæ c. odia de reg. iur. immo nec ſponſus ſponſam de futuro, inuitis parentibus, rapiens, Sanchez num.15.l.c.

Sponſalia quoque inualidè contrahuntur, dum rapta eſt in poteſtate raptoris. Vide Sanchez num. 17.

De raptu Toletus cap.13.l.c. Couar.2. p.c.3.§.9.num.1.l.c.

Inceſtus. Cum conſanguinea viuentis vxoris, intra ſecundum gradum (ait Sã num.7.l.c.) intra quartum (ait Toletus, c. 15.l.c.) ſed hic videtur loqui, ſecundum iura antiqua, nam Concilium Trid. ſeſſ. 24.c.4. affinitatem ex illicita copula ad ſecundum gradum, incluſiue, reduxit. V. Sanchez d.15.l.c.

Si vxor cum viri conſanguineo concumbat, eodem impedimento afficitur.

Si inceſtus cum proprijs cõſanguineis admittatur, hoc impedimentum inde oriri; negabit, cum Soto, Sanchez l.c. alij affirmabunt. V. Sanchez, & Ledeſmum q. 58. art.4. loco citato.

76 *Ad validandum tale factum* Vide notata ſuperius ad num.70. huius capitis, Sãchez loco ibidem cit.

79 *Ob finem,* V. Toletum lib. 7.c.18.19. De finibus, qui coniugibus propoſiti eſſe debent, Sanchez lib.9.à d.8.

80 *Si altera pars vere conſenſum praberet.* Diſcrepat Comitolus, ob reſponſum Clementis VIII. V. notata ad num.70.

81 *Mortali peccato infectus ante pœnitentiam.* Confeſſio eſt vtiliſſima, neceſſaria contritio, quę debet lethale facinus. attritio nota non ſuficit, quia hominem iuſtũ non efficit, neque inſtitutum eſt hoc Sacramẽtũ ad dandã primã gratiã. Suſcipiẽtes Baptiſmum, & pœnitentiam cum nota attritione, lethali facinore non polluũtur, quia etiam horum Sacramentorum, qui ad ſpiritalem vitam dãdam Chriſtus

I 2 inſti-

Digitized by Google

inſtituit,uirtute, attriti homines, etiamſi attritionem agnoſcant,iuſti fiunt,vt multis placet,& alibi notauimus.

De peccatis,quę in matrimonio admitti poſſunt, Toletus lib.7.c.17.18.

Procurator matrimonium, alieno nomine, contrahens in ſtatu peccati lethalis mortiferè non peccat, non enim ſibi, ſed alteri gratiam quærit.

83 *Impedimentum.* Vide Couar. c. 6.n. 21.l.c.Sà Vide Matrimonium num. 23.ſi tuam reuelationem inutilem futuram, exiſtimes, reuelare,non teneris. V.Sà l.c.

Quando vnus ſolus, ſiue proprius Sacerdos. Si coniuges uincibili, lethaliterque culpabili ignorantia, impedimentum dirimens neſciant, admonendi videntur; quamuis graue damnum inde oriturum putetur. De hac re diligenter Sanchez d. 48.l. c. Quædam huc ſpectantia notaui, paucis,ad cap. 10. libri de officio Curati Appendice. 1.

Matrimonium per procuratorem contrahi, poſſe, & Sacramentum eſſe, docet communis Doctorum conſenſus,& praxis. Philippus.3. Hiſpaniarum Rex Ferrariæ coram ſummo Pontifice Clemente 8. cum virgine Auſtriaca nobiliſſima, & religioſiſſima matrimonium, per procuratorem, contraxit. Vide Sanchez lib. 2. d.11.Soto.4.d.27.q.1.ar.3.

Speciale mandatum, non reuocatum, neceſſarium eſt,procuratori,vt matrimonium,alieno nomine, contrahere, valide poſſit. Sanchez loco citato. Vide etiam Ledeſmum quæſt.. 42.ar.1.l. c. Couar.p. 2.cap.1.l.c.

Rationis vſus. qui, ad conſenſum explicandum,ſufficiat,requiritur in procuratore. V.Sanchez lib.3.d.41.

Per epiſtolam quoque matrimonium celebrari, poſſe,& ſacramentum eſſe, affirmat Sanchez lib.2.d.12.negant alij quidam Hæc quoque notauimus ad num. 46.cap.10.lib.de officio Curati.

De beneditione nuptiarum.

NOn *eſſe peccatum ante illas conſumare.* Si id fiat ſine cauſa, veniale ſcelus. V. Sà num.6.Ledeſ.q.45.ar.5. Tol. capit. 19.loco citaro.

Feriarum tempore, matrimonij celebratio vetita non eſt, ſed nuptiarum beneditio, & ſolemnis traductio ſponſæ ad ædes ſponſi. Vide Sanchez lib.7.d.7. Ledes.quæſtion.50.Bellar. lib.1.capit.3. de matrimonio. Hoc Nauar. indicauit numer.71.

Vbi eſt conſuetudo. Conſuetudinis loci rationem habendam eſſe, Sà quoque tradit, V.Benedictio num.2. Quidam exiſtimant,eum iterum benedici,poſſe,qui cũ virgine coniugium celebrauit, quidam vtrumque cum neuter beneditione donatus fuit. Vide Sà lococitato,& Sanchez lib.7.diſt.82.

Diſpenſare ſuper impedimentis matrimonij quis poſſit.

INter *aſſendentes, & deſcendentes.* Solam cognationem primi gradus inter aſcendentes, & deſcendentes, & inter collaterales,naturali, Diuino iure, matrimoniũ dirimere,quidam aiunt. Vide Sãchez lib. 8.d.6. De cognatione aliorum graduum inter aſcendentes, & deſcendentes, idem alij quidam affirmant. Vide D.Thom. & Ledeſmam in Addit.3.p.q.54.ar.3. Con. in 4. Decret. 1.aliosque relatos à me ad cap.5.lib.7.Inſtruct. Toleti.

Quidam in primo gradu lineæ tranſuerſalis matrimonium naturali iure vetitum eſſe,negant: inter hos Alenſis 2.p. quæſtion.169 artic.4. Scot. Bonau. Rich. Dur. Roffenſis de mat. Regis Angliæ Henrici.8. Qui affirmant, ſunt plures: recenſui ex ijs nonnullos,ad Inſt. Toleti l.c.

84 *Ioannem Roffenſem.* Epiſcopus, & Cardinalis fuit vir,hic clariſſimus, miris virtutum inſignibus,martyrijque gloria decoratus,quem vtinam Epiſcopi, Cardinaleſque ſibi proponerent imitandũ. Is vigilijs,precibus,inedijs,cilicio, laboribus ſe ſe affligebat, elemoſynarumque largitionibus clarus, priuatas pauperum domos, ſingulis ſextis ferijs. Xenodochia, carceres adibat, conſilijs,monitis,pecunia egentibus opem ferebat,eccleſiam,miro Zelo, tuebatur, & fidem,peregrinoſque, hilari vultu, excipiebat. Viro tam inſigni dignus non erat mundus, quamobrem, ad martyrij palmam vocatus a Deo volauit in cęlũ. V.Sanderum lib.1.de Schiſm. Anglicano

Digitized by Google

Alios habent Epiſcopi, & Cardinales, quos ſuſpiciant, imitentur, & exorent: hoc æuo, S. Carolum Borromæum à Paulo V. Summo Pontifice inter Sanctos relatum, de cuius virtutibus, Sanctitate & miraculis, nulla nunquam ætas conticeſcet.

Angliæ Reginam D. Catehrinam

85 *Niſi quando impedimentum occultum eſt.* Ita quoque Toletus lib. 7. ca. 18. Graffius li. 2. cap. 80. Dec. A. & Sanchez libr. 2. d. 40. (contra Sot. Cordubam, & Medinam) ſi matrimonium bona fide celebratum ſit immo, ſi grauiſſima vrgeat neceſſitas Epiſcopum antequam celebretur diſpenſare, poſſe, arbitratur.

Poteritne Vicarius Epiſcopi hoc facere? Epiſcopi delegatione poterit, teſtimonio Sanchez: quod tamen alii non concedunt.

86 *Gratia efficitur nulla.* Diſpenſationem ſuper cognatione, copula in ſupplicatione non explicata, inualidam eſſe, ait Sà V. Diſpenſatio n. 10. ex Congr. Conc. V. Sanchez libr. 8. d. 25.

Quid ſi litteris expeditis carnaliter ſe cognoſcant cognati, antequam Ordinarius, ad quem litteræ cum facultate diſpenſandi, ſi agnouerit veritatem in ſupplicatione explicatam fuiſſe, mittuntur, diſpenſet? Romæ in manuſcripto codice declarationum ſacræ Congregationis Interpretum Concilii Tridentini Ordinariũ diſpenſare, poſſe, ſi cauſam in litteris expreſſam legitime probatam animaduerterit, iniuncta tamen pœnitentia pro inceſtu. Quæ ſi vera ſunt diſpenſationem valere diſces.

87 *Solas tres cauſas.* De hac re, paucis, ad cap. 10. libri de officio Curati.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumtertium.

Man. D. Mart. ab Azpilcueta. Nauar.

Notæ, & Appendices.

De ſeptem peccatis Capitalibus.

D. Th. q. 8. de malo, Azor. t. 1. libr. 4. cap. 12. Corona p. 1. c. 1. Toletus in fine Inſtructionis Sacerdotum.

De ſuperbia.

S. Th. 2. 2. q. 162. q. 8. de malo D. Ant. 2. p. tit. 2. Summiſtæ V. Superbia, Viguerius c. 7. §. 5. Verſ. 8. Greg. de Val. t. 3. d. 9 q. 3. p. 1. Quid ſit ſuperbia Toletus capit 3. loco citato.

7 *Species ſuperbiæ:* Toletus c. 4. loc. citat. in tribus caſibus ſuperbiam lethalẽ eſſe tradit 1. cum quis ſuperbit, cum Dei contemptu, 2. cum paratus eſt Dei legẽ violare, ob appetitum excellentiæ ſuæ, 3. cũ ex ſuperbia notabilis proximi iniuria ſequitur.

De vanagloria.

9 D. Th. q. 9. de malo, Val. diſtinctio. 8. quæſtio. 3. par. 2. Azor. cap. 13. loco citato Toletus ca. 6. 7.

Naſcitur, ſed diſcrepat, à ſuperbia vanagloria; quæ ſæpe venialis cum ſit, in his caſibus eſt mortifera 1. cum homo in finem mortalem gloriam appetit, 2. cum de lethali culpa gloriam cupit, 3. cum paratus eſt præceptum aliquod æterna pœna munitum violare. 4. cum ex illa graue damnum proximo oritur.

11 *Septẽ alia:* Toletus c. 7. octo enumerat vanægloriæ filias Iactãtiã Hypocriſim

Digitized by Google

Contentionem. Diſcordiam Pertinaciã, Inuentionem nouitatum, Curioſitatẽ, Inobedientiam. De currioſuate Nauarrus infra n. 23.

14 *Aliena Iuriſdictione*: Euchariſtiã quoq. miniſtrare, ſine vlla iuriſdictione, lethale eſt, quia eſt vſurpatio alienæ iuriſdictionis in re graui. De hac re ad c. 8. libri de officio Curati Append. 3.

Abſoluat. Si hominem à peccatis, & cenſuris in mortis articulo, ſeu probabili periculo abſoluas à quibus non poteris, extra articulum, non peccas; id cuilibet Sacerdoti tunc licet Eccleſiaſtico, aut Diuino iure, nec peccas, ſi ſubditum tuũ in aliena diœceſi iuſta de cauſa, ſine ſcandalo iniuriaue alicuius, à peccatis, à quibus potes, abſoluas: exerces enim in ſubditum iuriſdictionem quæ habes nec ratione loci, iniuria aliquem videris afficere.

V. Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. & 16. *Abſque gratia Dei*. Sine Dei præuenien te gratia, & adiutorio neque credere neque diligere, neque ſperare, neque pęnitentia agere poſſumus, vt iuſtificemur. Concil. Trident. Seſſione 6. can 3. de iuſtific.

15 *Beneficia incompatibilia*. De cauſis pluralitatem beneficiorum excuſantibus Soto lib 3. quæſ. 6. art. 3. de Iuſt. Vide Greg. de Val. t. 3. d. 5. q. 7. p. 2. Salon 2. 2. q. 63. ar. 2. controu. 3. Lopez p. 2. c. 101. Toletum lib. 5. c. 81. Leſſium de Iuſt.

16 *Iactantia* eſt etiam mortale iacta re ſe de mortali, aut in finem mortalem. V. Toletum ca. 8.

19 *Etiamſi ob id alius*. Quidam mortale eſſe, aiunt. Vide Sylueſtr. Vide Ornatus.

Pectora nuda. Sà V. Ornatus; mulierem nudam pectus, ſine mala intentione, oſtẽ dentem non facile abſolueret.

Mortale tam viro: Pueros nudos natantes quibuſdam in locis, in quibus frequentiſſimus eſt natandi vſus: peccare mortifere ſemper non omnes facile conceſſerint: nam in inſpectoribus graue lethalis culpæ periculum creare, non videntur.

22 *Secus tamen ſi ad ſolam leuitatem*. V Syl. V. Habitus. An vir veſte fęminea vti licitè poſſit dubitat Sanctus Auguſtinus 2. ſoliloquio. Vide Syluest. Vide fœmina.

Fidelem induentem veſtes quibus ſoli infideles vtuntur mortifere peccare, multi affirmant. V. Bannes 2. 2. q. 3. art. 2. Val. t. 3. col. 339. at hoc alijs durum, Toleto præcipuè lib 4. cap. 2. A zorio t. 1. libr. 8. c. 27. q. 4. Sed prior ſententia communis eſt: quæ in moralibus magnam vim habet. Cenſent multi, licere interdum fideli, ex cauſa, ſuum habitum deponere, & infidelis, qui ſectam infidelem non teſtetur, nec ſcandalum gignat, inducere, quod à ratione non eſt alienum.

23 *Curioſitas*; De curioſitate non oſcitanter Toletus c. 12.

Sacerdotes, & Monachi, (egreſſi à monaſterio in hunc finem) in iuris ciuilis, & medicinæ ſtudium; ſine peccato, incumbere non poſſunt: Eugenius 4. conceſſit: vt Sæculares Clerici ſacris ordinibus initiati in Patauino Gymnaſio operam dare poſſint iuri ciuili Priuilegium refert Antonius Riccobonus initio Comment. De Gymnaſio Patauino. Quod alibi diximus.

30 *Nec Martialis*. Multo veterum Poetarum munumenta, obſcenitate ſublata, in lucem prodiere, Romæ; eſt alibi. Multa Sacra poemata priſcorum, A prudentij, Iuuenci, Sedulij; Aratoris, recentiorũque Sannazarij, Vide Fracaſtorij; Leuini Torrentis. M. Antonij Mureti Franciſci Bencij, Iacobi Põtani, Andreæ Fuſij, Laurentii Gambaræ, Baſilii Zanchii, Tarquinii Galluſq. Aurelij Vrſij aliorumque cum voluptate, & vtilitate, legi poſſunt.

Roſarium Ghelſucij, Affectus Pij Angeli Grilli. Poema torquati, de Sacra hebdomada. Felicis Paſenii, de eodem argumento. Poema de Cruce Bru ſolito.

De Innobedientia.

SVmmiſtæ V. Innobedientia, Greg. de Val. diſtinctio. 7. quæſtio. p. 3. loc. cit. Toletus à c. 14.

38 *Actus omnino interiores*. Io. Med. C. de pænitent. ff de orat. Pighius. lib. 6. cap. 16. Eccleſiaſt. Hieronym. Corduba lib. 4. quæſtio. Theol. quæſtio. 13. Eccleſiam non habere iuriſdictionem in actus pure interiores opinati ſunt. Sed communis ſententia contrarium docet. Vide Diuum Thom. 1. 2. quæſt. 91. art. 4. Suarez de Cenſuris diſt. 4. Sect. 2. vbi docet, pro actu pure interno cenſuram ferri, non poſſe.

40 Lege

Digitized by Google

40 *Legem humanam.* De legibus Sot.l. 1.de Iuſt. Azorius t. 1.l.5, Val. in 1.2. d. 7. Summiſtæ Vide Lex, Sayrus in Claui Regia, Toletus a capit. 18.loco citato. Ludouicus Carbo integrum volummẽ, de eodem argumento doctiſſimus Suarez copioſa, & egregia monumenta nuper edidit.

Promulgatam. Papa, ante legis in prouincia promulgationem (niſi aliud explicet) non obligat. Sot.l.c.ar.4. Quidam cẽſent, hominem nec pontificijs, nec imperatorijs legibus obligari, niſi poſt duos menſes, à publicatione in prouincia, in qua degit; niſi leges aliud dicant. V. Sà V. Lex. Azor.lib.5.c.q.3.

41 *Per conſuetudinem.* Decem annorum conſuetudo legi contraria legem ciuilem abrogat. Vide Syl. Vide Conſuet. num. 4. Azor.c.17.q.6.l.c. De eccleſiaſtica idem nonnulli aſſerunt; ſi Pontifex ſciat, nec contradicat. Vide Azor. c.18. q. 6.l.c. ſed Abbas, & alij plures hoc de lege concedunt, nam de canone, ad quem abrogandum, contrariam, quadraginta annorum conſuetudinem (non decem, ſciente etiã, & tolerante, ſed non approbante, Pontifice) requiri, aiunt.

Plures actus ad contrariã conſuetudinem, inducendam requirit Azor.q.25.l.c. quidam duos, aut tres ſufficere, docent. Carbo lib.9.d.2.de legibus, certam regulam ſtatui, non poſſe, dicens, ad boni viri, iudicíſue arbitrium rem obligat.

45 *Triplex ignorantia.* De ignorantia nonnulla Toletus lib. 1.c.7.Sot. 4.diſt.22. q.2.ar.3. Comitolus lib.5.q.3. Reſp.mor. multa Azorius t.lib.1.à capit. 12.& Suarez diligenter tomo 5.d.4.ſect.8. vbi quærit, vtrum ignorantia inuincibilis præcepti cenſuram, per illud impoſitam, impediat.

46 *Peccati cauſa.* De ignorantia cauſa peccati Comitolus q.2.l.c.

Inuincibilem ignorantiam (Iuriſtis probabilem.) ſecant quidam in ignorantiam iuris, & facti: ignorantiam iuris, in ignorantiam iuris communis, & iuris particularis. Suarez l. c. num. 6. Inculpabilem Eccleſiaſtici præcepti ignorantiam a cenſura illi annexa excuſare, docet, capit. 2. de conſtit. lib. 6. habetur, ignorantes, (dum ignorantia non eſt craſſa, aut ſupina) ſtatutis epiſcoporum non ligari. Si ignorantia excuſet a culpa, etiam à pœna. Idem tradit Suarez de inculpabili ignorantia concomitante, contra Couar, & de inuincibili facti numer. 13. Si quis Eccleſiæ præceptum ſciat, ignoret autem, inuincibiliter, cenſuram illi annexam excuſabiturne? alij aiunt, alij negant. Suarez ſect. 9. loco citato inuincibili ſolius cenſuræ ignorantia excuſari homines, ait, ne illa afficiantur, quamuis, ſimplex Eccleſiæ præceptum, noſcant.

48 *Etiam humanas.* De hac re Toletus capit.20.loco citato.

49 *Non obligant ad mortale.* An. Lex obliget ad mortale, colligere potes ex re, graui, aut ex uerbis præceptiuis, ſiue ex graui pœna, quam ſtatuit. De hac re Azor. lib.5.capit.6. loco citato. Paruitas rei, imperfectio actus, & indeliberatio excuſant à culpa lethali, quamuis Lex ad eam obligent.

Vide Notas noſtras ad c. 18. Toleti l.c.

52 *Quem vſus eccleſiaſticus.* Verba, *Tenea ntur, Præcipimus.* in lege eccleſiaſtica, lethalis culpæ obligationem indicare videntur, niſi aliud a legislatore exprimatur. (*Verba Mãdamus Prohibemus, Oportet, Debet.*) Idẽ indicare alij aiũt, alij negãt. V. Azor. capit. 28. quæſtion. 5. loco citato, Verba. *Dicant, Faciant, Statuimus, Iubemus.* ad mortale non obligare, quidam ſentiunt, at, Toleti ſententia, ſi res grauis eſſet, obligarent.

54 *Ad mortale non obligant eo ſolo.* Sot. lib.1. quæſtion. 6 art. 4. de Iuſt. Toletus loco citato, & nonnulli alij leges ciuiles præceptiuis verbis vtentes, in re graui, ad mortale obligare, affirmant, & eſt probabile, apparent enim, legislatorem ad mortale obligare velle, niſi contrarium explicet.

55 *Nunc irrogando, illam excludere videtur.* Multi, quos Toletus. loc.c. probat, legem pœnalem in materia graui ad lethalem culpam obligare, arbitrantur; cũ pœna eſt grauis, vt puta, capitis, exilij perpetui, aut carceris, vel amiſſionis bonorum.

63 *Non quæſitum.* Communis ſententia eſt, pœnam leges in conſcientia, ante ſententiam Iudicis, ſoluendam non eſſe Vide Couar. 4. part. Decr. part. 2. capit. 6. 8. Molina de Iuſt. diſt. 95. Tol. loco citato. Salon 2. 2. quæſtion.

Digitized by Google

61.ar. 3. Caiet. Val. Azor cap. 7. quæſt. 3. loco citato. Sà Vide Pœna numer. 1. Hæc ſententia aduerſatur Carbo, libr. 2. cap. 6. de iuſta Hær. punitione, libr. 2. cap. 10. de lege pœnali, qui putat, hæretici bona fiſco, ante condemnationem, danda eſſe. Molina loco citato pœnam, ante ſententiam, ſoluendam eſſe, ait; ſi lex vtatur verbis id ſignificantibus. Couaruuias, Si dicat, in foro conſcientiæ ſoluendum, neutrum concedit Sà. De hac re pauca in Notis ad Toletum capit. 20. de ſeptem peccatis mortalibus.

Si lex dicat. *Non faciat fructus ſuos.* (ut Conc. Trid. aliquando) obligat ante ſententiam, habet enim rationem conditionis.

67 *Amiſſionis beneficij.* Molina, & Couar. loco citato à Nauarro diſſentientes, reum ad beneficium ante Iudicis executionem, relinquendum, teneri, negant: quod Nauarrus ipſe ſenſiſſe videtur corol. 31. de datis, & promiſſis numer. 41.

.. De pœna legis Sot. art. 6. loco citato Carbo libr. 8. de Legibus, Azor. capit. 7. loco citato Molina, Couar. loco citato Clauis Regiæ auctor (qui communi ſententia diſcrepet.) lib. 3. c. 8. 9.

Legem humanam obligare, cum vitæ periculo, alij aiunt; alij, probabilius, negant, obligat. tunc, Sine dubio, cum quis in contemptum Eccleſiæ, ad eam frangendam, compellitur. Vide Notas ad Toletum c. 19. l. c.

In *pœna conuentionali.* De pœna conuentionali Couar. numer. 11. loco citato. Molina diſtin. 97. & 317. de Iuſt. Garzias cap. 12. Lopez de contract. lib. 1. quæſtion. 31.

Pœnam conuentionalem debitor ſoluere tenetur, cum petitur, quæ tamen petenda non eſt, ſi is nulla in culpa fuit, niſi intercedat ratio damni emergentis, aut lucri ceſſantis. Si debiti pars ſoluta ſit, tota pœna petenda non eſt. Si vſuræ fraus adeſſet, aut ſcandalum, hæc pœna licite accipi non poſſet. Vide Molina diſtin. 317.

De Auaritia.

De Hac D. Th. 2. 2. quæſtion. 118. Val. c. 3. D. Ant. p. 2. tit. 1. Azor. t. 1. lib. 4. c. 15. Viguer cap. 5. §. 14. Vide 1. Toletus cap. 24. l. c.

72 De filiabus auaritiæ Toletus c. 26. loco citato.

74 *Superflua erogare.* De eleemoſyna D. Th. 2. 2. q. 32. Bannes, Arragon, Val. ibidem Caiet. tract. 5. tom. 2. opuſc. Innoc. 3. Ionn. Med. C. de pœnit. Theodorus Peltanus de tribus operibus Satisfactorijs, Abulenſis fuſe in c. 6. Matth. à q. 22. vſque ad 8o. Card. Bellar. lib. 3 de bonis operibus. Couar. lib. 3. var. c. 14. Toletus à cap. 27. loco citato.

In communibus neceſſitatibus nemo tenetur, ſub mortali, ad dandum ex ſuperfluis, eleemoſynam, eſt cõmunis opinio.

In graui neceſſitate Alex. Gabriel, & alij quidam, à Valentia quoque citati, d. 3. q. 9. p. 4. ex conſilio, eleemoſynam ex ſuperfluis, tribuendam eſſe, arbitrantur. Pet. Nau. de reſtit. c. num. 360. Toletus c. 35. Bannes, Val. & alij, ex præcepto. Hæc ſententia tutior. *V. Notas ad 35 Toleti caput, & inferius ad n. 4. c. 24.*

Ex neceſſario ad decentiam ſtatus extreme egentibus opem ferre debemus ex præcepto. Extreme autem is eget, qui moriturus eſt, niſi opem feras. Lex charitatis ad hoc obligat. Pet. Nauar. ſubſidiariæ iuſtitiæ legem obligare, ſcriptum reliquit.

Mutuum dare, ſatis eſſe, cum eleemoſynæ præceptum obligat, non puto, ſi ille, qui extreme eget, nullibi bona habet. Vide Io. Med. q. 6. de eleemoſ. Sot. lib. 4. quæſtion. 7. ar. 1. de iuſt. Greg. de Val. l. c. Notas noſtras ad cap. 37. Toleti de pecc. mort. & ad c. 24. num 4 & 64. Manualis doctiſſimi huius viri.

75 *Contrarium iuſtitia.* Beneficiarios Eccleſiaſticorum ſuorum prouentuum dominos eſſe, multi, iique graues, Doctores exiſtimant, Soto imprimis lib. 10. quæſt. 4. ar. 3. de Iuſt. Abul. q. 74. in c. 6. Matth. Couar. in c. cum officiis de teſtam. Molina d. 144. Bannes 2. 2. q. 32. ar. 6. dub. vlt. & alij, quorum nonnullos attulimus ad c. 38. Toleti de pecc. mor. in eadem ſententia eſt Toletus l. c. & Sà Vide Beneficium num-

Digitized by Google

num.44. Quare nòn peccant contra iuſtitiam, ſi ſuperfluos prouentus in vſus pauperum non impendāt, quamuis lethali ſe obligant ſcelere, ſi in vetitos vſus male illos erogent.

Peccant Eccleſiaſtici, in ijſdem caſibus in quibus, alij, ſi egentes eleemoſynis nō ſubleuent, & grauius, nam cum ſint pauperum patres, ratione ſtatus, magis, quā ſæculares ad eos adiuuandos obligantur. Vide Toletum l.c.

De emptione, & venditione.

VAlentia tom.3. Lopez libr. 1. de contract. Molina fuſe à d. 335. vſque ad 381.

82 *Emptionem lanarum anticipata ſolutione.* De hac lanarum venditione, ſolutione anticipata, Garzias c. 24. de contract. Lopez p.2.c.55. Sot.lib.6.q.4.ar.5. Molina d.359. Bannes 2.2. quæſtion.77. arti.4. Pet. Nau.lib.3.c.2.à num.133. Corduba caſu 85.

86 *Ob pactum de retrouendendo.* Pactū, vt in retrouenditione, maius pretium tribuatur, ſi res pluris valeat, & vt recuperari nequeat ante, vel poſt tempus ſtatutum, illicitum non videtur.

88 *Dicendum videtur de Clericis.* Clericus, via directiua, ciuilibus Rip. in qua viuit, legibus (ſi cōtra ſacros canones non ſint, ſi eius munus non impediant, ſi cum iuſtitia, cum naturali, & Diuina lege conſentiant) parere debet Huiuſmodi ſunt leges de iuſto rerum pretio, aliæque non diſſimiles. Vide Couar. part. 2. Epit. capit. 6. Caſtrenſem lib. 1. de leg. poen. c. vlt. Sot. libr. 1. quæſtion. 6. artic. 7. de iuſt. Ioann. Dried. capit. 9 de libert. Eccl. Mollina diſtin. 347. Nauar. capit. 27. num.115.

89 *Ab id ignorante.* ſi ſcias, in herbarum falce, in ædibus, agroue alieno rem pretioſam deliteſcere, poſtes, communi pretio, emere. Vide Molina d.353. num.12. Sot.lib.6.q.3.ar.2. Pet. Nau.lib.3. c. 2. de Reſtit.num.61. Rodriquez p.2. Summæ cap.83.num.13. Sà V. emptio num. 1. Lopez lib. 1. c. 49. Notas ad c.49. Inſtruct. Tol. de ſeptem peccat. mor.

Neque occultum. ſi emptor neque in pretio, neque in vſus rei damnum paſſurus ſit Vide Conrad. de contract. q. 54. Sot. loco citato concl. 4. Molina loco citato. Lopez lib. 1. de contract. quæſt 54. Garziam cap. 14. Pet. Nauar. numer. 59. loco citato.

90 *Arma.* Vide Sà Vide venditio num. 24. ibique citatos.

92 *Neceſſitate ſe vendendi.* In graui neceſſitate homo ſe ipſum vendere, poteſt, etiamſi repugnet vxor. D. Paullinus, cum virtute, ſeruus eſſe, voluit, vt viduæ filium in libertatem aſſereret. Vide Garziam de Contract. capit. 17. Salon in 2.2. quæſtion. 3. artic. 1. de dominio, Molina diſtin. 32. Sà numer. 13. loco citato.

97 *Sibi partem pretij.* Si qui rem alienam pluris vendat, quam dominus eius decreuerat; det totum dominio, niſi ex pacto, quod, vltra ſtatutum à domino pretium, habuit, vel tacite donatum ſit, aut uendentis induſtria acquiſitum. Vide Molina diſtin. 363. Syl. Vide Emptio num.25. Coro. 2. par. c. 8. Sa loco citato num. 11.

De ſimonia, quæ per ſpeciem emptionis &c.

DE Simonia D. Thom. 2. 2. quæſtion. 100. Caiet. alijque Interpretes, Val. t.3. diſtin.6 quæſtion. 16. Sot. lib. 9. quæſtion. 5. ar. 1. Vict. in relect. Pet. Nauar. lib c.2. de reſtit. à num. 383. Coro. 3. p. Toletus lib. 5. à cap. 84. Suarez, tomo. 5. diſtin. 22. ſect. 5. explicat excommunicationem contra ſimoniacos.

De ſimonia, quæ ad mitti poteſt in Religionis ingreſſu, Dionyſius Cartuſianus integrum volumen edidit, tomo opuſculorum.

99 *Principibus &c. in alium finem, quam ſalutem animarum, ſupernaturaliter conceſſa.* Clodoueus primus. Francorum Rex chriſtianiſſimus ſupernaturali Sanandarum ſtrumarum munere donatus a Deo fuit, quod in poſteros, Dei beneficio, dimanauit. Idem de Eduardo Angliæ Rege ſanctitate claro narratur, quia annulum habuit Eduardus mira; ad comitialem morbum pellēdum, vt inſtructum Conſule egregium egregij ſcriptoris Thomæ Bozij opus, De ſignis

Digitized by Google

Eccleſiæ, præſtantiſſimæ, & ad animos hominum chriſtianis moribus imbuendos vtiliſſimæ Romani Oratorij Congregationis Præsbyteri. Vide etiam Polidorum Virgilium Anglicanæ Hiſtoricæ lib.8. *L.15.c.3.*

101 *Inclinaui cor meum &c. propter retributionem. Propter retributionem.* propter Deum, explicabit aliquis, nam Deus merces eſt iuſto.

Gen.15. *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* aiebat ad Abraham Deus.

102 *Ob vexationis redemptionem.* Pecunia, ad redimendem vexationem tamen motiuum, non tamquam prætium, dari poteſt. V. Val. t 3. d. q. 16. p. 3. Notas noſtas ad lib. 5. c. 90. Inſtruct. Toleti. d. Gregorius, cum coactus pecuniam Imperatori dedit, redemit vexationem. V. Baronium in Annal.

Vt baptizet aliquem. Sacerdoti ſimonia co ſacramentorum miniſtro, ſine pretio baptizare nolenti, pecuniam pro baptiſmo dari, poſſe, negat Comitolus t. 1. lib. 5. quæſtion. 14. Reſp. mor.

103 *Sed nobis ſempre placuit.* Mentali ſimonia acceptum reſtituendum non eſſe, opinatur hic Nauar. & alibi cum Caiet. quibus abhærent Pet. à Soto lect. vlt. de ord. Rodriquez p. 2. cap. 68. Val. p. 6. Pet. Nau. numer. 392. loco citato. Reſtituendum eſſe, docent Io. Medina quæſtion. 4. de rebus per vſuram acquiſ. Sot. lib. 9. q. 8. artic. 1. ad 6. de Iuſt. non ſine probabilitate.

Couar. p. 2. §. num. 8 in Geg. Peccati, ſimoniacæ rei acquiſitionem, ex rei natura; impediri docet. Arragon 2. 2. q. 100. ar. 6. ſimoniacum mentalem, qui pro re ſpirituali, pretium accepit, iure naturali, reſtitutioni obnoxium eſſe, teſtatur, non autem illum; qui rem ſpiritualem habuit. De hac re Comitolus lib. 4. quæſtion. 6 l. c.

106 *Certa pecunia quantitas detur pro Miſſa.* De ſtipendio Miſſæ multa Suarez t. 3. in 3. p. S. Th. d. 86.

109 *Simoniacam confidentiam.* De confidentia beneficiali Flaminius Pariſius. Excommunicationem contra ſimoniacos confidentiales explicat Suarez tom. 5. d. 22 ſect. 6. num. 15.

111 *Non poteſt pecunia redimi.* Summi Pontificis auctoritate conſtituitur penſio, ſine illa, remitti, & condonari poteſt, non autem pecunia redimi. Vide Rodriquez part. 2. cap. 12. numer. 8. Sà Vide Penſio num. 1.

De penſionibus Hierony. Gigas, Zecchius, Sot. lib. 9. quæſtion. 7. art. 2. Tol. lib. 5. cap. 82.

Ad decimumquartum. De pœna ſimoniaci Toletus etiam cap. 93. l. c. Suarez ſect. 5. l. c. Sà V. Simonia.

Vndecimo &c. ſit inhabilis ad omnia. In foro exteriori. Vide Nauar. conſil. 34. de ſimonia. Flam paris lib. 4. quæſtion. 2. de reſign. benef. Sà num. 10. l. c.

Ignorantia. ſimoniacum per ignorantiam excommunicatione non affici, ait Sà num. 13. l. c. ſi ſit probabilis, quę excuſet.

De Luxuria.

DE hac ſupra ad c. 16. Summiſtę Vide. Luxuria, Leſſius de Iuſtitia, & cæteris virtutibus, Toletus de ſeptem pecc. mort. cap. 55.

Fugiēdo. Ioſephi caſtiſſimus, iuuenis cū adtractarias Veneris voluptates à fœmina, ſumma impuritate, impudentiaque contaminata, alliceretur, relicto pallio, fugā arrepuit. Philo Iudæus, philoſophus eruditus, factum iuuenis conſiderat, & dictum *egreſſus eſt foras.* Loth. Angeli conſilio aufuget in montem, ne impurarum, vrbium flammis abſumeretur. D. Petrus tunc fleuit amare; cum egrotus eſt foras. Vide librum perpulchrum de Caſtitate Bernardini Scardeonij Pataui*, & Stimulum ad virtutes chriſtiani Adoleſcentis Guilelmi Baldaſani.

Studioſus Caſtitatis (virtutis præſtantiſſimæ) ocium quoque fugiat, menſus opipuras, & vinum.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.
Sine Cerere, & Baccho friget Venus.
Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Conſideret. Breue, quod delectat, æternum, quod cruciabit, & cæleſtem B. Virginis Mariæ puritatem admiratus, & veneratus, eius, Angelique Cuſtodis opem imploret, eam viri monte à Deo poſtulet, vt mori malet, quàm fœdari. Deum ipſum, omnia videntem, præ oculis habeat, David imitatus, cuius ille

ſunt

Digitized by Google

ſunt voces. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Magna malorum pars tollitur, ſi Deus iudex, & teſtis habeatur in monte. Meretrix aliquando pictā Pol:monis, ſeuerioris diſciplinæ Philoſophi, imaginem cum vidiſſet, timuit, ſibique ne in ſcelus rueret, conſpectu imaginis frœnum iniecit. Thais venereis obſcœnitatibus dedita Diuinæ præſentiæ conſideratione à cœno vitiorum emerſit.

D. Greg. Naz. in Carm.

Octo filia. De his quoque Toletus l.c.

De Ira.

DE Ira D Thom. 1.2.q. 46.2. 2. q. 58. & Interpretes, ſummiſtæ V. Ira, Az. 1.1.lib.3.c.17. Val.t.3.d. 9.q.3. p. 1. Toletus à c.56.l.c.

Ira ſentientis appetitus ex ſe, non eſt peccatum. Si voluntas conſentiat, eſt bona, vel mala. Vbi intellectus illatam iniuriam agnouit, oritur in voluntate repellē dæ iniuriæ cupiditas, malique illi inferendi, qui iniuriam intulit: ſæpe autem humanæ voluntatis ira cum ſentientis appetitus ira coniungi ſolet.

Septem vitia. De filiabus iræ Toletus. cap.58.

De Inuidia.

D. Thom. 2.2.q.36. Caiet. Bannes 16. Val.t.3.d.3.q.14. Azor.lib.4.c.17.l.c. Tol.cap.63.

118 *Alia quinque.* De filiabus inuidiæ Tol.c 77.

,Inuidi ſe ipſam macent

,Inuidia Siculi non inuenere tyranni.

,Maius tormentum.

De Gula.

SVmmiſtæ V.Gula, D.Tho.2.2.q.148. Val.t.3.d.9 q.3. D. Ant.p.2. tit.6. Tol. à c.59. vſq; ad 62. Leſſius de Iuſtitia lib.4.

Quinque ſadæ filia. De his Toletus c.62.

Mentis hebitudinem, pœnam potius appellabis, quam crimen.

A*D vomitum etiam intenſum.* Sententiam Angeli, & aliorum quorundā mortale ſcelus eſſe, opinantium, edere ex intentione, vſque ad vomitum, (ſine medici conſilio) à probabilitate abhorrere non iudico. Ita quoque Sà V. Comedere. Toletus ca. 62. veſco vſque ad vomitum, morale putat, cum inde notabile damnum corporis, ſcandalumue oritur. Vide Azorium tom. 1. lib.7.c.22. Notaſque ad Toletum l.c cap.61.

120 *Circa feſta, & ieiunia.* Quī à loco, in quo, eo die, non ligat ieiunij obligatio, ad locum, in quo obligat, iter habet, ſine animo ibi morandi, non tenetur illius ieiunij lege, ſi nullum ſit ſcandalum, vt placet Toleto lib 5 cap 6. Sà Vide ieiunium num. 1. Vide Azorium tom. 1. lib.7.c.30. q.4. & 5. Comitolum lib. 4. q. 57. Reſp. Mor.

121 *Procurat inebriari.* Inuitare aliquē ad paria vini pocula, ea mente, vt is ebrietate corripiatur, lethale eſt: quia reddere hominem ebrium, ex induſtria, eſt lethale. V. Syl. ebrietas num.3. Val.p.2. Tol c.61. Azor.c.33.q.5.l.c.

Si, ex Medici conſilio, generoſum vinum bibas, ad pellendum morbum, &, per accidens, ebrietate corripias, non peccas mortiferè Val. l.c. Bannes 2.2.q.64.a.7. Azor.c.22. l.c. immo, quando morbus pelli non poteſt, ſine ebrietate, & nullum timetur damnum, ebrietatem procurare, licet. V. Tol.l.c.

Qui voluntaria ebrietate correptus ſcelus patrat ex ſe mortale, mortifere peccat, ſi ſolitus erat in ebrietate eiuſmodī mala patrare: volens enim in peccati cauſa fuit V.Val.& Tol.l.c. Si damno aliquē afficiat, tenetur reſtituere, &, ſi occidat, fit irregularis, ſi malum illud futurū probabiliter exiſtimare potuit. V. Pet. Nau. lib.2.c.1.de reſt num.61. Azor.l.c.q.6.7. Couar.in Clem.ſi furioſus, Tol.l.c.& Notas noſtras ad eum locum. Nō omnes idē docent.

De ebrioſum, & furioſæ peccatis Comitolus.lib.5.q.5.

Si quis ebrius, ſine culpa, fiat, malī actus, quos in ebrietate patrat, peccata nō ſunt.

Matrimonium, aliaue contractus ab ebrio celebrati validi non ſunt, quia qui vſu rationis non pollet, neceſſarium conſenſum in contractibus adhibere, nequit.

122 *Humanis carnibus.* Quæſtionē grauem. An in extrema neceſſitate carnis hominis

Digitized by Google

minis edere, liceat, non eſt auſus, definire Nauar. conſil. 2. de ſortis, at ſcilicet, licet, poſtquã anima corpus examine reliquit, licere, affirmant Caiet. 2. 2. q. 148. Sà Vide Comedere num. 1. Negant, probabiliter. Azor. to. 1. lib. 7. c. 33. q. 4. Victoria relect. de temper. & Greg. de Val. p. 1. l. c. nime fallit memoria. Leonardus Leſſius de Iuſt. &c. lib. 4. c. 3. d. 2. de Gula, multis de hac re differens, affirmantem ſententiam veriorem putat.

Extra grauiſſimam neceſſitatem letha le crimen exiſtimo (cum Caiet. Vict. & Leſſio) humanis carnibus veſci. V. D. Th. 2. 2 q. 148. art. 4. ad 3.

Ex medicorum præſcripto humanis oſſibus, adipe, puluereue ex cerebro, ad morbos ſanandos, vti poſſumus. Nauar. loc. cit.

Senes ad fractas vires reficiendas humanum ſanguinem è vena viuentis adoleſcentis haurire, licite, poſſunt. V. Leſſium l. c.

Carthuſianos carnes, in extrema neceſſitate, comedere poſſe, negant nonnulli: affirmat Victoria num. 10. l. c. Azorius tom. 1. lib. 5. c. 6. carnium vſum in cibo ab his, cum probabili vitæ periculo, prætermitti, poſſe, ait, vt virtutis officia tueantur, retineant, reuocent.

De Accidia.

D. Thom. 2. 2. q. 35. Caiet. Bãnes ibid. Alẽſis p. 2. q. 140. m. 6. Greg. de Val. d. 3. q. 12. l. c. Azor. tom 1. lib. 4. c. 18. Toletus c. 68. l. c. de ſpiritu accidiæ, Io. Caſſianus lib. 10. de Inſtit. Cœnob.

125 *Sex improbæ filiæ*. De his Toletus c. 70. Sextam (quæ eſt malitia, qua improbus homo ſpiritualia bona, in ſe, odio habet) prætermiſſam à Nauarro non prætermiſit Toletus Si Diuinum beneficium ſpernas, aut Diuinis præceptis te paruiſſe pœniteat, lethale ſcelus admittis.

De remedijs contra peccata, ex recentioribus, Martinus Fornarius in Inſtitut. Confeſſariorũ.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Dct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumquartum.

Man. Doct. Martini. ab Azpilcueta. Nauar.

Notæ, & Appendices.

De quinque ſenſibus, &c. & de operibus Miſericordiæ.

Egens extreme. Extreme egẽti eleemoſynam, ex præcepto dandum eſſe, ex ſuperfluis naturæ, certiſſimum eſt.

Habentem ſuperfluæ naturæ, & ſtatus teneri, ex præcepto, ad opem valde egentibus ferendam, multi putãt, cum Nauar. Vide Val. q. 9. p. 4. l. c. Pet. Nauar lib. 3. c. 1. de reſtit. num. 360. Couar. 3. uar. c. 14. Id negant alij cum Alex. & Gabriele.

In grauibus neceſſitatibus Toletus Nauarrum ſequitur, non in communibus: docet enim communis opinio, in communibus neceſſitatibus, eleemoſynam præceptam non eſſe. Sà V. eleemoſynã, cum diſſentiant Doctores, diuites eleemoſynam non erogantes damnandos facile, non iudicat, ſed apprime monendos, vt erogent, quantas maxime poſſunt, Eccleſiaſtici, cum ſint pauperum patres, grauius, quam ſeculares, delinquere videtur ſi quæ honeſtæ ſuſtentationi ſuperſunt, in pauperum ſinum non conijciant. V. Superius ad num. 74. c. 23.

Satis eſt ſubuenire commodando. Nauarro, in hoc, aſſentiri, non queo, ſi qui hic extreme eget, alibi nihil habeat. Vide notata inferius ad num. 64. huius capitis, & *V. etiã c. 23 nu. 74* in cap. 37. tract. Card. Tol. de pecc. mort. Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. de iuſt. Bannes 2. 2. q. 32. art. 6. Val. l. c.

Si tuis bonis extreme egentem iuuare nequeas, alienum, ad id, capere, potes.

Si vir Reſp. valde neceſſarius extremã quam tu quoque experiris, inopiam patiatur, teneris ſibi illum anteponere: nam commune bonum priuato anteponendum

Digitized by Google

dum eſt. Vide Tol.c.34.l.c.

8 *Encomium eleemoſynæ*. De fructibus eleemoſynæ extat libellus Iulij Fulij Videri poſſunt D.Cyprianus de oper. & eleem. D. Ioan. Chryſ. ad pop. Antioch ab hom.32 vſq; ad 37. Timoth. epi de eleemoſy. Ephrem. de amore pauperum. D. Greg. Naz. oratione de eodẽ argumẽto.

9 *Occurrentem*. Sà num.8.lo.c.

Filij infidelium adhuc expertes rationis. Si alter parentum, fidelis, iam effectus, conſentiat, baptizari poſſunt. c. ex literis ext. de Infid. conuerſ. Scotus, & Durandum, vtroque parente inuito, infidelium filios rationis nondum compotes baptizari, poſſe, dicerent.

Si dubium ſit, an pueri vſu rationis ꝑditi ſint, ſatis eſt, vt baptiſmum, inuitis parentibus, accipere poſſint, eos ſeptem annos natos eſſe.

Franciſcus ab Azpilcueta, & Xauiere. Vir plane Apoſtolicus, qui ſanctarũ virtutum ornamentis excultus, & miro ſalutis animarum zelo inflammatus, omnem lapidem mouit, vt gentes infidelitatis caligine obrutæ ſanctiſſimæ chriſtianæ fidei ſpendore colluſtrarentur: vnde merito Indorũ Apoſtolus eſt appellatus. Eius vitam, mores, virtutes, diſcrimina, laboreſque pro Chriſto ſuſceptos, Horatius Turſellinus eleganti volumine complexus eſt: elogium, quod adſcribo, nonnulla paucis indicat.

B. Franciſcus ab Azpilcueta, cognomẽto Xauerius, natione Nauarrus, clariſſimo genere natus Lutetiæ paritiorum bonorum artium ſtudio decurſo, & Magiſterij laurea adepta, publice magna cum laude Ariſtotelem interpratatus, Euangelicæ perfectionis cupidus B. Ignatio Loyolæ, ſocietatis Ieſu Parenti, ſe ſe inter primos adiunxit. ab eo, Ioannis III Luſitaniæ Regis rogatu, ad diſſeminandã Chriſti fidem in Orientalem Indiam deſtinatus, ita ſe in eo munere, cum ampliſſima Legati Apoſtolici authoritate, quam à Paulo III Rom. Pont. acceperat, geſſit, vt merito Indorum Apoſtolus habeatur. Primus omnium in Iaponiam, vaſtiſſimã inſulam, Euangelij lumen intulit, totumque illum Orientis tractum vitæ, innocẽtia, ac ſanctitate, ſumma laborum, atque periculorum contemptione, prædicationibus, miraculis nobilitauit, ad extremũ Deo, hominibusque chariſſimus, dum Sinarum fines penetrare, contendit, vt ampliſſimum quoq; illud regnum Chriſto adiungeret, in ipſo conatu deceſſit, Anno fundatæ ſalutis 1552. ætatis ſuæ 55. Eius corpus viua in calce ſepultum, mẽſe, poſt humationem, quarto, incorruptum, ac vegetum repertum eſt; hodieque dicitur talem neutiquam perſentiſcere, certiſſimo argumento, cum pudicitiæ virginalis, cuius florem in omni vita illæſum, intactumque conſeruauit, tum vero vernantis perpetuo ſanctitatis gloriæ, quã apud Deum, hominesque iure, ac merito Xauerius eſt conſequutus.

11 *Sæuiente peſte*. Mira. S. Caroli Borromæi charitas in hoc enituit.

Qui non eſt Epiſcopus, aut Parochus, cum vitæ periculo, hominem peſte infectum inuiſere, non tenetur, niſi neceſſitas ſalutis animæ illius id poſtulet. V. Sa Vi de charitas num.3.

De correctione fraterna.

12 De hac re D. Tho.2.2.q.33. Caiet. & Bannes ibidem, Greg. de Val.t.d.3.q.10. Sot. de rat. teg. memb.q.2.

13 *In maius delabatur*. Sot. Sà l.c.

Correptiones fraternæ omiſſionem frequenter venialem eſſe, ait Sà V. Correptio num.2. interdum à charitate exigi, mortalem interdum, venialem aliquando, Sot. concl. 5. l. c. Præceptum Diuinũ de correptione, ex genere ſuo, obligat ad mortale, ſi cognoſcatur mortale crimen, ſi ſperetur conuerſio, ſi opportunum tẽpus, adſit, & locus. V. Sot. concl. 4. loc.c.

Dum conuerſionem non ſperas, dum crimen veniale eſt, vel mortale incertum ſi peccator reſipuit, aut ſi futurum, ſperes vt, à Deo adiutus, nullo, vel aliquo monẽte, ad bonam frugem ſe ſe recipiat, correptio prætermitti poteſt V. Val.p.2.l.c.

Cum correptio fraterna facienda eſt, ex præcepto, differri poteſt, ſi aptior locus, tempuſque expectetur.

17 *Defendendam proximi vitam*. Toletus lib.4.c.10. Sà num.2.l.c. V. Lopez p. 1.cap 67.

Damnato iuſte, vt fame pereat, non teneris cibum exhibere.

23 *Eleemoſynam ſpiritualem tenemur*, V. Tol. Lopez. Sà l.c.

And.

Digitized by Google

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumquintum.

Man. D. Martini ab Azpilcueta Nauarri.

Notæ, & Appendices.

De peccatis diuerſorum ſtatuum.

DE peccatis Regum Summiſtæ V. princeps.

V. Mart. Fornarium in Inſtit. Confeſſ. tit. 2. c. 1.

Chriſtiani Reges, ac Principes chriſtiani principis Inſtitutionem petri Ribadeneyræ & egregium opuſculum D. Tho. de regimine principum non ſine voluptate, legent. Perniciosiſſimæ Macchiauelli lucubrationes malum dæmonem auctorem habent, ignibus tradi debent. S. R. Eccleſiæ iudicio damnatæ ſunt.

Rex Remp. amare, & tueri debet, vitamque pro illa, ſi neceſſitas poſtulauerit profundere, publica etiam mala corrigere, dum Reſp. damno non afficiatur.

10 *Quamuis vti priuatis oppoſitum iuſtum eſſe, ſciat.* Regem, qui ſupremus Iudex eſt, priuatam ſcientiam ſequi, poſſe, quidam aiunt (V. Toletum lib. 5. ca. 56.) immo debere, dicit Sà V. Iudex num. 13.

Lyran. in c. 23 Exod. Panor. in c. paſtoralis de off. deleg. Ang. V. Iudicare, Roſella V. Iudex 1. q. 18. Ioan. Arboreus lib. 9. Theſoph. c. 20. Pet. Nauar. lib. 3. c. 3. de reſtit. à num. 152. Iudicem, contra veritatẽ à ſe priuatim cognitam ſententiam, ferre, non poſſe, aiunt: & Sà l. c. non ſatis ſe intelligere, ait, quomodo Iudex hominẽ, quẽ priuata ſcientia innocentem cognoſcit, condemnare queat.

Nauarri ſententia multis placet, nonnullos recenſui ad cap. 56. lib. 5. Inſtruct. Card. Toleti.

De hac controuerſia D. Th Caiet. Bãnes, Salon. 2. 2. q. 67. 2. 2. Couar. lib. 1. uar. c. 1. Corduba fuſe lib. 1. q. 3 quæſt. Theol. Rodriquez de ord. Iud. c. 12. n. 9. Val. t. 3. d. 5. q. 11. p. 2. Azorius t. 1. lib. 2. c. 17. q. 8.

17 *Quadraginta paſſuum in circuitu.* Hoc modo non eſt in vſu. Sà (V. Eccleſię Immunitas num. 1. vbi inter loca gaudẽtia immunitate Eccleſiæ, recenſet palatiũ epiſcopi, Hoſpitale, & Oratorium, auctoritate epiſcopi fundata, Monaſteriũ, Cœmeterium, Chriſti Corpus cũ defertur, ſed non ad caneres. Verũ de Chriſti Corpore Couar. lib. 2. Var. Reſol. c. 20. (vbi multa de immun. Eccl.) dubiũ eſſe, dicit.

18 *Licet domus Cardinalium cum certa.* Pius IV. Franchitias in Vrbe prohibuit. conſtit. 64. Inter cæteras, quã Greg. XIII. confirmauit, conſtit. 20. Et ratio.

19 *Excommunicatos.* At non hæreticos, qui ſunt excommunicati, quod inferius innuit Nau. V. Cou. l. c. V. Decimoſexto.

Qui decoxit. Huiuſmodi decoctores, & blaſphemos immunitatis priuilegio gaudere, quidam negant. *Cũ aliàs nonnulli.*

De immunitate Eccleſiæ Greg. 14. Cõſtitutionem edidit, quæ videnda, & obſeruanda eſt. ex ea, reos læſæ maieſtatis in Principem, hæreticos, proditorie interficientes, vel aſſaſſinos, vel viarum graſſatores, agrorumque depopulatores ex ſacra æde, de epiſcopi licentia, ſine irregularitatis periculo, extrahi, & Curiæ ſæculari tradi, poſſe, diſcimus.

24 *Dicentem ſe eſſe clericum.* Quæ neceſſaria ſint, vt Clericus minorum ordinum priuilegio fori gaudeat, diſces ex Concilio Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. Vide Sà V. Cleric. n. 4. Comitol. lib. 1. q. 54. Reſp. Mor.

Clerici nomine, in fauorabilibus, is etiam intelligitur, qui primam tonſuram habet.

Cum Clericus in crimine deprehenditur, à Iudice ſæculari, vt Eccleſiaſtico offeratur, capi poteſt, necnon ſi noctu arma geſtans inueniatur. V. Sà l. c.

De Peccatis Aduocatorum.

V. D. Thom. Caiet. Arragon, Salon 2. 2. q. 71. Aug. Triumph. q. 111. de pot. Eccl. Sot. lib. 5. q. 8. de Iuſt. Clauẽ Regã lib. 12. c. 22. 23. Tol. c. 60. l. c

28 *Poſtquam nouit eſſe talem.* Vide Sotum ar. 3. l. c.

In re graui, in qua de honore alicuius, aut vita agitur, aduocatus ancipitem cauſam tueri nequit: poſſidentis enim condi

tio

Digitized by Google

tio melior eſt. Sot.l.c.concl.2.at ſi res parum grauis ſit, omiſſis mendacijs, cauſęque imbecillitate clięti declarata, poteſt.

29 *Et qui non ſubuenit pauperi.* Quando alia via non eſt in promptu, iuſtas pauperum cauſas aduocati tenentur defendere, ſub mortali. V.Sot.2. r. l.c. Non tenentur pauperes quærere, ſed ſatis eſt, ſi occurrẽtibus opitulentur. V.Nauar.ſupra c.24.n.9. vbi de eleemoſyna pauperi danda.

30 *De quota parte litis.* Qui iuſtam cauſam aduocato probo defendendam committeret, ſine vllo periculo iniuſtæ alicuius actionis in eo, promiſſa tertia, aut quarta lucri parte, vt is ardentiori ſtudio, in iuſtam iuſtæ cauſæ defenſionem incũberet, & ſe ipſum moleſtia ſæpius illum adeundi liberaret, lethale facinus, mea ſententia, non patraret: nullam enim naturalem, aut Diuinam, aut Eccleſiaſticã legem violaret, ſed ſolis ciuilis legis verbis, (non fortaſſe legislatoris menti) aduerſaretur.

De peccatis Accuſatoris &c. Tol.lib 5.c.57.

32 O*Mittit accuſares.* V. Salon 2.2. q.69 art. 1. Accuſare (ait Sà V.Iudicialis Actus de Accuſatione n.3.) vix quiſquam tenetur, niſi, forte, in graui cauſa Reip.

33 *Vnum integrum teſtem.* Idem Nauar in c. Inter verba 1.num.779. Quidam ſecretam omnino hæreſim denunciandam putant, vt Cenſores fidei inuigilent: ſed hoc alij negant, cum nullus teſtis adeſt: occulta enim Diuino iudicio relinquenda ſunt. V. Notas noſtras ad cap. 57.lib 5. Inſtruct. & Compendij Card. Toleti.

Si ſcias, hæreticum ad bonam mentem reiecto errore, rediiſſe, non teneris denunciare, quia ceſſauit ratio, cur denunciandus erat. V.Tol.lib.4.c.5. Sotum lib. q.5.art. 1.de Iuſt. D.Thom. 2.2.q.33.ar.7. Dur.4.d. 19.q. 4. neque ſi cognoſcas, aut probabile ſit, aliquem in hæreſi pertinacem non eſſe, niſi, poſtquam monueris, pertinacem eſſe, non ſine ratione, arbitreris. V.Toletum loc.c. Graſſium in Decis. Aur.lib.2.p.1.c.69.num.18.

De peccatis Rei, & Accuſati.

35 S*Eruato iuris ordine non fatetur.* V Sot.lib.5.q.6.a.2. Bannes, alioſque D.Thom. Interpretes 2.2.q.69.ar.2. Val.t.3.d.5.q.13.p.2. Tol.lib.5.c.58. & ſuperius c. 18.num.58.

Legitime interrogatur reus, ſi Iudex, competens ſit, ſi præceſſit ſemiplena, ſaltem, criminis probatio, per vnum, ſaltẽ, teſtem omni exceptione maiorem, per infamiam, aut indicia, quæ ſufficiant, hæc autem reo cognita eſſe debent, ſit ſciat, ſe legitime interrogari, aliàs non tenebitur fateri crimen à ſe admiſſum. Confeſſarius ſit prudens in hac re, reumque non cogat ad crimen patefaciendum, niſi exploratiſſimum ſit, eum ad id teneri. Vide Sot.l.c.

Quando legitime, ſeu iuridice non interrogatur, dicere poteſt. Non feci intelligendo, vt patefacere teneat. Vide Bannes l.c.col.9.

Vt reus, per viam inquiſitionis, torqueri poſſit, clamoroſa inſinuatio per teſtes iuridice probata, ſufficit: per viam accuſationis, probatio ſemiplena, aut ſufficiẽtia indicia recte probata. V. Salon 2. 2.q. 69.ar.2.controu.9.concl.1.

De peccatis teſtium.

V.Toletum c.59.l. c. alioſque à me citatos ad eum locum, clauem Regiã lib.12.

43 *Se nihil ſcire.* Bannes 2.2.q.70.art.1. col.10.q.69 art.3.col.8.

44 *Extrema neceſſitate ſui teſtimonij.* V. D.Th.2.2.q.70.ar.1. Bãnes ibidem, Syl.V. Teſtis num. 8.

45 *Vt verum teſtetur.* V Sot.q.8.ar.4.in fine l.c. Syl.l.c. Molina d. 83. de Iuſt. Couar.in Reg. peccatum p.2.§.3.num.2.

Teſtis compenſationem damni, quod patitur, accipere poteſt. Si aliquid accipiat, pro ferendo falſo teſtimonio, peccat, at non tenetur reſtituere.

50 *Quinto quod excuſatur.* Vide Sot.lib. 5.q.7.art.3. col.2. Sà V. Iudiciales Actus de Teſtibus num.3.

Filius ad denunciandam hæreſim patris. Cum Nauarro hinc, & in c. Inter verba concl. 6.num.419. idem ſentiunt Penna. 2.p.Direct.Inquiſi. Com.15. Ludouicus Paramus de orig.S. Inquiſitionis.lib.3.q. 8.ſed Simancas de Cath. Inſtitut. tit. 29. num.37. Toſtatus q. 3. in c.13. Deutero. & q.16.in c.15. lib.3. Reg. patrem hæreticum non poſſe à filio in iudicium vocari,

Digitized by Google

cari,putant,Limitat,Simancas, dicens,filium à iudice legitimè interrogatum, an ſciat,patrem hæreſi infectum eſſe,veritatem fateri,debere : & non interrogatum etiam, ſi videat, patrem Reip. damnum afferre hæretica labe:quod videtur ſenſiſſe Alenſis 3. p.q.33. & Toletus lib.5.c. 1.num. 10.Ioſeph. Stephanus,Oriolanus Epiſcopus de bello Sacro ad cap.2. lib.1. Machab (hoc alibi,non indicato meo nomine, notaui) primam ſententiam ibi locum habere, opinatur : vbi fides multis iam annis firmis nixa radicibus viget: ſecundam ibi, vbi nondum firmas radices egit.

51 *Non tenetur ad reſtituendum fiſco.* V. Bannes q.70.art.1. Salon q.62. ar.5. controu. 2.l. c. contra Sotum lib.1.q.6.art 9. Damnum tamen, quod parti læſæ debebatur in conſcientia, tenetur reficere. Sà V.Reſtitutio num.43.

De peccatis Notariorum.

SVmmiſtæ V. Tabellio, Toletus lib.5. c.61.Io.Med.q.4 de rebus per vſur.acquiſ. Rodriquez p.c.2.Azor. t.1.lib.8.ca. 22.q. 16. Clauis Regia lib.12.c.25.Carbo de Reſtit.

Si Notarius vſurarij contractus inſtrumentum conficiens, veritatem nudam exprimat,peccat;at non tenetur reſtituere : ſed tenetur, ſi vſuræ labem iuſti contractus pallio tegat. ſic Toletus, Clauis Regia,& Carbo l.c at Io. Med. in primo caſu Notarium excuſat à peccato, ſi nihil agat,præter id,quod dictum eſt: Azorius excuſat, ſi cum chriſtianus vocet ad inſtrumentum conficiendum, non,ſi Iudæus.

De peccatis Magiſtrorum.

56 PResbyterum,aut Clericum. In patauina Academia Clerici ſacris initiati in Iuriſciuilis prudentiam incumbere poſſunt, ex priuilegio Eugenij 4. vt alibi diximus. Diploma habes initio voluminis De Gymnaſio patauino ab Antonio Riccobono conſcripti.

57 *Falſa in alicuius notabile damnum.* Graue eſt eorum Philoſophorum ſcelus, qui, Ariſtotelem interpretantes, docent, humanos animos grauiſſimo Philoſopho viſos eſſe mortales, falſiſq; pro mortalitate, in medium allatis argumentis, iiſque pro rei dignitate, & neceſſitate nō confutatis,tenera adoleſcentium ingenia in grauiſſimum de veriſſima animorum noſtrorum immortalitate malè ſentiendi periculum impellunt. Quod vtinam factum aliquando fuiſſe, non audiuiſſemus.

Paulus V.Pontifex Maximus,candore animi, religione, pietate, prudentia, humanitate,magnanimitateq; inſignis (quē Orbis delicias quis dixerit,) ſtatuit,miro conſilio, ac præcepit, (anno 1610) vt in ſtudijs omnibus virorum religioſorum doctores habeantur,qui linguas Hebraicam,Græcam, Latinamque actu, ac diligenter doceā: in maioribus, & celebrioribus etiam Arabicā, quare grauiter peccant Regularium ſuperiores Pontificio præcepto non obſequentes. V. Conſtitutionem. *Apoſtolica ſeruitutis.*

De peccatis Scolaſticorum.

59 QVi ſcientias vetitas. Iudiciaria Aſtrologia inter damnatas artes referenda : quam, merito,damnauit Sixtus V. eamque exercentes, nec non,legentes, aut retinentes libros, qui de illa tractant, ſantiſſimæ fidei Cenſoribus ſubiectos eſſe. voluit. Anno 1585. Conſtit. 28.Cœli,& terræ.

Aſtrologiæ, naturaliſque magiæ ſtudioſus legere poterit picum Mirandolanum,& Sauonarolam contra Aſtrologos Pererium aduerſus fallaces artes,& Magicas Diſquiſitiones Martini Delrio: nec non Sixti V. Conſtitutionem, *Cœli, & terra.* & quos refert Martinus Fornarius in Inſtit. Confeſſ.tt.3.c. 12. *Docta ſās & iucundę Dſquiſitiones magicæ Martini Delrio.*

De peccatis Medici.

VIdi Olim libellum, (auctoris nomē memoria excidit) qui quāplurima, quæ medici admittere poſſunt, crimina, recenſebat.

61 *Non perſuadet infirmo confeſſionem.* Pius V. virtutum, & bene viuendi gloria clariſſimus, cuius vel ſola memoria viros probos recreat, Innocentium.3.ſequutus, medicis præcepit, vt ægrotos,ad quos vocati fuerint, ſuadeant, vt ſpiritales

les medicos vocandos curent. Anno.1. ſui Pontif.conſtit.3. *Supra gregem Dominicum.*

62 *Quo abortiat*. Nauarro fauet Didacus, Couar.2.p.de homic. §.5. num.1. At Corduba lib.1.q.38 (dicens, matrem vterum gerentem, ſed ægrotantem, prole animata, medicinam, quæ directe ſanare poſſit, ſumere, poſſe, quamuis, per accidens, prolis interitus contingat) medicinam a medico exhiberi ei poſſe, non negabit. Pet.Nauar. lib.2.c.3. de Reſtit.nu. 140 hoc improbat, ſi proles, ea medicina, moritura putetur, eaque prætermiſſa nõ moritura, etiamſi mater in vitæ diſcrimine verſetur: nam ſalus animæ filii corporeæ matris ſaluti anteferenda eſt. De his aliàs. Conſtitutionem Sixti V. de abortu Greg. 14. moderatus eſt. pridie. Cal. Iunij anno.1.

64 *Modo eximat ab ea mutuando*. Non placet Nauarri, Adrianique ſententia, extreme egenti, ſed alibi poſſidenti gratis danda eſt eleemoſyna; quæ gratuita donatio eſt; non autem mutuatio. Si vera eſſet Adriani, Nauarrique opinio, præceptum de danda eleemoſyna non extaret: ſed extat; vt omnes fatentur, ergo ea opinio falſa. Bannes, 2.2.q.32.ar.5. Adriani ſententiam falſiſſimam vocat, (ſenſit Adrianus in hac re, quod Nauar.) Greg.de Val.tom.3.d. 3. q.9.p. hunc Nauarri lapſum admiratur. Egenti hinc extreme, ſed alibi bona habenti, mutuum dare, ſufficit. Pro Soto contra Nauarrum pugnat Lopez p. 1.c. 115. Inſtruct. Conſcient.

De peccatis executoris teſtamenti.

65 QVo ad caſte vixerit. Quid ſi nuberet? Viduam nubentem viri legatum, ea conditione munitum, *Si caſte vixerit*, amittere, alij aiunt, alij negant. V. Sà Vide Legatum num.43. Syl. Legatum 1.q.5. Mol.de Iuſt.d.208. Couar.p.2.epitom.3 §.9.

De peccatis clericorum quo ad ordines.

70 EXtra tempora. Contra male promouentes, & male promotos extat conſtitutio Sixti V. *Sanctum, ac ſalutare*. Anno 4. quam Clemens 8. moderari voluit, Anno 1595. prid. Kal. Martij. Vide ſuperius ad numerum 17. cap. vigeſimoſecundo.

72 *Suſcipit &c. miniſtrat &c.* In miniſtrandis ſacramentis omnibus ſufficit cõtritio in miniſtro, in ſuſcipiendis etiam, (excepta ſanctiſſima Euchariſtia, cuius ſumptioni lethalium culparum confeſſio præmittenda eſt) immo Baptiſmus, & Pœnitentia, cum attritione cognita, vt dictum eſt alibi, ſuſcipi poſſunt, quamuis reclament nonnulli. V.Tol.lib. 1.c. 85.aliàs 87.& Notas noſtras, ad eum locũ.

Si res Sacras tangit. Epiſcopus ſacro oleo calices conſecrans in mortali, mortiferum ſcelus admittere non videtur, quia res non eſt grauis: ſecus autem, ſi oleum infirmorum, aut Chriſma, ſacro ritu, benedicat; nam ſacramentorum neceſſariam materiam conſecrare, grauis res eſt. Vide Sot.4. diſtinctione 24. quæſtione ſecunda art. primo, diſtinctione 25. quæſtione prima art.4.

Vel aliquid aliud tamquam miniſter. Diaconum, & Subdiaconum ſuis muneribus fungentes, tamquam miniſtros, mortifere peccare, docent Caiet.2 2 quæſtione 60.ar.2. Tolet.libro primo.cap.85. aliàs 87 non videtur diſſentire. S.Thom. 4.diſtinctione 24.quæſtione prima, art.3. quæſtione quinta, contradicunt Soto, & Valentia: Vtraque ſententia probabilis videtur Suarez tom. 1. diſtinctione 16. Sà Vide Ordo numero 31. Nauarrum ſequitur. Vide cap. quæſitum de temp. ordin. V. inferius ad nu.141

Concionantem in mortali lethaliter delinquere, docuit Caiet.3 p. quæſtione 64.art.ſexto, Tolet. loco citato, idem dicit de publico peccatore: at alij hoc negant probabilius. Sot.4.diſtinctione prima, quæſtione quinta, art.ſexto, Io.Med. tract.primo, quæſtione quinta, de pœnit. Greg. de Val. tomo quarto, diſtinctione nona, quæſt. prima, parte quarta, Suarez l.c. De hac re in noſtris ad Toletum Notis lib.1.c.85.vel 87. V.d.3.q.5 p.3.

76 *Contritus*. Qui poſt lethale peccatũ, Confeſſarij copia deſtitutus, Miſſam, neceſſitate poſtulante, celebrauit contritus, ſtatim confiteri, debet.ex Concil. Trident.

78 *Miſſam publici concubinarij*. Suarez tom.tertio, diſtinctione 88.ſect.6. in fine publici cõcubinarij Miſſam audiri, poſſe, ait;

Digitized by Google

zit; ſi nondum denunciatus ſit excommunicatus.

81 *Extra locum*. In neceſſitate ſine epiſcopi etiam licentia (vt ſi ſacra ædes populum incipere nequeat) Miſſa extra templum celebrari, poſſe à Sacerdote nõnulli probabiliter, opinantur, neq; eſſe mortale ſi id extra neceſſitatem, ſine contemptu, aut ſcandalo, fiat, V. Sà V. Miſſa nu. 20 Suarez diſtinctione 81. ſect. tertia, loco cit.

83 *Ante recitatas horas matutinas*. Sot. lib. 10. q. 5. art. 4. de Iuſt. & in 4. d. 13. q. 2. 2. mortale non eſſe, docet, ſacrum facere ante matutinas horas recitatas: quamuis grauis id faciendi cauſa non extet. Idem ſenſere Syl. Miſſa. 1. q. 6. Suarez d. 82. ſec. 1. l. c. Aragon 2. 2. q. 83. ar. 12. Carbo de legibus lib. 9. d. 5. Sà Vide Miſſa num. 22. Toletus lib. 2. c. 1. fauet Comitolus lib. 1. q. 50. Reſp. Mor. Hæc ſententia valde probabilis eſt. Si veſperas ante alias horas recites, mortiferè non peccas (& tamen hora cum hora, ordine, connexa eſt, & quotidie Sacerdos horas omnes recitare debet ſub mortali) & lethale crimen patrabis, ſi antequam matutinarum horarum penſum perſoluas, ſacrum facias, cum quotidie id facere non tenearis, & Miſſa cum horis, ordine, coniuncta non ſit.

Nauarri ſententiam magis communẽ quidam vocant eam ſequuntur Ant. Pal. Iud. Gab. Hoſt. Ang. Tab. Fum. Graffiis libro 2. c. 40. Decit. Aur. Stephanus Dur. lib. 3. c. 24. de ritibus Eccl. Azorius t. 1. libr. 10. c. 28. q. 17. probabiliorem appellat (quod ego ſatis intelligere, nequeo) & tutiorem, Francolinus, de temp. hor. pro Nauarro Sotum retundit: quam valide, alij videant.

Morbo impeditus, ne horas recitare poſſit, ſi ſacrum facere queat, & faciat, nõ peccabit Tol. lib. 2. c. 14. Azorius q. 18. Sà loc. c.

85 *Et lumine*. Mortale crimen eſſe, celebrare ſine lumine, communis ſententia docet; eam ſequitur Comitolus libro 1. q. 40.

Dum Sacerdotes Dominicæ paſſionis Hiſtoriam, maioris hebdomadæ diebus legunt, lumina extinguẽda non ſunt. Vide Comitolum l. c.

Noctu ante lucem. V. Vict. in ſumma numero 97. Sot. 4. diſtinctione 13. quæſtione prima art. 3. in fine, Suarez d. 80. ſect. 4. col. 3.

Sà num. 27. l. c. ante auroram notabiliter celebrare, non licere, ait Suarez hora, et dimidia ante ſolis ortum ſacrum fieri, poſſe, aſſerit. Azor. c. 25. q. 2. l. c. tertia horæ parte ante auroram, ſine cauſa, celebrantem mortifero crimine pollui, ſcribit.

Epiſcopus, iuſtis de cauſis, permittere poteſt, vt Miſſa ante auroram, & poſt meridiem perficiatur: vt Suarez opinio eſt loco citato, quamuis communis ſententia, multis in locis recepta velit, vt in meridie plus, minuſue abſoluatur.

Tres Miſſas, quę Dominici Natalis die celebrantur, noctu celebrari, poſſe cenſuit Suarez l. c. etiamſi Nauar. conſ. 1. de celeb. Miſſ. reclamet.

Qui Miſſam noctis Natalis Chriſti ſolam audit, præcepto de Miſſa audienda ſatisfacit.

87 *Qui plures, quam ſemel* Vide Azor. cap. 24. q. 6. Suarez ſect. 3. Sà num. 24. l. c. Narrat Azor. nouies eodem die à Leone Pontifice ſacrum factum.

88. *Feria Sexta*. Feria ſexta maioris hebdomadæ ſacrum facere, licere, quidam putarunt; contrarium verius. Quilibet tamen, eo die, Euchariſtiam ſumere poteſt. Suarez ſect. 2. lo. c. contra Francolinum.

Sabbatho. In Sabbatho Sancto celebrãtem priuatim mortiferè peccare, quidã putant; (Vide Francol. c. 30. loco cit.) ſed id, iuſta de cauſa, licere (ſi ſcandalum nõ intercedat) docet Suarez, probabilius, l. c. in fine; conſentit Sot. q. ar. 2. l. c. & Azor. q. 9. ſi à Superiore facultatem petas.

In die Iouis Sancto. Cum Nauarro conſentiunt Sot. ar. 2. Suarez loco citato, ſi ſine ſcandalo, & ſecreto id fiat: non repugnat Sà num. 23. loco citato, at repugnat Francolinus, ob contrariam conſuetudinem, cui fauet Azor. q. 5. l. c. At prior ſententia arridet magis.

91 *Aliquam pecuniam* Vide notata inferius poſt num 92. V. *Siquis tibi*.

92 *Vna Miſſa pro multis dicta*. Miſſam pro pluribus celebratam, ſingulis tantum prodeſſe ex opere operato quantum prodeſſet, ſi pro vno tantum celebraretur, Caietani ſententia fuit, (in 3. p. q. 75. ar. 5. & Quodl. 1. q. 18.) Pet. Nauar. libro cap.

ſecundo

Digitized by Google

ſecundo de reſtitut. à num. 243. cum Caiet. & alijs quibuſdam, Cano præcipue libro decimoſecundo cap. decimotertio de loc. Theol ad X. de meritorio, & ſatisfactorio Miſſæ fructu, ex opere operato, idem tradit. Communis vero ſententia eſt, quæ Nauarro placet, Scoto etiam Quodl. 20. Soto libro nono, quæſt. 3. ar. 1. de Iuſt. Suarez tom. 3. diſtinct. 79. ſect. 12 Sà num. 43. loco citato, multiſque alijſ. Cardinalis Bellarminus libro ſecundo, cap. 4 de Miſſa. Diuini ſacrificij valorem finitum nobis eſſe, oſtendit; nec diſſentit Azor. tom. 1. lib. 9 cap. 21.

Vide Not. Noſtras ad lib. 2. c. 8. Inſtr. Tol.

De hac re (præter recenſitos) Sot. 4. d. 13. q. 2. ar. 1. Corduba, Pet. Arragon 2. 2. q. 85. ar 3. Greg de Val. lib. 1. c. 5. 6. de Sacrif. Miſſæ, Corona Confeſſ. p. 4. c 5. Comitolus, poſt alios, diligentiſſime libro 1. q. 42. loco citato, multique alij ab eo relati.

Sà, num. 44. Sacerdotem, qui tibi vnã, Franciſco alteram Miſſam debet, vtrique vna non ſatisfacere, ſcribit.

Pro vna Miſſa dua Pithantia. Duas pithantias, pro vnica Miſſa, accipi poſſe, affirmat Sot. lib. 9. de iuſt. loco citato, negat Corduba libro primo, quæſt. quarta, Q. Theol. Dub. 2. cum Nauarro. Petrus Arragon duas pithantias, cõgruæ ſuſtentationi à Sacerdote, etiam diuite, accipi, poſſe, ait, non abnuit Pet. Nauar. numero 234. loco citato, Videri poſſunt Pet. à Soto lect. nona, de Euch. Pet. Arragon. Corduba loco citato. Rodriquez p. 1 ca. 250. Summæ, ſed præcipue Suarez diſtin. 86. ſect. 2. vbi de miſſæ ſtipendio diligentiſſime diſſerit.

l. c. neceſſarias.

Si quis tibi, pro Miſſis à te celebrandis, certam det pecuniæ ſummam, minori pretio, poſſe te, adhibere adiutores, & quod ſupereſt, retinere, non tamen ſi data ſit pecunia, vt Miſſas per alios celebrãdas, cures, docet Sa num. 45. loc. c. non diſcrepant Sot. loco à Nauar. ſuperius citato, & Suarez ſect. 3. in fine.

nu. 91. l. c.

97 *Monacha.* Moniales, ex conſuetudine ad horarum recitationem tenentur. Caiet. in Summa, Toletus libro ſecundo cap. 12 Vide Azor. tom. 1. libro 10 cap. 6. Sot. libro 10. quæſtione 5. art. tertio. Quidam eas liberant hac obligatione, quam ſententiam recepta conſuetudo damnat

Viros religioſos, ex profeſſione trium votorum, ad horas non teneri, quidam aiunt; niſi eos obliget regula, vel conſuetudo.

Veſperi præcedente. Ab occaſu diei, vt Toletus indicat libro ſecundo, cap. 13. at vſu receptum eſt, vt ante occidentem ſolem præcedentis, matutinæ ſequentis diei horæ recitari poſſint. Quidam dualus, tribuſue poſt meridiem horis (recitatis illius diei horis) recitari eas, poſſe, opinati ſunt. Aeſtate poſt vigeſimam ſecundam diei, horam, hyeme poſt ſolis occaſum, duas, aut plures horas, hoc quidã faciunt: quod non diſplicet: De hac re in Notis ad cap. 13. libro ſecundo Inſtruct. Tolet.

Sà, Vide Hora num. 17. ſtatim poſt cõpletorium præſentis diei matutinas ſequentis horas, ex cauſa, recitari, poſſe, docet: quod non improbo.

99 *Cauſa excuſantes.* Sà numero primo, Toletus cap. 14. l. c.

101 *Defectus Breuiarÿ.* Toletus loco citato.

103 *Beneficÿ.* Tenue beneficium excuſare, negat Toletus; affirmat Soto. Legitime autem excuſatus, loco officij, ad aliud non obligatur.

107 *Attentio.* De attentione in horis canonicis recitandis diligenter Comitolus libro primo, quæſtione 63. Reſp. Mor.

Recitantem officium, priuatim, quacumque lingua, recitare, poſſe, quidam aiunt, vulgari id facientem non probat Sà numero 10 loco citato. Vide Nauar libro tertio, conſ. 17. de celebrat. Miſſæ, cap. 13. de orat. num 7. Comitolum libro primo, quæſtione 50. loco citato.

109 *Qui cohabitat.* Clericum cum ſuſpecta fęmina habitantem lethalem culpam contrahere, aſſeruit petrus Sot. vir eruditiſſimus, quem ſequutus eſt Sà Vide Clericus num. 27.

110 *Clericus ſacri ordinis.* De habitu, & tonſura Clericornm beneficium, aut penſionem 60 aureos nummos de camera ſuperantem poſſidentium, videnda eſt Bulla Sixti V. *Cum ſacroſanctam.* anni 1588: Si tonſuram, & talarem habitum non deferant, officijs, & beneficijs, ipſo facto, priuati ſunt. Idem aſſeras de militibus, ſi militarem habitum non geſtent, vt conſtat ex conſtitutione eadem.

Digitized by Google

211 *Obligatus ad dicēdū*. V. ſupra ad n 92

Miſſa eſt alteo. De Miſſa Theologi in 4 Syl & alij Vid. Euchariſtia, Pet. à Sot. de Inſtit. ſac. Greg. de Val. l. c. & tom. 4. in D. Thom. Suarez tom. 3. in 3 p. à d. 73. diligentiſſime, Azor. tom. 1. lib. 10. à c. 18. Toletus lib. 2.

Antiſtite ſuo. Epiſcopo loci, in quo celebrans domicilium habet. Sa num. 41. Regis nomine, intellige vxorem, filios, aliosque ad eum ſpectantes. Id ibidem.

De clerico ſæculari, qui, ficto patrimonio, ſacros ordines ſuſcepit, V. Sanchez de matrimonio libro ſexto, d. 32. in fine, Nauar. inferius c. 27 num. 158. Martinum Furnarium c. 8. de Ordinis ſacramento num. 9.

De peccatis Clericorum, quò ad beneficia.

117 **I***llegitimus*. Nec legitimus filius beneficium, quod pater habuit, habere poteſt, c. cōſtitutus de fil. presbyt.

118 *Non deſerunt* Videnda conſtitutio Sixti V. de qua ſuperius ad num. 116.

Ratione ſtudij. Parochis huiuſmodi licentia modo non conceditur, ex Congregat. Conc. Sà Vide Reſidentia num. 8.

V. citatos à Couar. lib. 3. uar. c. 13. 121 *Sed etiam Parochos iure diuino.* Ambroſius Catherinus, & alij quidam, reſidentiam epiſcoporum, & Parochorum, Eccleſiaſtico iure, præceptam eſſe, dicūt: quæ ſententia nec damnata eſt, nec improbabilis, contraria tamen (quam excipit, ſed non definit, Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. de reformat.) probabiliorum, & verior eſt eam, cum Nauar. ſequuntur Sot. libro 10. q. 3. Io. Driedo. Miranda, Turrianus, Couar. Rodriquez in Summa p 2. cap. 35 Per. Arrag. 2. 2. q 63. ar. 2. cum D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5. Greg. de Val. t. 3. d. 10 q. 3. p. 5 Leon. Leſſius lib. 2. de Iuſt. cap. 34. d. 19. Sà Vide Reſidentia num. 1.

De hac re in Notis ad Inſtruct. Tol. libro 5. cap. 4. & ad cap. 1. lib de offic. Cur.

Epiſcopum creatum Cardinalem à nō reſidendo Cardinalatu non excuſari, docet Sot. l. c. ar. 4 Toletus lib. 5. c. 4. & alij.

De cauſis excuſantibus à reſidentia D. Thom. & Interpretes l. c Sot. Sà nu. 8. l. c. Syl. V. Reſidentia q 6. Toletus lib. 5. c. 4

Parochus, ob graues in ſua parochiali Eccleſia inimicitias, per annum, de Epiſcopi ſui licentia, abeſſe, poteſt ſic Sacra Congreg. Conc. Trid. vt teſtatur Comitolus lib. 1. q 60. Reſp. Mor.

In Eccleſijs collegiatis non inſignibus immemorabilis conſuetudo à non reſidendo excuſat: Exiguique redditus, qui ad alendos Canonicos non ſufficiunt, ex ſacra Congreg. Sà l c. num 12. Vide Comitolum l. c.

131 *Petenti Sacramenta.* Etiam extra tēpus præcepti obligantis, aiunt nonnulli, cum Nauarro. Vide Sot. 4. d. 18. q 4 ar. 2. Greg. de Val. tom. 4. d 7. q. 10. p 3. Carbonem de præceptis Eccleſ. cap. 11. de Confeſſ. Vinal. in Candel. n. 22. de Confeſſ. Sà Vide Parochus num. 4. Suarez tom. 4. d. 32. ſect. 14. Toletum lib. 5. cap. 5.

Quidam tamen negant, obligari Parochum (extra tempus præcepti obligātis) ad ſacramenta ſubditis tradenda. Syl Cōfeſſ. 1. q. 18 Rich. 4. d. 18. 10 Med. q 37. de Confeſſ. De hac re in Notis ad Toletum lib. 5. cap. 5.

Quidam dicunt, extra tempus præcepti, debere Parochum ſub mortali ſubdito petenti Euchariſtiam miniſtrare, cum nullum alium ſubditus habet, a quo eam accipere poſſit: non autem, cum habet.

133 *Quamuis peſtilentia laboret.* V. Suarez tom 4 d. 44 ſect. 3. num. 13. Non placet ſententia Rodriquez. 1. p. c. 77. dicentis: non obligari Parochum ad tradendū Euchariſtiam ſubdito peſte affecto, cum periculo vitę. Hoc notauimus ad num. 34 cap. 8. de officio Curati. Quid dicendum, ſi peſte laboranti extrema Vnctio præbenda ſit? Vide noſtrorum libellum de Vnctione extrema.

Prælatum, & Principem obligari, ex charitate, & iuſtitia, ad populum non deſerendum, ſæuiente peſte, tradit Sot. lib. 5. q. 1. art. 8. de Iuſt.

134 *Quot autem teneatur dicere Parochus.* Cum populus tenetur audire ſacrū, Parochus tenetur facere, niſi alium ſubſtituat. Vide Azor. tom. 1. lib. 10 c 24. q. 2. Toletum lib. 2. c. 3. At Sot. lib. 10. q. 1. a. 3. l. c. docet, debere Parochum feſtis, certę, diebus celebrare, profeſtis autem quotidie, aut aliquando ſtipendij, decimarum ue ratione habita.

135 *Profiteri fidem.* Conc. Trid ſeſſ. 25. c. 12 de reformat. Extat ē cōſtitutio Pij 4. Qui non ediderit fidei profeſſionem, intra duos mēſes, à die captæ poſſeſſionis, fructus

fructus ſuos non facit: & adhuc eã tenetur facere. Nauar. cõſil. 4. de Sũma Trinit.

Qui ſemel, ratione vnius beneficij curati fidem profeſſus eſt, ſi eo relicto, aliud beneficium, cui adiuncta ſit animarum cura obtineat iterum eam debet profiteri. Concilium .n. nulla vtitur exceptione.

140 *Contra votũ paupertatis.* Videri poſſunt Azor. t. 1. lib. 12. Val. t. 3. Nauar. de Regularibus opuſcula Dionyſ. Cartuſiani, ſpeculũ Religioſorũ Petri Barci. De votis monaſticis ſcripſit Turrianus. de voto paupertatis Archirota Ambroſius Beltramus, & alij.

De peccatis Prædicatorum.

141 QVi aduertit, ſe eſſe in peccato mortali. Sot. 4. d. 24. q. 1. ar. 4. Diaconum, & ſubdiaconum ſolemniter, in mortali, ſuo munere fungentes à mortali excuſat quem nonnulli ſequũtur; quamuis alii cõtradicant. Concionantẽ in mortali quia concionẽ habere nõ eſt ſacri ordinis actus quãuis non niſi ſacris initiati concionari ſoleant) mortiferè nõ peccare, ſuperius ſcripſi, ad nu. 72. huius capitis; quam ſententiã Io. Med. tt. 1. q. 5. de pœn. Sot. 4. d. 1. q. 5. ar. 6. Val. t. 4. diſt. 3. q. 5. p. 3. Suarez t. 1. in 3. p. d. 16. ſect. 3. Secuti sũt. Adderem modo, niſi concionator concione, tamquam declamatione, abutatur, aut niſi concionem cum graui ſcandalo habeat. V. Sá Prædicare n. 2.

V. Notas in lib. 1. c. 85. aut 87 Inſtr. Tol. ad c. 3. de Offic. Cur. n. 14. Et ſuperiꝰ ad n. 72.

Interdicto Eccleſiaſtico concionandi munus non eſt vetitum. c. Reſponſo de ſent. excom. Nauar. c. 28. n. 176. neque ſuſpenſione à Diuinis: quare facile intelligis, ordinis actum non eſſe habere concionem.

Quod dixerat in ſumma. Alii putant, Caietanum correxiſſe, quod in 2. 2. ſcripſerat.

Vel peccuniam. Si vltimus concionatores finis gloria, aut pecunia eſſet, mortiferè is peccaret.

143 *Contradicente Epiſcopo:* Pius V. mendicantes conciones in ſuis templis habentes excepit: niſi Epiſcopus ipſe cõcionari vellet. V. Sá l. c. n. 15.

Mendicantes graduati in Tgeologia, aut Lectores Epiſcopi non egent examine Sá n. 7. l. c. ex Pio V.

ANDREAE VICTORELLI
Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumſextum.

Man. D. Martini ab Azpilcueta Nauarri.

Notæ, & Appendices.

Confeſſarius erga Confeſſum, vt ſe geret.

5 AD *aliquam reſtitutionem.* Qui contra Clementis 8. conſtitutionem, de munerũ largitione, munera à Religioſis votorum profeſſione deuinctis accepit, (in iis locis, in quibus ea conſtitutio recepta, & in vſu eſt) abſolui nõ poteſt, niſi prius, actu reſtituat, ſic ſtatuit Clemens.

6 *Habentem peccatum reſeruatum.* De hac re Suarez t. 4. Ioannes Chapeauile li. de caſibus reſeru. & nos in tractatu de eadem re (qui tamen nondum editus eſt.) Sá V. Abſolutio n. 24.

De abſolutione à caſibus reſeruatis ſcite Comitolus lib. 1. q. 29. Reſp. mor. V. et ſi libet, Sot. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. Io. Med. q. 12 de Confeſſ. Greg. de Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1

12 *Ferre ſub conditione;* Confeſſor dubius, an abſoluerit, poteſt abſoluere, ſub conditione, *ſi non abſolui.* V. etiam Sá V. Abſolutio n. 10.

Valde notandum; quod qui: V. Syl. Confeſſio 1. q. 19. Couar. in c. Alma. 1. p. §. 11. n. 12. Suarez t. 4. d. 31. Sect. 14. Gabriel. 4. d. 17. q. 1. ar. 3. dub. 2. Comittolũ q. 30. l. c. Qui reſeruata crimina Confeſſario ſacro ritu, patefecit, animoque abſolutionis incapaci, ab iis Iubilæi, tempore, fuit abſolutus à Cõfeſſario expoſito, facultate tñ abſoluẽdi à reſeruatis carẽte, abſolui põt; quia reſeruatio priori abſolutione ſublata fuit D. Anton. 3. p. t. 14. c. 19. §. 17. Syl. Cõfeſſor. 1. n. 21. Caiet. V. Caſus. Fumus eod. n. 4. Comitolus l. c. Sa V. Caſus n. 7.

14 *Poſſe abſolui in abſentia.* Abſentẽ donari, non poſſe, abſolutione ſacrali, Clem. 8. declarauit. De hac re ad lib. 21. n. 36.

Digitized by Google

20 *Diminuit*. Sanctus, prudenſque vir Franciſcus Xauerius hominem multis, genuibusq ue ſceleribus contaminatum, cuius confeſſionem exceperat, *Pater & Aue* ſemel recitare, iuſſit. nec ſine fructu. ille enim peccator, qui graui, fortaſſe, ſatisfatione deterritus, corruptæ vitæ viam non deſeruiſſet, ſpiritalis medici prudentia, & ſuauitate delinitus, è mortiferis morbos conualuit.

Turſelli. nus in vita Xauerij lib. 6.

Sufficit pænitentis. Salutarem aliquam ſatisfactionem à Confeſſario iniunctam, debere pœnitentem acceptare, pro certo habeo: nam Concilium Trid. cum præcipit Confeſſarijs, vt ſalutaris pœnitentias imponant, præcipit etiam pœnitentibus vt acceptent. correlatiua ſunt confeſſor, & pœnitens: quare ſi Confeſſor debet iniungere, ergo & pœnitens acceptare. V. ſuperius ad num. 43. cap. 21.

26 *Licet non de hæretico*. V. notata ad n. 171. cap. 27. vbi contrariæ ſententiæ auctores recenſui nus, & ſecuti ſumus.

Iterum confiteri. Abſolutus in articulo mortis ab excommunicatione, ſi conualeſcat, eum ſuperiorem adire debet, à quo, extra articulum, abſolui poterat, ne in eandem cadat cenſuram. At non tenetur iterum confiteri. V. Syl. Cõfeſſio. 1. q 19. Palud. 4. d. 17. q. 3. a. 1. Corduba q. 18. a. 2. Barth. Med. lib. 2. ſummæ c. vlt. reg. 2. Angles in 4. ar. 4. de Confeſſ. diffic. 5. ſi pareat excõmunicatori, ſi ſatisfaciat. ſi cũ parte concordet, non reincidit, quamuis nõ adeat. V. Nauarrum hinc.

Si adſit expoſitus confeſſarius, aut haberi facile poſſit, ſine damno pœnitentis iam morientis, ſimplex ſacerdos iam nequit abſoluere. V. Suarez t. 4. d. 26 ſect. n. 4. ſed ſi ſuperueniat approbatus, confeſſarius, poſtquã is cæpit audire ægroti animam agentis confeſſionem poterit eam perficere, quod tamen nonnulli, negant, tutiori ſententia.

Pro reſeruatis ſummo Pontifici, aut Epiſcopo, ad Epiſcopum, licentiam abſoluendi petiturus, debet confugere confeſſarius, qui hominis cum morte luctantis confeſſionem excepit; ſi id fieri poſſit, ſine periculo pœnitentis: nam facultas à Concilio conceſſa cenſetur, pro tempore, quo ſuperiorem adeundi locus non relinquitur.

V. c. 27. n. 48. 79. 260.

Fideles captiuos apud infideles, ſi de libertate conſequenda deſperent, nec putent, ſe, in articulo mortis, alioue, tempore, confeſſoris copiam habituros, à ſimplici ſacerdote, (ſi approbatũ habere non poſſint à quibuſcumque peccatis, & cenſuris abſolui, poſſe, opinor: neque enim fas eſt, credere, piam matrem Eccleſiam velle, eos ſalutis, remedio carere.

ANDREAE VICTORELLI Baſs. Doct. Theol.

AD CAPVT Vigeſimumſeptimum.

Man. Doct. Martini ab Azpilcueta. Nauar.

Notæ, & Appendices.

De cenſuris Eccleſiaſticis Summiſtæ, ſcholaſtici, Tol. lib. 1. Viualdus in candelabro, Graſſius in Deciſ. Couar. Integra volumina edidere de iiſdem F. Felicianus ſcalenſis Epiſcopus, Gregorius ſayrus Benedictinus, Bartholomeus Vgolinus, Franciſcus Suarez, & Stephanus de Auila ſoc Ieſu.

1 *Cenſura*. Cenſura Cenſoris dignitatẽ indicat. Cenſoris munus fuit, ciuium mores inueſtigare, indignoq; ab honoribus reijcere: quare, cenſuræ nomine, ſeuera correctio, ſeu mulcta intelligitur. Hanc vocem eccleſiaſtici ſcriptores, per tranſlationem quandam, ad Eccleſiaſticã pœnam, quæ aliquam Eccleſiaſticæ iuriſdictionis ſeueritatem complectitur, indicandam vſurparunt.

Definire poteſt. Cẽſuram deſcribit Suarez, in hunc modum.

Cenſura eſt pœna Spiritualis, & medicinalis, priuans vſu aliquorum bonorum ſpiritualium, per Eccleſiaſticam poteſtatem impoſita, vt per eandem, ordinarie, abſolui poſſit. t. 5. d. ſec. 1

Fidei dogma eſt, Chriſtum Dominum iuriſdictionis poteſtatem, in exteriori foro, Eccleſiæ ſuæ cõceſſiſſe. Colligitur hæc poteſtas ex cap. 16. Matth. *Quodcumque ligaueris &c.* ex cap. 18. *Quodcumque ligaueritis &c. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquam ethnicus, & publicanus.* Vſurpauit.

Digitized by Google

paiuit hanc poteſtatẽ D. Paulus 1. Cor. 5. *Ego autem abſens corpore, præſens autem ſpũ ſu, iam iudicaui, vt præſens eum, qui ſic operatus eſt* & 1. Tim. 1. Hymenæum, & Alexandrum Satanæ tradidit. De tempore, quo Chriſtus hanc externi, ſeu contentiori, ſui iuriſdictionem tradiderit, non idem dicunt, Doctores. Quidam id accidiſſe, aiunt, cum Matth 18. dixit. *Quodcũque alligaueritis ſuper terram &c* Quidã autem dicunt, promiſſam quidem, Matth. 18. hanc iuriſdictionem, (duplici inſtructam vi, directiua, ad leges condendas, quæ animas obliget, & coactiua, ſeu coarciua, quæ pœnis, cenſuriſque vtatur) ſed datam petro Io. 21. ijs verbis. *Paſce oues meas*. Paſtores enim non ſolum paſcunt, ſed regunt etiam, & coercent oues.

V. Bellar. lib. 1. c. 15 de Rom. Pontif.

Apoſtolos hanc eamdem poteſtatem, immediate, à Chriſto accepiſſe, (ſpectat enim ea ad intrinſecam Apoſtolici muneris rationem) communis eſt ſcholaſticorum opinio, probata Victoriæ relect. 2 de poſt. Eccl. & Suarez ſect. 2 l. c. à qua tamen Card. de Turrecrem, cap. 77. lib. 2. Sum. Eccl. diſceſſit, cum docuit, Petro Chriſtum immediate, Apoſtolis alijs, per Petrum, mediate, eam tradidiſſe. Apoſtolis Chriſtus hanc facultatem dedit, cum, Io. 20 ea protulit verba *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*. Dices. Aberat Thomas. non nego; at hanc illi abſenti, per poteſtatem excellentiæ, tradidit Dei filius; deinde inuiſibiliter Matthiæ, & Paulo, ad Apoſtolatus dignitatem euectis. Conſentit Suarez l. c.

V. Conc. Trid. ſeſ. 14. cap. 1.

Poſſe Eccleſiam, inſtituere, ferreque Cenſuras. de fide eſſe, ex allatis ſacrarum literarum teſtimonijs colligimus, oſtenditque Suarez l. c. num. 14. Priuato bono ſed publico magis, inſtitutis cenſuris Eccleſia conſuluit. Animarum morbis cenſuras mederi, diſces ex verbis Pauli 2. Cor. 5. *Tradidi eũ Satanæ; vt ſpiritus eius ſaluus fieret* . V. c. 1 de ſent. excom. lib. 6.

Triplicem eſſe cenſuram. Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 1. alias duas cenſuras enumerat, ceſſationem à Diuinis, eamquem irregularitatem, quæ, cum peccato, contrahitur. ſed fallitur Sot. & qui eum ſequuti ſunt, repugnant enim vero Innocentij III reſpõſio, c. Quærenti de verborum ſignificat, tres cenſuras, excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictumque recenſenti. Ceſſatio à diuinis vel cenſura non eſt, vel eam complectitur Interdictum. Irregularitas ex delicto non eſt cenſura; ſed impedimentum, aut prohibitio vſus officij, vel facultatis Eccleſiaſticę, vel inhabilitas ad ordines ſuſcipiendos, ad exercitiumue ſuſceptorum.

Cum, per bullam Cruciatæ, aut Iubilæi, confeſſarijs conceditur facultas abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris, poſſe homines ab irregularitate & delicto, (quam Sot. & nonnulli alij cenſuram vocant) abſolui, docuerunt Sot. lo. c. Bannes, Salon, Arragon 2. 2. q. 64. art. 8. Barth. Med. lib. 1. Inſtruct. c. 11. §. 9. & in 1. 2. q. 96. ar. 4. Ludou. Carbo lib. 8. de legibus d. 5. Verum falſa eſt hæc opinio, & à ſtylo curiæ reiecta. Clauſula Bullæ de ſolis cenſuris, proprie dictis, (excommunicatione, ſuſpenſione, Interdicto) intelligenda eſt; errantque ſacerdos, ſi ab irregularitate, quam, non abſolutio, ſed diſpenſatio, aufert, abſoluere vellet Poſteriorem hanc, veramque ſententiam tuẽtur Nauar. c. 27. num. 194. 254. Couar. in c. Alma p. 1. §. 1. num. 6. Suarez ſect. 3. l. c. Vgolinus de Cenſu. tab. 1. cap. 26. Toletus lib. 1. c. 83. vel 85. Sá V. Irregularitas num. 3. Sayrus de cenſuris lib. 1. c. 1. lib. 7. c. 14. alij ab eo relati. De qua re in Notis ad Toletum lib. 1. c. 51. & inferius ad nu. 254.

Quando Pontifices facultatem diſpenſandi in irregularitatibus tribuunt, peculiaribus verbis, genericis additis, eam exprimunt. Sic Clemens 8. in Bulla Iubilæi anni 1593.

Excommunicatio autem. Excommunicationis mucro vſurpandus non eſt; quãdo peccata, alia ratione, corrigi poſſunt. Conc. Meld. c. nemo epiſcoporum 11. q. 3. V. Suarez d. 4. ſect. 4. l. c.

Excommunicatio eſt cẽſura, qua quis ab Eccleſiaſtica fidelium communione ſeparatur. Sic etiam ſuarez d. 8. ſect. prima.

Minor, & maior. Vide Suarez d. 8. ſect. 2. 3.

3 *Iniuſta*. Vide Suarez diſtinct. quarta, ſect. 7.

5 *Quis poſſit excommunicare*. Vide Suarez. diſtinctione ſect. 2. diſtinctione 18. ſect. 1.

Aut Parochi Vide Suarez d. 18 l. c.

Digitized by Google

6 *Irregularis, cum quo ſolus Papa.* In irregularitatibus ex delicto occulto, (excepta illa, quæ manat ex homicidio voluntario) epiſcopi diſpenſare poſſunt. ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.

9 *De cauſa.* Vide Suarez de cenſuris in communi diſtinctione 4. & d. 18. ſectione 3.

Niſi ob contumaciam. Omnium, fere, Doctorum regula eſt, (hanc habes apud Suarez ſect 3. citata) maiorem excommunicationem neque debere, neque poſſe, ferri, niſi ob lethale peccatum, cum Eccleſię inobedientia, contumaciaque, patratum. Quare ſummus Pontifex, ob ſolum veniale ſcelus, maioris excommunicationis gladio hominem, directe, ferire, non poteſt. Vide Suarez l. c.

Qui, in violatione alicuius legis, aut præcepti, mortiferè non peccauit, excommunicatione non eſt affectus, quamuis lex illa, aut præceptum, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam infligat.

Quando lex, aut præceptum præcipit, vel vetat aliquid, ſub pœna excommunicationis latæ, aut ferendæ ſententiæ, obligat ad mortale.

12 *Nulla certa verba.* De forma excommunicationis Suarez ſect. 4. l. c.

13 *Quis poſſit excommunicari.* Suarez ſect. d. 5. & ſect. 2. d. 18.

Vniuerſitas Couar. lib. 2. var. c. 8. nu. 9. fuſe, Suarez l. c. Nam bona, quibus homines, per excommunicationem, priuantur, perſonalia ſunt, ſi excommunicatio feratur in peccantes in Vniuerſitate, illa tunc non in vniuerſitatem, ſed in peculiares perſonas dirigitur.

Locuſta. Suarez.

16 *Quod ignorantia.* De cenſurarum ignorantia fuſe, & recte Suarez d. 4. ſectionibus 8. 9. 10 11.

Inculpabilis pręcepti, quo cenſura fertur, ignorantia etiam concomitans à cenſura excuſat, quia excuſat etiam à culpa, Hoc de concomitante ignorantia, neget Couar. in c. Alma p 1. §. 10. num. 15. Vgolinus tab. 1. c. 9. §. num. 8. de cenſu. Graſſius lib. 4 c. 9. Deciſ. Aur. quibus aduerſatur Suarez ſect. 8 l. c.

Naturali inconſideratione, & obliuione à culpa, ſaltem, mortali excuſante, effici, vt homo excommunicationem maiori non corripiatur, colligere potes.

Ignorantia inuincibilis facti, quæ actũ inuoluntarium efficit, à culpa, & ab excommunicatione excuſat Vide cap. ſi vero 2. de ſent. excom. Suarez num. 12. loco cit.

De ſe illicitum. Couar. in c. Alma parte 1. §. 10. num 8. ſententiam, aſſerentem, cenſura eum vinciri, qui Eccleſiaſticum præceptum inuincibiliter ignorans, naturale, aut Diuinum ius violat, tuetur: at vinciri, docent, communiter, Canoniſtæ, & Suarez num. 20 loco citato. Quare ſi percutiens clericum inuincibiliter ignoret, Eccleſiæ lege cautum eſſe, ne quis clericum cædat, excommunicatione non ligatur: nam præcipienti Eccleſiæ contumax non eſt.

Quid dices, ſi homo Eccleſiæ præceptum ſciat, ignoret autem inuincibiliter, præceptum illud excõmunicatione munitum eſſe. Tres extant ſententiæ. Prima, Canoniſtis communis, hac ignorantia hominem immunem reddi ab excommunicatione, affirmat. Couar. num. 9. loco citato, ſecundam ſequens, hoc negat.

Tertia diſtinguit. Si lex Eccleſiaſtica feratur à Papa, quatenus eſt vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, aut à Concilio generali, ignorantia inuincibilis cenſuræ non excuſat; verum ſi feratur ab alijs, aut à Papa, quatenus eſt Romanę Diœceſis epiſcopus, (non autem quatenus Paſtor vniuerſalis,) excuſat.

Suarez, cum Sylueſtro Soto, & Nauarro, primam, & merito, amplectitur: principium autem quoddam Nauarri, num. 274. huius capitis, pro Diuino iudicio, ſuſpectum habet.

Qui, affectata ignorantia iuris, ius ſub excommunicatione præcipiens, addita particula, *ſi præſumpſerit*, violat, excommunicationem incurrit: ſatis enim præſumere videtur, cum ignorantiam affectat.

Craſſa, & ſupina ignorantia laborans, quando aliquid ſimpliciter præcipitur, aut prohibetur (id eſt ſine vlla ex ijs particulis, *temere, ſcienter, conſulto præſumpſerit, contempſerit, temerarius violator* fuerit) excommunicationem non excuſat. Vide cap. ſecundo de conſtitut. lib. 6. Suarez ſect. 10. num. 4.

Ignorantia iuris, aut facti vincibilis, (non tamen affectata, craſſa, aut ſupina) quæ

quæ, ob humanum communem quamdam negligentiam culpa non vacat, non excuſat ab excommunicatione, niſi à lethale ſcelere excuſet. Hæc probat Suarez l.c.à num. 10.

Excommunicationem in abſentem, & ignorantem (qui tamen antea ſatis admonitus fuit contumax) ferri, poſſe, communis Doctorum ſententia eſt. Vide Vgolinum c 9.§.8.l.c. Couar.num.7. §.10. p.1. in c. Alma; ſed vide notata à Suarez ſatis fuſe ſect.11.l.c.

17 *Quid operatur.* Multi ſunt inadæquati maioris excommunicationis effectus: adæquatus vnus, totalis videlicet, totius Eccleſiaſticę communicationis priuatio. De effectibus maioris excommunicationis Toletus lib.1.c.13. Suarez copioſiſſimè à d. 9. vſq.ad 17.

Primus effectus eſt priuatio communium ſuffragiorum Eccleſiæ. Secundus paſſiuæ ſacramentorum communionis. Tertius, actiuæ. Quartus Diuinorum officiorum, rerumque ſacrarum. Quintus inhabilitas ad beneficia Eccleſiaſtica, aut ad eorum fructus. Sextus Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis. Septimus ciuilis communicationis. Octauus forenſis priuatio, & hic ſunt propinqui effectus.

Remotæ effectus ſunt irregularitas, quam contrahit clericus excommunicatus, dum actum alicuius ordinis exercet. ſuſpicio de hæreſi aliquando: nam, ſi excommunicatus in excommunicatione per annum perſeueret, de hæreſi ſuſpectus eſt. Vide Conc. Trid. ſeſſ.25.ca.3. de reformat. Direct. Inquiſit. 2. p.q.47. Couar.§.7 num. 10.l.c. Simancam de Cath. Inſtit.c.27.Vgol.ca.14.§.3. Suarez d.17. ſect. 1.

Præterea, cum triplex ſit excommunicati cum alijs communicatio, in Diuinis, in humanis, in crimine criminoſo, participantes in Diuinis, mortiferè peccant, & minori ligantur excommunicatione, participantes in crimine, propter quod quis exccommunicatus eſt, in eandem maiorem excommunicationem incidũt. & Clerici admittentes excommunicatos ad Diuina; quæ exercent, aliquando irregularitas. aliquando ſuſpenſionis, aliquando maioris excommunicationis vinculo ligantur. Communicantes in humanis minorem incurrunt excommunicationem, venialique (lethali etiam interdum) ſe crimine obſtringunt. Quamobrem obligatio ad indicatas communicationes vitandas, in alijs fidelibus, eſt remotus maioris excommunicationis effectus. Vide Suarez diſtinctione 17. ſect.1. & 2.

18 *Suffragiis.* Ad tria genera reuocari poſſunt ſuffragia, ad ſacrificium Miſſæ, ad præces, ſacraſque actionis miniſtrorũ Eccleſiæ in ipſius Eccleſiæ perſona, ad Indulgentias.

Dices. Feria ſexta Paraſceues, Eccleſia publicas pro excommunicatis preces fundit. Vera loqueris. Eccleſiæ iure vetitum eſt; ne publicæ pro ijs oremus; at eadem Eccleſia eum diem, eumque orandi modum excipere, ſapientiſſime, voluit. Vide Suarez diſtinctione nona, ſectione prima.

Excommunicatos non denunciatos in communibus Eccleſiæ ſuffragijs vitandos eſſe, quidam negant. (Vide Nauar.c. 27.num.3.ad dub 2.) Suarez & alij, probabilius, affirmant. diſtinctione nona, ſectione 2.

18 *Excommunicato vere contrito.* Excommunicatum contritionis dono auctum communibus Eccleſia, ſuffragijs priuatum non eſſe, (ſi pro viribus abſolutionem quærat) docet hic Nauar., idem placet Couar. in c. Alma loco citato. §.6. numero quarto, concl. nona, at alij, ratione, fortaſſe, meliori (Sot.4. d.22.q.1. Adria de clauibus, quæſtione tertia, ad 1. Suarez ſect.3.l.c.) contrariam ſententiam ſecuti ſunt. Nam contrito excommunicationẽ non aufert: hac non ſublata, excommunicationis effectus perſeuerat. Pœna eſt excommunicatio, non culpa, externunque Eccleſiæ forum, & iuriſdictionem reſpicit. Eccleſiæ igitur iudicio opus eſt, vt ipſa, eiuſque effectus tollantur.

Si Sacerdos, cui non licet, pro excommunicato, ſacrum facere, id pro illo faciat proderitne illi ſacrificium, ſi iam contritionis beneficio, Dei gratiam adeptus ſit. Sacerdos Chriſti, Eccleſiæque perſonam gerit. ſi, quatenus Chriſti perſonã gerit, ex vi ſuæ ordinationis, pro excõmunicato celebret, ſatisfactionis fructũ ab eo ſacrificio manantẽ excõmunicatus percipiet: hũc enim ſacrificij effectum diuinitus vim habentem Eccleſia impedire non *V. Suarez d.9 ſect.4*

Digitized by Google

non poteſt; quia Ordinis poteſtatem nequit auferre. At ſi Eccleſiæ perſonam referens, ſacrum faciat; oblatio, & interceſſio Eccleſiæ, quæ per modum, ſaltem impetrationis, prodeſſe poſſunt, nihil illi pro ſunt: quia contra Eccleſiæ mentem vim habere nequeunt. Dices. ſi ſacrificiũ à Sacerdote Chriſti, perſonam gerente oblatum excommunicato prodeſt, Sacerdos offerendo non peccat. Reſpõdeo, conſequentiam falſam eſſe: nam Eccleſiæ, quæ vſum poteſtatis diuinitus traditæ, iuſte prohibuit præceptum violat, dum pro excommunicato rem ſacram facit. Refert Sacerdos in Sacramento Pœnitentiæ perſonam Saluatoris: peccat tamen, ſi contra Eccleſiæ præceptum, excommunicatum à peccatis abſoluat, antequam abſoluat ab excommunicatione.

Priuatas præces (etiam in ipſa miſſa, dum mente orat,) & alia pia opera poteſt Sacerdos Deo offerre, pro excommunicato: hoc enim nullo iure vetitum, quicquid nonulli contra ſentiant. V. Suarez, ſect. 5. loc. c.

De alijs maioris excommunicationis effectib. fuſe Suarez, l. c.

De excõmunicatione minori Couar. §. 8 l. c. Vgol. tab 3. c. 6. Suarez d. 24.

24 *Participatione paſſiua*. Adrianus in 4. q. 3. de calauibus, Maior in 4. diſt. 18. q. 2 §. 1. Innoc. in c. vult. de cler. excom. miniſt. Syl. V. excomm. 4. §. 1. & quidam alij excommunicatum minori peccare conferendo ſacramenta, opinati ſunt: ſed contraria ſententia (probata Suarez ſect. 2,) verior eſt, ibi rem optime diſcuſſit, diſputatque, an electio, hac cenſura irretiti valida ſit.

25 *Per ius*. Quibus modis, & cauſis minori excommunicatione quis afficiatur docet Suarez l. c. ſect. 3.

Solum vnum: Nauarri ſententiam probat Suarez l. c.

Animaduerte, in hanc excommunicationem hominem non incedere, ſi, ſine culpa, cum excommunicato communicet; nam pęna eſt, & pęna non eſt afficiendus qui culpa vacat.

Ab homine quoque ferri poteſt minor excommunicatio: ſed hoc in vſu nõ eſt. V. Suarez l. c.

Quilibet Sacerdos V. Inferius ad n. 39.

35 *Ad euitanda*. Extrauagans hæc, quam ſequitur Nauar. in Baſilienſi Concilio relata, differt, in littera, ab ea; quam refert Conſtantienſe Concilium.

In illa ſecundus caſus eſt (in primo, enim conueniunt) quando excommunicatio ita publica eſt, vt nulla queat tergiuerſatione celari, in hac ſacrilega, ſed publica manum in Clericum iniuctio exprimitur his verbis; quæ S. Anton. recenſet.

Saluo, ſi quem ſacrilega manuum iniectione in Clericum ſententiam latam à canone adeo notoriè conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari; neque aliquo ſuffragio excuſari, nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abſtineri, iuxta canonicas Sanctiones.

Multi (Nauar. in c. 1. §. laboret de pœnit. diſt. 6. Abbas, Felinus, Couar. & alij) textum Baſilenſem; ſed D. Ant. Adria. Maior, Caiet. Vict. Sot. Gutierez lib. 1. can. quæſt. c. 1. alijque ab eo citati, Conſtancienſem amplexi ſunt, & ſecundum hanc, quam veram puto, poſteriorem ſententiam, prohibitionem limitandam eſſe tradit Suarez d. 9. ſect. 2. num. 5. l. c.

Prior caſus nominatim excommunicatos vitandos tradit poſtquã denunciati fuerint placet, probabilius, Nauar. Couar. Gutierez, Vgolino, & Suarez n. 7. l. c.

Poſterior (ſecundum textum adſcriptum) percuſſorem Clerici notorium, notorietate facti, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit. Quare non ſufficit, delictum ita apertum eſſe, vt per teſtes, probari poſſit, neque eſſe publicum, ratione infamiæ publicæ, ſine facti notorietate, ſed neceſſe eſt, vt notorietate euidentiaq. facti notorium ſit, patratũ, ſcilicet, coram multis teſtibus, ac deinde, vt eorum verbis adeo publicum redditũ ſit, vt nulla illud tergiuerſatio tegere poſſit. Hæc ſententia Suarez quoque arriſit. nu. 11. l. c.

Si plures delectum videant dum patratur tenenturne ij percuſſorem vitare, antequam crimen eorum verbis notoriũ fiat? Tenentur, nam notorie ſcelus agnoſcunt, neque magis agnoſcent, poſtquam euulgauerint.

Superius allatam exceptionem ad ſuſpenſum, & interdictum extendendam eſſe, negat Suarez numero decimoquarto; affirmant Nauarrus, & Vgolinus.

Non prodeſt excõmunicato per hoc tamen

huiuſmodi

Digitized by Google

huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, inter dictos, ſeu prohibitos non intendit in aliquo reuelare, neque eis, aliquo modo, ſuffragari, ait Baſil. Conc. Quę verba omnes excipiunt, quamuis à Diuo Anton. non referantur. Vide Suarez numero 15. loco citato.

36 *Quem credimus vere pœnitere.* Vide Notata ſuperius ad num. 18. Placet tamen quibuſdam pia Nauarri ſententia.

Pro excommunicato non denunciato, nec notorio poteſt orari publice. Non poſſe publice orari, pro huiuſmodi excommunicato, verius eſt. Hæc ſententia. Nauarro contraria, placet Sot. 4. d. 22. quæſtion. 1. ar. 4 Suarez d. 9. ſect. 2. num. 17. Conciliũ enim Conſtant. non videtur fauere excommunicatis.

De abſolutione excommunicationis.

De modo tollendi cenſuras Suarez d. 7. De abſolutione a maiori excommunicatione d. 19.

38 *Data ex falſa cauſa.* Rich. 4. d. 18. ar. 3. quæſtion. 5. Palud. q. 1. D. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 73. Corduba lib. 1. queſt. Theol. q. 43. excommunicationem iuridice probatam, ſed ex cauſa falſa in re, validam eſſe, arbitrati ſunt, quam ſententiam communem appellat Couar. in c. Alma p. 1. §. 11. num. 14. at Suarez diſtin. 4. ſect. 7. num. 13. media incedit via. Hoc certum, excommunicatum iuridice, ſed ex falſa cauſa, debere, ad vitandum ſcandalum, ſeruare, in eo loco excommunicationem, vbi homines eum excommunicatione deuinctum, arbitrantur.

39 *Excommunicatum minori poteſt abſoluere.* ſi ſit lata a iure, nam ſi ab homine lata eſſet minor excommunicatio, illius, qui eam tulit, aut ſuperioris abſolutione egeret. V. Suarez diſtin. 24. ſect. 4.

Simplicem ſacerdotem (qui ſcilicet audiendis confeſſionibus non eſt expoſitus) a minori excommunicatione, cum veniali peccato contracta, abſoluere, poſſe, aiunt Sum. Vide Abſolutio num. 38. Toletus l. 1. c. 17. Corduba q. 179. & alij, negant Caiet. in Summa, Sot. 4. d. 22. q. 2. ar. 3 Pet. à Sot. lect. 9. de excom. Gutierez in qq. Can. Philiarcus de officio Sac. lib. 3. cap. 10. Rodriquez p. 1. c. 86. Sayrus de Cenſuris lib. 2. c. 23. num. 8. Vict. de excom. num. 16. Rich. 4. d. 18. artic. 9. q. 3. D. Ant. 3. p. tit. 25. c. §. 2. Angles in Floribus. & alij, recenſiti in Notis ad c. 17. lib. 1. Inſtruct. Toleti & ratio eſt, quia ad iuriſdictionem ſpectat excommunicatio minor, qua non eſt præditus ſimplex Sacerdos. Sa. de abſolutione ab excommunicat. in fine, neutram ſententiam improbat.

Parochum, antequam Sacerdotio initietur, ab hac cenſura abſoluere, poſſe, non eſt certum, affirmantem ſententiam excepit Suarez, probabiliſſime. l. c.

39 *Etiam Parochus.* Conceſſionem c. nuper de ſent. excom. contraria conſuetudine derogatam, cenſet Vgolinus: Suarez hanc conſuetudinem ſibi ignotam, dicit. d. 7. ſect. 4. n. 21. putatq; proinde, cuiuſq; epiſcopatus conſuetudinem conſiderandam, & ſequendam eſſe.

46 *Ob grauem morbum, aut aliũ iuſtum impedimentum.* De abſolutione Epiſcopi a reſeruatis Pontifici Summo; quando excommunicati Papam nequeunt adire. Nauar. c. hoc 27. num. 88 fuſius Suarez d. 22. ſect. 1. num. 61. t. 5.

47 *Satisfacere.* cum conceſſa poteſtas abſoluendi ea conditione munita eſt.

Satisfacta parte. eum, qui ſatisfacere nequit ante ſatisfactionem, abſolui poſſe, negat Sot. 4 diſt. 22. q. 2. ar. 3. affirmant, probabilius, Sa Vide Abſolutio ab excom num. 3. cum Nauarro, & Suarez d. 7. ſect. 5. num. 42. ſi modo, quo poteſt, ſatisfaciat, cautione, ſcilicet, pignoratitia, aut iuratoria.

48 *In articulo mortis* Quilibet Sacerdos ſi proprius nõ adſit, (ait Suarez d. 7. ſect. 6 loco citato) in articulo mortis à quibuſcunque peccatis, & cenſuris abſoluere poteſt Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7. Pręſente Sacerdote nemo non Sacerdos poteſt abſoluere ab excommunicatione; Conc. Trid. alia iura, Eccleſiæq; cõſuetudo id oſtẽdũt Quidam laicum, Vgolinus, & alij quidã Iudicem Eccleſiaſticum, qui poteſt, excommunicare, hanc facultatem abſoluendi ab excommunicatione (eos etiã; quos extra eum articulum, abſoluere non poſſent) habere, putant. Vtrunque refellit Suarez, & merito; nam Conc. Trid. de ſolis loquitur Sacerdotibus l. c.

Si proprius non adſit; dictum eſt, ex Sua-

Digitized by Google

Suarez. Quidam aſſerunt, ſimplicem Sacerdotem abſoluere, poſſe, in articulo mortis, etiamſi expoſitus Confeſſarius haberi poſſit. (Sà Vide Abſolutio num. 3.) aut ad ſuperiorem pateat aditus pro facultate abſoluendi à reſeruatis. Sed hãc ſententiam reijciunt Syl. Confeſſor. 1. q. 6. caſu. 7. Corduba q. 18. Fum. V. Abſolutio num. 13. Couar. in c. Alma. 1. p. §. 11. num. 8. Gutier. lib. 2. c. 19. num. 5. q. Can. Suarez t. 4. d 26. ſect. num. 4. Io. Polancus cap. 4. De rect. Confeſſ. Catechiſ. Rom. de pœnit. §. ſed iam. Zambranus eandem ſententiam falſam, & improbabilem vocat, contrariamque cum alijs, non inualide probat cap. 4. Dub. 4. Deciſ. caſ. ar. mortis, & Congreg. Interpretum Concilij Trid. declaraſſe, ait. *Sacerdotem alioquin idoneum, nõ tamen ad audiẽdas confeſſiones expoſitum, non poſſe valide à mortiferis peccatis abſoluere, in articulo mortis, quando citra mora periculum haberi poteſt expoſiti Sacerdotis copia & longe id minus, ſi ipſemet Parochus præſens id prohibeat, paratuſque ſit, infirmi confeſſionem excipere, nec vlla recuſandi Parochi cauſa intercedat.*

V. Notata ad n. 260.

V. notata ad n. 79. inferius. & ad cap. 26. n. 26.

iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 15.

Certe hæc facultas videtur conceſſa, ne ægrotus priuetur, (in neceſſitate) ſingulari Sacramenti Pœnitentiæ beneficio, at cum adeſt idoneus miniſter, ceſſat ratio conceſſionis.

Qui virtute Iubilei, abſolutus fuit ab excommunicatione, antequam alia à Bulla iniuncta efficeret. Si ea deinde non præſtet, eſt verè à cenſura abſolutus, quã uis, Indulgentiæ fructum non percipiat: nec reincidit, quicquid, parum probabiliter, dicat Vgolinus, etiamſi ſciens, & volens, negligentia ſit vſus. nam fuit abſolutus, ab habente poteſtatem, abſolutione ſimplici, non autem conditione circumſepta. Sic quoq; Suarez. d. 7. ſect. 5. num. 32. de Cenſu.

Si poteſtas abſoluendi ab excommunicationibus per Bullas data ſit, abſolute, à Sacramento Pœnitentiæ non pendet: quamobrem excommunicati, extra Sacramentum, abſolui poſſunt: at ſi conceſſa ſit in ordine ad interna animorum bona in Sacramenti, Pœnitentia adminiſtratione ſunt abſoluendi, Suarez numer. 36. loco citato. Corduba quæſtion. 19. In Summa.

De excommunicationibus &c. reſeruatis Papę per Bullam cęnæ.

53 Cenſuras latas in Bulla cœnæ olim ab homine fuiſſe, multi dicunt, nam per modum ſententiæ, ſingulis annis, proferebantur: at à tempore Pij. V. cum, per clauſulam quandam, perpetuæ ſint, & legis rationem imitentur, à iure dicuntur. Cõſentiunt Vgolinus Tab. 1. c. 9. §. 4. Suarez d. 21. ſect. 1. Viualdus. Corona, & alij. Sayrus tamen lib. 3. c. 1. de cenſuris num. 18. cenſet, eſſe ab homine: quod in Notis ad cap. 17. lib. 1. Inſtruct. Tol. indicauimus.

54 *Annua iteratio non multiplicat cenſuras.* Quin etiam, ſi eſſent ab homine, non multiplicarentur, vt notat Suarez num. 4. loco citato.

In clauſulis excommunicationũ duo præ oculis habendi ſunt, Actio vetita ſub excommunicatione, & Perſonæ, quam complectitur excommunicatio. Quod Caiet. Suarez, & multi alij notarunt.

Catechumeni, qui omnia recte credebant, ſi articulum aliquem negent, antequam Baptiſmo donentur, hæretici ſunt, at excommunicatione non ligantur: quia nondum Eccleſiæ membra, iuriſdictioni eius ſubiecta, ſunt effecti.

56 *Libros catholicorum elucidatos.* ſic cõmentarij tam vberis eſſent, vt; illi, magis. quam textus, volumen efficerent, & vel hæreſes continerent, vel de religione tractarent, legens eos hac cenſura obſtringeretur. Suarez ſect. 2. num. 11. l. c.

De hæreſi mentali Caiet. 2. 2. q. 11. art. 4. Azor. t. 1. lib. 8. cap. 10. Sà de excommunicationibus Bullæ cœnę num. 2. & nos pauca notauimus ad c. 19. lib. 1. Inſtruct. Toleti.

60 *Scienter ſibi acceperint* Qui, putans, bona aliena eſſe, & ſine culpa naufragantium eſſe, ignorat; ſi iniuſte illa capiat, non ligatur hac cenſura; quia formaliter hunc canonem non infringit. Vide Suarez num. 29 l. c Qui bona naufragantiũ accepit; vt dominis reddat, ſi, mutato cõſilio, ſibi iniuſte retineat, incidit, in hanc cenſuram. Idem num. 31. l. c.

Iniqua ſit contraria lex. Si, recta mente huiuſmodi bona accipiantur, & cuſtodian-

diantur, vt veris dominis reſtituantur, nō eſt iniuſta lex, quæ de hoc determinat; vt, tunc, ſcilicet, in vſum aliquem impendantur, vt illud præterierit ſpatium temporis, quod ad omnem ſpem veri domini reperiendi perdendam, moraliter, ſatis eſſet. Suarez numero tregeſimoquarto.

62 *Non ſatis eſt corrigere aliquam literā.* Caiet. Vide excommunicatio cap. 27. in fine, contra ſentit, quod verum eſſe aliquis putabit, ſi correctio illa ſit mortifera Vide Suarez numero quadrageſimoſexto. l.c.

63 *Arma ferrum.* Deferentes hinc veritas ad infideles, cum infidelibus pugnātes, ligari hac cenſura; negat Suarez num. 56. loco citato, affirmat Toletus libro primo, capit vigeſimoquarto, numero decimoſecundo, ea enim apud infideles remanent, iiſque illi contra Chriſtianos vti poſſunt. Vtraque ſententia probabilis: prior placet.

Remigantes in triremibus Maurorum. Graues quidam Doctores actum remigandi indifferentem, eſſe, conſiderantes, cenſuerunt, chriſtianos contra chriſtianos in Turcarum triremibus, metu mortis, remigantes lethali ſcelere non contaminari. Corduba quæſtione 137. Molina tomo primo, de Iuſt. diſtinctione 115. Lopez parte prima, capit. 60. actus enim remigandi, vt diximus indifferens eſt. Hanc ſententiam plauſibilem vocat Suarez diſtinctione vigeſimaprima, ſect. ſecunda numero 60. loco citato, ſed Nauarro adhærens, per ſe loquendo, & ignorantia remota, ſic remigantes non excuſat à peccato; idem Toletus libro primo, capitulo vigeſimoquinto, Inſtruct. Confeſſ.

Quo ad cenſuras, Suarez non ſolum ab excommunicatione Bullæ cœnæ; ſed ab ea etiam, quæ iuris communis eſt, eos excuſat, ſi remigatio chriſtiano populo graue damnum non afferat.

Fideles in triremibus infidelium ad negotia remigantes, vel poſt pugnam, dū hi fugiunt, non peccant. Suarez l.c.

Contra alios infideles. Idem ſcribit Suarez l. c. Intellige, ſi illi, apud quos remigant, iuſtam belli cauſam contra alios infideles habeant.

68 *Quanta &c. iuditiaria laica.* Vniuerſalia ſunt Bullæ verba, vnde quod notat Nauar. adeo patet, vt nullus dubitandi locus relictus ſit. Caietanum repugnare, ait Nauar. at locum non indicauit, nec inuenit Suarez. num. 73. l.c.

74 *Abſolutionem.* In articulo, & (vt multis placet) in periculo mortis grauiſſimo quilibet ſacerdos à cenſuris in hac Bulla reſeruatis abſoluere poteſt; ſi tamen pœnitens pignoratitiam, aut ſi hāc nequeat, fideiuſſoriam, vel, ſi hanc non poſſit, iuratoriam ſaltem, de ſtando mandatis Eccleſiæ, & ſatisfaciendo, cautionem d. r. Poteſtas autem abſoluendi in articulo mortis eſt vel de iure Diuino, vel de perpetua Eccleſiæ traditione, vt placet Suarez d. 22 ſect. 1. num. 61. & alios quibuſdam. nonnulli tamen aiunt, eſſe de iure Eccleſiaſtico. Sed de hoc alibi, & ad nu. 260 huius capitis.

Extra articulum mortis ſolus ſummus Pontifex ab huius Bullæ cenſuris abſoluere poteſt, vel delegati ab eo ad hunc effectum. In Bulla delegationis non ſufficit clauſula generalis facultatis abſoluendi, à quibuſcumque cenſuris, ſed neceſſe eſt, vt, expreſſis verbis, concedatur facultas abſoluendi a caſibus reſeruatis in Bulla cœnæ, immo in hac Bulla cœnæ derogatoria clauſulas, *Per cuiusuis Concilij decreta* aufert facultatem conceſſam Epiſcopis abſoluendi ab occultis eiuſdem Bullæ cenſuris, in foro conſcientiæ, ita quoq; Suarez tomo 5. d. 21. ſect. 3. tomo 4 d. 30. ſect 2. num. 10. Vgolinus de cenſuris Papæ reſeruatis p. 3. Sorbo in compendio priuileg Vide abſolutio, Viualdus in emendata Candelabri Aurei editione, & alij recenſiti in fine Appendicum ad Inſtruct. Toleti. Sic reſponſum etiam à ſacra Concilij congregatione. hæc, vt audiui, ſacræ pœnitentiariæ praxis hoc vſu receptum? *Vide inferius num. 260.*

Sorbo tamen, qui pro certo habet, epiſcopos ab occulto proditæ hæreſis caſu abſoluere, non poſſe, (ob clauſulam derogatoriam) ab alijs eiuſdem Bullæ caſibus abſoluere, poſſe, ait, vbi viget recepta conſuetudo; quam ſummus Pontifex toleret: tu dices, hoc verum eſſe, ſi Pontifex ſciens, prudenſque id tolerans, ſilentio ſe Epiſcopis illis, apud quos hoc longo vſu receptum eſt, hanc facultatem tribuere, indicet, & verè tribuat.

Pon-

Pontificia priuilegia quibuſdam Regularibus conceſſa, quæ facultatem in ſpecie concedunt abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ derogatoria clauſula reuocata non eſſe, opinor cum Suarez loc. cit.

Dices, Epiſcopos ab occulta hæreſi abſoluere poſſe: quia hanc illis facultatem Tridentinum Concilium tribuit. Reſpondeo, hoc ab eis fieri non poſſe; quia Romæ ſupremum ſanctiſſimæ Inquiſitionis Prętorium ſic pronunciauit, vel quia Bulla facultatem Concilii reuocat: vel quia Summi Ppntifices Pius V. & Greg. XIII. ſic declararunt, Penna teſte ad q. 92. p. 3. Direct. Inquiſitorum V. etiam Nauar. inferius n. 275.

Qnando in Bullis Cruciatorum, aut Iubileorum datur poteſtas abſoluendi à reſeruatis in Bulla Cęnæ, & de hæreſi ſpecialis mentio non fit; per genericam illam facultatem nemo poteſt ab hæreſi abſolui. Nau. l. c.

Sacerdos abſoluens à caſibus Bullæ Cęnæ, ſine facultate, inualidè abſoluit ipſoque facto, excommunicatus eſt; non tamen excommunicatione Papæ reſeruata: quicquid contradicat Caietanus, V. Suarez n. 6. loco citato, & diſtinctio. 22. ſect. 5. num. 28. vbi cenſuram contra male abſoluētes à Papæ reſeruatis explicat.

De impeditis, ne Pontificem adire poſſint Suarez ſect. 1. l. c. à n. 63.

De excommunicationibus Papæ reſeruatis extra Bullam Cœnæ.

75 R*Educitur ad primam Bullæ*: Suarez d. 22. ſect. n. 1. Nauarro contrarius cenſuram cap. Nulli (de qua hic Nauar.) ferendam non latam, nō ob hæreſim, ſed propter Eccleſiæ innobedientiam, non Papæ reſeruatam, ſed communem eſſe (non ſine ratione) arbitratur.

77 Quæ ſit manus violenta, explicat diligenter Suarez à n. 23. l. c.

79 *Vel incorrigibiles*: Vt Clericus amittat priuilegiū canonis, ob incorrigibilitatem, neceſſe eſt, (regulariter loquendo) vt Iudex Eccleſiaſticus lata ſententia, incorrigibilem eum pronunciet. Sic Suarez n. 6. l. c. poſt Cardinalem.

Dictum eſt regulariter: quia Clerici quidam incorrigibiles, ſi ter à ſuis Prælatis admoniti incorrigibili a ē non exuāt immunitatis, & canonis huius priuilegium amittunt. cap. cum co tingit. 2. & cap. In audientia de ſenten ia excommunicationis.

Conuerſus Etiam propriam non emittentes profeſſionem Suarez num. 19 loco citato, Quod de conuerſis etiam monialibus dixerim.

Tertii Ordinis: Hanc ſententiam probat Suarez l. c.

In articulo mortis, &c. ſi Epiſcopus adiri non poſſit. Nam ſi Epiſcopus adiri poſſit: nullus eo inferior, (cum ceſſet neceſſitas) ab hac cenſura abſoluere poteſt: vt colligitur ex verbis Canonis: immo ſi à Summo Pontifice, aut ab eius Legato abſolutio obtineri poſſit, Epiſcopus non poteſt abſoluere: vt notat Suarez n. 61. loco citato, Quod autem dicitur de articulo mortis, intellige, cum Suarez, etiam de periculo. Vide notata ſupra ad numero 48.

80 *Militaribus, vel ſacularibus*: Contradicit Suarez n. 17. l. c.

81 *Enormibus ſe miſcet, licet non admonitus*. Suarez num. 13. l. c. cum Abbate, & Cardinali huiuſmodi Clericos canonis huius fauore, non autem priuilegio fori priuatos eſſe, probabiliter docet.

Vt corrigat. De percuſſione Clerici ex titulo, Suarez n 40. l. c.

84 *Aut in loco ſuſpecto*. Si tamen perſonæ ſuſpectæ ſint, nec ſine cauſa rationabili tales exiſtimentur. Suarez num. 37. loco citato.

85 *Capit ſuum Clericum*. De hac re Suarez n. 41.

Torquet: De tortura nihil aperte ſtatutum in iure vidit Suarez num. 44.

88 *Multi poſſunt ab Epiſcopo*. De varia rum perſonarum exceptione mulierum, ſenum, ægrotorum, pauperum, canonico impedimento impeditorum beneficio iuris excuſatorum Suarez à n. 63.

Nullo iure probat. Adoleſcentis animū iter laicus poteſt Adoleſcentes virilis ſexus ab Epo abſolui, poſſe opinatur cum Angelo, Suarez nu. 67. l. c. nec immerito.

91 *Clerici ſimul viuentes*. De hac re Suarez l. c. à num. 71.

Leuis. Quando percuſſio dicenda ſit leuis,

uis, mediocris, grauis, enormis Suarez à num. 88. l. c.

Perlecti. Hanc extrauagantem incerti auctoris eſſe, carereque auctoritate, ait Suarez num. 91. l. c.

92 *Multum ſanguinis.* Si id accidat, ex læſionis grauitate; nam ſi ex leui inciſione magna ſanguinis copia manaret, percuſſio enormis non eſſet. Hoc quoque placuit Suarez num. 89. l. c.

Epiſcopum De percuſſione conſideranda ex perſonæ dignitate Suarez num. 90.

94 *Qui effringit Crucem &c. & non furatur.* Suarez ſect. 2. n. 12. Nauarrum reijcit; cenſet enim, eum, qui templum effregit, & Crucem, aut Sacram veſtem combuſſit, licet nihil abſtulerit, excõicatũ eſſe; quia Eccleſiã ſatis ſpoliauit bonis, qui, in hunc modum, graue intulit damnum.

101 *Quamuis non ſit exemptus, neque profeſſus.* Sæculares ſacerdotes, ſi, ſuſcepto habitu religioſo, antequam profeſſionem emittant, Sacramenta, contra Clem. 1. de Priuil. adminiſtrent, non afficiuntur excommunicatione, quia veri religioſi non ſunt, quamuis canonis priuilegio, foriq; gaudeant. Sic, probabiliter. Suarez ſect. 4. l. c. contra Nauarrum.

Religioſi profeſſi nondum Sacerdotes & Moniales, ſi (quod non licet) Sacramẽta Euchariſtiæ, extremæque Vnctionis adminiſtrare præſumerent, excommunicationis nodo non vincerentur: nam, Cardinali, Ancarano, & Suarez teſtibus, lex illa ſolo obligat religioſos Sacerdotes: quicquid Syl. contra ſentiat. *l. c. nu. 5.*

Poſſunt autem Religioſi Sacerdotes miniſtrare Sacramenta, ex priuilegio Põtificis, ex cõceſſione Ordinarij, Parochiq; ẽ. nondum Sacerdotis, quia non eſt actus ordinis id concedere, ſed Iuriſdictionis.

Seu Curatus. Suarez num. 10. Nauarri ſententiam improbat.

Religioſos Euchariſtiam in extrema neceſſitate miniſtrantes, (t. 3. d 72. ſect. 2) extremamque Vnctionem (t. 4. d. 4;) Suarez excuſari, exiſtimat. De hac re nos in libro de Vnctione extrema.

106 *Vt moniales* nullam ſimoniam. De dotibus, & alijs. quæ Moniales recipere, ſolent, Suarez diligenter, ſect. 5. à num. 5. Actio dandi, & accipiendi aliquid pro Religionis ingreſſu, punitur, quia ex ſe mala eſt, ac ſimoniaca, veteribuſque canonibus vetita. Sic etiam Suarez num. 6. l. c. Dictum eſt, pro ingreſſu, quia. pro ſuſtentatione aliquid dari, & accipi licite poteſt; præcipue, ſi monaſterium egeat. Videant diligenter Confeſſarij Sacrarum Virginum, ne ſimoniacam labem eæ tegant aliquando. Vide Sot. lib. 9 q. 6. art. 2. de Iuſt. Carthus. Opuſculo de ſimonia Religioſorum, Toletum lib. 5. c. 89 citatoſque in Notis noſtris in eum locum. Petrus Barcus in Speculo Religioſo pauca de hac re.

Migrantes ad non mendicantes. Conſtitutio ad eos Ordines extendenda eſt; qui poſt eam, à Summis Pontificibus in Mendicantium numerũ cooptati ſunt. Huiuſmodi eſt Societas Ieſu, ex Pio. V. & Greg. 13. V. Suarez num. 16. l. c.

107 *Virginem matrem fuiſſe conceptam.* Sixtus. 4. excõicationem in eos tulit, qui p̃ſumunt, affirmare, credẽtes, aut tenẽtes B. Virginem à peccato originali præſeruatam fuiſſe, hæreticos eſſe; aut mortifere peccare. Quod Conc. Trid. de peccato originali loquens, renouauit, & Pius V. conſtit. ſuper ſpeculum.

Sixti 4. extrauagantem Graue nimis Ref. & ven. Sanctorum conſiderat Suarez num. 30. l. c. De immaculata B. Virginis Conceptione ſuperius, ad Præludia paucis egimus. *anno 5.*

110 *Qui peregrinantur in Hieruſalem.* Hanc legem contraria conſuetudine abrogatum eſſe; Suarez affirmare non audet. multos tamen perigrinos ignorantia excuſari, putat.

111 *Non fuiſſe receptas.* Non videtur diſcrepare Suarez num 8. l. c.

Aliæ extant ſummo Pontifici reſeruatæ excommunicationes.

Pius. V. fœmininas omnes monaſteria Cartuſienſium, aliorumque Regularium virorum ingredientes excommunicatione ſibi reſeruata ligauit. conſt.

Regularium perſonarum. Greg. 13. Similem edidit conſtitutionem. Reuocarunt, hi Pontifices facultates ingrediendi virorum Regularium Monaſteria fẽminis cõceſſas prohibuerunque ne illæ, prætextu facultatum eiuſmodi, monaſteria ingredi præſumant.

Gregorius Decimus tertius, excõicauit, excommunicatione ſibi reſeruata, Religioſos: ſi permittant fẽminas, prætextu facul-

Digitized by Google

facultatum, ſua ingredi monaſteria: & ſuam conſtitutionem ad monaſteria Monialium extendit. Quare Moniales admittentes aliquem intra ſepta Monaſteriorũ ſunt excommunicatæ; & illæ etiam quæ, cum, ex officio impedire, debeant, ne quis Monaſterium, ſine licentia ingrediatur, non impediunt, niſi eas incogitantia, perturbatio mentis, aut negligentia, quæ auferat præſumptionem, excuſet. Vide Suarez ſect. 6. num. 11. l.c.

Negant quidam, Monialem, quæ puerum trimum intra ſepta Monaſterij recipit, excommunicatione vinciri: affirmat Comitolus t. 1. lib. 7. q. 19 Reſp. Mor. ex reſponſo Cardinalis ſ. Seuerinæ: ſed hæc ſententia nimium rigorem continere alicui videbitur.

Violationem clauſuræ Monialium ad malum finem Clemens 8. (anno 1602. 26 Nouemb.) viuæ vocis oraculo ſibi reſeruauit: congregatione epiſcoporum, & Regularium negotijs præfecta teſte.

De clauſura Monialium nonnulla Petrus Barcus in ſpeculo Religioſo, quod Monialibus, & Monialium Confeſſarijs vtiliſſimum eſſe, pij doctique viri affirmabunt.

Pius V. conſtit. 87. *Intolerabilis.* in admittentes crimen confidentiæ beneficialis Simoniacæ, excommunicationis ſententiam tulit. Vide Suarez num. 15. loc. c. De confidentia beneficiali Flam. Pariſius

De excommunicationibus reſeruatis Epiſcopis, & partim Papæ.

112 VIde Suarez diſtinctione 23. ſect. 1. tom. 5.

De excommunicationibus nemini reſeruatis

DE his agit Suarez à ſect. ſecunda loco citato.

116 *Religioſos, qui exeunt.* Suarez multa de hoc ſect. 3. à num. 9.

117 *Sed hæc hodie continetur in Bulla.* In Cap. 1. de ſchiſmaticis ſchiſmatici non ex cõmunicãtur, qđ notat Suarez ſec. 3. n. 1.

De excommunicationibus libri 6.

De his Suarez ſect. 4.

121 *Contextus tamen.* Nauarri ſententiam probat Suarez num. 1. l.c.

124 *Accerſitum in directorem.* Ang. & Syl. extendunt conſtitutionem ad accerſitum, ad dirigendum electionem fœminarum non religioſarum in communi viuentium: ſed hanc extentionem, in textu non fundatam, reijcit Suarez num. 9. l.c.

Quo ad forum conſcientiæ. Leuem metum inferentem in neutro foro excommunicatum eſſe, ait Suarez num. 11. contra Nauarrum id de cõſcientiæ, & Caiet. de vtroque foro aſſerentem.

126 *Vna eſt ſatis.* Hoc negat Suarez numero 20.

131 *Qui temere.* Explicat hanc legem Suarez diligenter, à num. 26. & tres proponit regulas: obſeruat autem prius, aliud eſſe, dimittere habitum, aliud exuere

Prima. Quando quis habitum deponit aut exuit ſe illo, ſine dimiſſione, non excommunicatur. (Dimiſſio temeraria requiritur: eſt autem temeraria dimiſſio, cum habitus, ſine vlla iuſta cauſa, cum Regulæ, legiſue contemptu dimittitur.)

Secunda Quando quis, ex iuſta cauſa, quæ vera ſit, aut putetur, habitum dimittit, non efficitur excommunicatus.

Tertia. Tunc dimittens habitum ligatur excommunicatione; cum ſine rationabili cauſa id facit, aut ſine neceſſitate, quę appareat.

Sed geſtat occultum. Hanc ſententiam difficultate non carere, ait Suarez num. 33. l.c. nam leges pœnales ad ea, quæ earũ verba non exprimunt, extendendæ non ſunt. Si ex religioſo habitu nihil dimittatur, ſed is alia veſte tegatur, cenſura hæc locum non habet. Suarez num. 34.

135 *Appellet aſſaſſinos &c quidam pagani.* Syri quidam homines (Volaterrano teſte lib. 11. Hiſt. c. de ſectis Syriæ) munus occidendorum hominum, ad ſui domini imperium, exercent. Nauarri interpretationem excipit Suarez ſect. 4. num. 46. Vide etiam Couar. lib. 2. c. 20. Var. Reſ. num. 9. 10.

141 *Vel affinitatis.* Intellige conſanguineos, & affines ex matrimoniali copula, D. 2 intra quartum gradum: (affinitas ex copula illicita ſecundum tantum gradum complectitur. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de ref. mat.

Sola ignorantia facti. Quidam ignorantiam probabilem iuris ab hac cenſura nõ

excuſare, aiunt, at excuſare, verius, putat Suarez d.23. Sect.5.num.14. quam ſentẽtiam Nauarrus quoque hic indicauit.

Si quis contraheret cum fœmina, quã affinem, monialemue putaret, & tamen neque affinis eſſet, nec monialis, hac excommunicatione non vinciretur, quia actum, quem cenſura punit, non effeciſſet; nec ſcienter. Vide Suarez num.17.

147 *Papa eligitur*. A Chriſto, Eccleſiæ capite 15. quem Cardinales in Pontificẽ elegerunt, Pontifex ſummus creatur; ab eoque ſtatim, ſupremam accipit in Eccleſiam vniuerſam iuriſdictionem. Coronatio ad ſolemnem cæremoniam ſpectat, quæ poteſtatem, & dignitatem ſummam diuinitus ei traditam, oſtendit. De hac re Suarez ſect 6 l.c.

148 *Qui aliquem librum, vel quãlibet aliam ſcripturam.* Videnda Tridentina ſynodus ſeſſ 4. & index Romanus, 15. præcipue, qui Clementis 8 iuſſu editus eſt. Communicantes, aut euulgantes libros de rebus ſacris manuſcriptos non examinatos, & approbatos eadem Synodus excommunicatione plectit. Nomine libri intellige (cum Suarez ſect.7. num.3.) integrum, perfectumque volumen, quale impreſſores typis excudere, ſoliti ſunt. Excipe theologicas lectiones, quæſtiones, concioneſque manuſcriptas, quæ, quamuis res ſacras contineant, non euulgantur tamen, tamquam volumina, & vſu (ſummo Pontifici cognito,) receptum eſt, vt , ſine examine, approbationeque à Concilio præſcripta, deſcribantur, & euulgentur; non publica, vt libri, ſed priuata, ad peculiarem vtilitatem, communicatione. à Suarez hæc quoque traduntur. l.c.

150 *Qui duellum* Videnda eſt conſtitutio Clementis.8. *Illius vices*. edita 1592. 17. Aug. in qua conſtitutiones omnes Põtificum contra decertantes in duello, confirmat, vna cum Concilij Trid. decreto, cenſuraſque, & pœnas innouat. Vide etiã ſi libet, Comitolum lib. 6.q.13.14. tomi. 1. Reſp. Mor.

De ſuſpenſione Quid, & Quotuplex.

De ſuſpenſione Couar. in clem. ſi furioſus. Summiſtæ Vide Suſpenſio, Toletus lib.1.a.c.42. Philiarcus lib.4.p.1 Sayrus lib.4. de cenſu. Suarez tom.5 d.25 Stephanus de Auila, F. Felicianus, Vgolinus, Viualdus, & alij multi.

151 *Definitur eſſe cenſura. Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua miniſter Eccleſiæ impeditur, ne functiones Eccleſiaſticas exerceat, aliquaue Eccleſiaſtica poteſtate vtatur.* Sic Suarez ſect. 1. l.c.

Hæc ſuſpenſio ab ea ſuſpenſione differt; quæ ſæpe, non per modum cenſuræ, ſed per modum pœnæ irrogatur in iure; tunc ſcilicet, cum imponitur, non vt contumaciam quis deſerat, ſed vt alicuius crimen puniatur.

154 *Eſt triplex*. Suarez ſect.2. nonnullas recenſet ſuſpenſionis diuiſiones, & quaſdam reijcit.

Quædam ſuſpenſio eſt pœna, quædã cenſura, illa vindicatiua, hæc medicinalis iſta delictum punit, hæc iniungitur, vt quis reſipiſcat.

Suſpenſio, quæ eſt pœna, ſecatur in temporalem, & perpetuam, aliquo modo: at, quæ cenſura eſt, durat, donec homo ad bonam frugem redeat.

Suſpenſio alia eſt à iure, alia ab homine, Vtraque poteſt eſſe triplex, ab officio tantum, à beneficio tantum, & ab vtroq; Quidam tamen tertium membrum reijciunt. Vide Suarez num.6. l.c.

Nomine officij, intellige ſpiritalem poteſtatem, ad ſpiritalem aliquem ordinis actum, aut iuriſdictionis, exercendũ; aut ad Eccleſiaſticum miniſterium.

Nomine beneficij ius perpetuum intellige, ad fructus, ratione alicuius ſpiritualis tituli, percipiendos.

Suſpenſio ab officio non eſt officij, ſaue poteſtatis priuatio, ſed vſum tantummodo impedit.

Cum ſuſpenſio ab officio ſimpliciter fertur, priuat quocumque ordinis, iuriſdictionis, Eccleſiaſticique miniſterii vſu, quantum homo capax eſt.

Has regulas habes apud Suarez d. 26. ſect. 1. l.c.

Quamdiu duret ſuſpenſio ſimpliciter lata, docet idem l.c.num.13.

Suſpenſus ab officio munus aliquod Eccleſiaſticum exercens lethali ſe inficit piaculo, quia Eccleſiæ præceptum frangit in re graui. Vide Suarez ſect. 2. nu. 1. loc.cit.

Actus Ordinis, quos ſuſpenſus exer-

Digitized by Google

cet validi ſunt, inualidi actus iuriſdictionis, abſolutio quoque à peccatis, quia ad eam exercendam iuriſdictio requiritur: ſed ſi ſuſpenſio occulta eſſet, Eccleſiaque in publico munere ſuſpenſum toleraret, actus omnes iuriſdictionis vim haberēt. Suſpenſum ab officio actum aliquem ordinis, ante abſolutionem, exercentem irregularem effici, certum eſt: at ſi exerceat actum iuriſdictionis, nulla pœna afficitur, ipſo iure, ſed arbitrio Iudicis puniendus eſt.

154 *A iure ipſo facto feruntur multa.* Suarez de ijs d. 31.

155 *Qui ſine legitima facultate.* Videri poſſunt conſtitutiones Pij V. & Sixti V. contra male promouentes, & male promotos, & moderatoria Clementis 8. edita anno 1595. de qua ſuperius.

Ob ignorantiam. Nauarrum ſequitur Suarez ſect. 1. num. 26.

Q. 5. n. 24 158 *Sine patrimonio.* De ſuſpenſione lata in eos, qui, ficto titulo, initiantur, Suarez l. c. à num. 33. De clerico, ficto patrimonio, promoto Borgaſius 1. p. de irregul. Maiolus lib. 4. c. 15. de Irreg. Sāchez de matrimonio lib. 6. d. 32. Furnarius de Ordine cap. 8.

Tertia. Renuntiatio ſatis eſt, ad reddendas irritas dimiſſorias literas. Vide Suarez num. 37. l. c.

Subdiaconus effectus, ficto patrimonio, ſi à ſuſpenſione abſoluatur, ſine vero titulo, ſuperiores ordines ſuſcipere non poteſt. Suarez num. 39.

Concilium. Trid. ſeſſ. 21. c. 2. renunciationem patrimonij, poſt ſuſceptos ordines, ſine Epiſcopi licentia, antequam initiatus aliunde habeat, vnde viuat, fieri vetat: cuius præcepti violationem, ex ſuo genere, lethalem eſſe, puto, cum Suarez num. 38. l. c. Quare, qui patrimonium ab aliquo accepit, tacita, aut expreſſa conditione illud dimittendi, dimittere non poteſt, niſi prius ex beneficio, aut aliunde alimenta conſequatur. V. Sanchez num. 7. loc. cit.

Religioſi nondum ſolemni trium votorū profeſſione deuincti, ſi, ſine titulo, aut patrimonio ſacros ordines ſuſcipiant, ipſo iure, ſuſpenſi ſunt, fiuntque irregulares, ſi miniſtrent. ex motu proprio Pij V. anno 1568 *Romanus Pontifex.* Excipe Religioſos ſoc. Ieſu, qui, poſt tria vota ſimplicia ſacris poſſunt initiari Ex conſtit. 69. Greg. 13. ſocietatem confirmantibus.

Nonnullas alias ſuſpenſiones à iure habes apud Suarez.

159 *Qui poſſunt excommunicare.* Eccleſia hanc cenſuram inſtituit, tradita ſibi à Chriſto Domino facultate. Suſpendere poteſt, qui iuriſdictione pollet, ad excommunicandum. Epiſcopi, Epiſcopalemq; habentes iuriſdictionem, ordinaria facultate, excommunicare, & ſuſpendere poſſunt: nec ſeiungitur in his poteſtas excōmunicandi à poteſtate ſuſpendendi. At quando delegatur iuriſdictio poteſt delegari ad ferendas omnes cenſuras, vel ad hanc, & non ad illā. V. Suarez d. 28. ſec. 1.

Sola tamen perſona Eccleſiaſtica. Hæc cēſura Clericorum propria eſt. Cardinales ipſi non ſunt ſuſpenſionis incapaces: ſolus Papa nullius cēſuræ capax eſt. Quod hinc Nauarrus, Doctores, communiter, docent. V. Suarez d. 28. ſect. 2.

Suſpenſionem in Communitatem (capitulum, ſcilicet) ferri, poſſe, exploratum eſt: quod Suarez ſect. 3. l. c. diligenter oſtendit.

Scripto ferenda. De modo ſeruando in ſuſpenſione ferenda Suarez ſect. 5. l. c.

Immo & veniale. Veniale crimen ſufficere, vt quis ſuſpenſione afficiatur, aiūt cum Nauarro, Caiet. & Fum. V. ſuſpenſio. Hoc nonnulli reijciunt, aſſerentes, lethale ſcelus, neceſſariò, requiri, vt ſuſpenſio feratur, & contrahatur. Quam ſententiam, hoc, apprime, tempore, receptum eſſe, diſces ex Suarez d. 28. ſect. 4 qui tamen diſtinguens, ait, grauem ſuſpenſionē neque imponi, neque contrahi, niſi pro culpa mortali; leuem autem imponi ab homine, & pro peccato veniali contrahi poſſe. Dictum eſt, ab homine, quandoqui dem ſuſpenſiones à iure latæ, regulariter graues ſunt; nec ſine lethali culpa contrahuntur: non eſt enim Eccleſiæ mos, venialia ſcelera tam graui pœna punire. Beneficij fructibus Clericum priuare, per annum, grauis ſuſpenſio: vnius horæ, aut diei diſtributionibus, leuis. V. Sot. 4. d. 22. q. 3. ar. concl. 2.

161 *Tolli poteſt.* De ablatione ſuſpenſionis Suarez d. 29.

Lapſo tempore. De modo computandi tempus fusè Suarez ſect. 1 l. c. Si ad certū tempus, aut in perpetuum ſuſpenſio lata ſit, tempore nondum elapſo, ſuperioris diſpen-

Digitized by Google

diſpenſatione tolli, poteſt. V. Suarez nu. 13. loc. c.

Forma. De forma abſolutionis à ſuſpẽſione. Suarez ſect. 2. Toletus lib. 1. c. 46.

162 *Ob contumaciam, & non in pœnam.* V. Suarez ſect. 2. à num. 1. Abſolutione autem ſuſpenſio, ob contumaciam, poſtquam homo reſipuit, tollẽda eſt. Innoc. in cap. ex literis de conſtit. Suarez nu. 6. l. c. quicquid Syl. & alij nonnulli contra ſentiant: nam ipſa quoque excommunicatio, poſtquam homo ad bonam redijt mentem, abſolutione tollitur.

A lata in pœnam alicuius delicti. V. Suarez ſect. 1. à num. 15.

Quicquid dicant Gloſ. Si ſuſpenſio in iure, ad certum tempus, lata ſit, ab Epiſcopo tolli non poteſt; at ſi ſit lata indefinitè, poteſt, quoniam non reſeruatur: ſic diſtinguit Gloſ. Idem ſenſerunt Innoc. in c. 2. de ſolut. Couar. 2. p. 4. Decret. c. 6. initio nu. 15. contra Nauarrum. Quam opinionem veram in praxi putat Suarez nu. 19. quamuis arbitretur, ſuſpenſionem in puram pœnam inflictam ab inferiori auferri, non poſſe, quando abſolutio non conceditur, ob contumaciam autem, quia non reſeruatur, auferri, poſſe.

Siue degradatum, aut depoſitum. Pœnæ ſunt, non cenſuræ, depoſitio, & degradatio, magnamque habent cum ſuſpenſione affinitatem. De ſuſpenſionis à depoſitione, & degradatione differentia Suarez d. 30.

163 *Peccat mortaliter.* Suarez d. 26. ſec. 2 *Peculiariter Diaconatui*. Prædicare actũ ſacri Ordinis eſſe, quidam negant. V. Sà V. Prædicari num. 1.

Peccamus mortaliter, ſi eſt denuntiatus. Sed nulla cenſura afficimur. Suarez d. 27 ſect. 2. num. 7.

Suarez n. 2. l. c. *Si eſt denuntiatus.* Extrauag. *Ad euitanda.* in hac quoque cenſura locum habet: quare à ſuſpenſo, non denuntiato, poſſũ requirere actus illos, quos ille exercere poteſt, vocatus, non vocatus, nequit Suſpenſus non denuntiatus per ſe, & ex ſe actus vetitos exercens, peccat, at, ſi id faciat rogatus, non peccat. V. Suarez l. c. & d. 11. ſect. 4. vbi quærit: An excõmunicatus nõ vitãdus ſacramẽta miniſtrare queat.

De Interdicto.

De hoc Summiſtæ V. Interdictum, Nicolaus Plouius, Couaruuias, Sayrus, Auila, F. Felicianus, Vgolinus, Viualdus, Suarez copioſè à d. 32.

164 *Eſſe cenſura.* Suarez ſect. 1. l. c. Soti Nauarri, & Couaru definitionem conſiderat., & hanc adſcribit. *Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica prohibens vſum quarundam rerum Diuinarum, vt fidelibus cõmunem, quatenus talis eſt.*

166 *Triplex.* Suarez, ſect. 2. ſecat Interdictum in locale, & in perſonale, quæ diuiſio ſufficiens eſt: nam (locis, perſoniſq; exceptis) nihil ſolet, iure interdicti, quare ſuperuacaneum eſt addere tertium mẽbrum (vt Suarez quoque notauit) in locale, & perſonale ſimul.

Generale. Vtrumque Interdictum, Locale, & Perſonale, diuiditur in generale ſpeciale. V. Suarez num. 4. l. c.

Parochia. Interdictum in Parochia poſitum vocatur à Couar. particulare: quod alij quoque ſenſerunt: at Nauarri ſententiam probabiliorem putat Suarez; ſi Parochiæ nomine totus Parochiæ ambitus intelligatur: nam ſi templum Parochiale intelligeretur, interdictum particulare eſſet: & ſic explicandus Couaruuias.

167 *Interdictum generale loci*. Nauarri ſententiam amplectitur. Suarez num. 4. & has regulas ſtatuit.

1 Interdictum generale loci nõ infert, per ſe, perſonale generale, neq; è cõuerſo

2 Interdictum perſonale particulare non infert locale particulare: e contrario autem rectè infertur, ſaltem, quo ad ſubſtantiam, & effectum.

3 Interdictum generale locale (virtute) ſemper includit perſonale particulare; non tamen è conuerſo.

4 Interdictum generale perſonale non includit (virtute) interdictum locale, etiã particulare: neque è contrario.

Quis, Cur &c.

168 Qvi poteſt excommunicare. Hãc Nauarri regulam intellige de Interdicto, abſolute, nulla facta mentione de locali, nam multi Prælati Eccleſiaſtici, qui poſſunt excommunicare, localis Interdicti cenſuram ferre non poſſunt. Quod in Regularium Prælatis obſeruauit Soto, 4. d. 22. q. 3. art. 1. hi enim locale Interdictum non ferunt, niſi in aliquo loco iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, habeant.

Digitized by Google

beant. Suarez d.36.ſect.1.hoc verum putat, ſi loquamur de generali loci Interdicto; nam in proprijs templis, & ædibus ſpeciale loci Interdictum ab eis ferri poſſe, non dubitat.

Qui poteſt excommunicari. De ijs, qui poſſunt interdici, Suarez ſect.2.l.c.

Infans lactens, & amens. Infantes, & amentes, cum Diuinorum, quæ vſum rationis poſtulant, capaces non ſint, interdicti generalis vinculo ligari, negant Suarez num.7.l.c Syl.Interdictum 2. nu.17. Couar.in c.Alma p.2.§.4.nu.5. quare neque Eccleſiaſtica ſepultura, in generali perſonali Interdicto, priuantur infantes At ſi, cum Interdictum fertur, infans compos rationis non ſit, acquirat autem rationis vſum, antequam auferatur, eo affici incipiet cum incipiet rationis vſu pollere. V. Suarez num.9.l.c.

Quæ Prohibeantur.

171 D*iuina officia*. Suarez de hac re d.34.

Sacramenta. Quorum ſacramentorum vſum vetet Interdictũ Suarez d.33.ſec.1

172 *Eſſe officia ordinata*. Nauarrus hinc Suarez diſplicet, quia rem diſtincte non explicat eum diſtincte loquentem lege, ſi libet.d.34.ſect 3. num.5.

178 *Sacramentum Baptiſmi pro paruulis*. De Baptiſmo Suarez d.33.ſect.1.

Catechiſmus. Couaruuias, cum Paludano, contradicit huic ſententiæ probatæ Suarez.

Confirmationis. Suarez num.7. loc.c.

Pœnitentiæ. Multa Suarez à num.13.

Eucharistia. Suarez à num.21.l.c.

179 *Quale eſt etiam ſacramentum Matrimonij*. Si matrimonium contrahatur, tempore Interdicti, coram Parocho, & teſtibus, quocumque impedimento remoto, validum eſt. Contrahi licite poſſe, eo tempore, affirmant Nauar. & Couar. negat, probabiliſſime, Suarez num.51.l.c. quia inter ſacramenta, quorum vſus nunc vetitus eſt, Matrimoniũ numeratur.

187 *Peccant mortaliter*. Violationem Interdicti, in vſu ſacramentorum, lethalem eſſe, docet Suarez ſect. 2.l.c.num. 1.

Quæ culpa ſit violare Interdictum circa Diuina, Suarez d.34 ſect.4.

Quæ Interdicti violatio irregularitatem inducat, diſces ab eodem d.33.ſect.3 à num.5.

Quam Diuinorum officiorum celebrationem concedant iura, tempore Interdicti. Idem d.34.ſect.3. à num.10.

De priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ.d.35.

De Interdicti relaxatione d.38.

189 *Ceſſatio*. De ceſſatione à Diuinis d.39.

De Irregularitate.

Villadiego, Maiolus integrum volumen, Couar.in Clem.ſi furioſus, Soto 4.d.22.25. Rodriquez in Summa p.1. à cap.157. Toletus lib.1. à cap.51. Pluſiarcus lib. 4. p.1 Sayrus lib. 6. de cenſuris, Viualdus in Candelabro, Suarez diligentiſſime tom. 5 à d.40. Summiſtæ V. Irregularitas.

191 *Impedimentum*. Suarez d.40.ſect. 1 vocis notione explicata, rem multis declarat, irregularitatemque in hunc modum, deſcribit.

Irregularitas eſt inhabilitas, ſeu impedimẽtum canonicum, ex ſe primario, ac directe acceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, & conſequenter etiam eorum vſum.

Quatenus ſunt ordines. Non probat omnino hanc particulam Suarez n.6.l.c. excommunicatio maior ſuſceptione, & vſu Ordinum, formaliter, vt ſunt tales, non priuat; ſed quatenus ſunt communicationes.

192 *In quinque ſpecies*. Sot. 4. d.25.q.1. art. 2. diſtinguit in tria membra, ratione delicti Sacramenti, defectus. Suarez duo conſiderat genera Irregularitatis. Primũ continet Irregularitates ex delicto, ſecundum ſine delicto, Irregularitatis ex delicto reuocat ad eas, quæ ex delictis cõtra Ordines, ad eas, quæ ex delictis grauioribus, ad eas, quæ ex homicidio contrahuntur.

193 *In dubio*. V. Suarez d.40. ſect.5.6.

194 *Niſi in caſibus iure expreſſis*. Omnis Irregularitas eſt à iure, nulla ſententia hominis eget, neque per hanc ſolam poteſt iniungi. Pro hac vera ſententia multos refert Suarez d.40.ſect 4.num.8.

Conc. Trid. Epiſcopi eorum locorum, in quibus Concilium Trid. non eſt receptum; facultate diſpenſandi in Irregularitatibus

Digitized by Google

ritatibus ex delicto occulto ab eodem Concilio conceſſa, vti nequeunt. Suarez d.41.ſec.2.num.6.ex Congreg. Conc.

Delictum occultum, in hac re, illud eſt, quod à publico diſtinguitur, quamuis probari poſſit, non autem quod omnino occultum eſt: Concilium enim excipit caſus ad forum contentioſum deductos. Hoc notauit, rectiſſime, Suarez l.c. Quod, ſi delictum omnino occultum ſit, nec probari poſſit, iniuria tamen ad forũ contentioſum deductum ſit? Epiſcopus

Vide inferius ad n. 255. non poterit diſpenſare. Hoc ex Concilio colligere poſſumus, cum Suarez l.c.

Epiſcopi in ſubditos tantum hac facultate vti poſſunt, etiam ante conſecrationẽ; modo electi, & confirmati ſint, nam ad actus iuriſdictionis conſecratio neceſſaria non eſt. V. Suarez l.c.num.7.

Inferiores Prælati ordinaria, &, quaſi epiſcopali, iuriſdictione inſtructi, ex hoc Concilij loco, hanc facultatem non habent, ita ex Congreg. Concilij Suarez l.c.

Poſſe epiſcopos committere alicui vices ſuas, ad diſpenſandum ab irregularitate ex delicto occulto, negabunt nonnulli, probabiliter tamen affirmat Suarez n. 8.l c. non enim Concilium hanc facultatem limitat, vt cenſeatur epiſcopis tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis cõceſſa

num. 9. Poſſe Epiſcopum concedere alicui, vt cum eo ipſo in irregularitate, ex delicto occulto, diſpenſet, cenſet Suarez, cum cõgregatio Concilij declararet, poſſe ab eo Confeſſarium deputari, qui eum ipſum abſoluat, facultate à Concilio Epiſcopis tributa.

Poteſt præterea Epiſcopus in ſua diœceſi cum ſubdito ſuo abſenti alienamque diœceſim incolenti, in irregularitate ex delicto, occulto, diſpenſare, vel per ſe, vel per Confeſſarium, cui hanc deleget facultatem. Ex eodem num. 10. ſed, ſi vterque eſſet extra diœceſim, non poſſet.

Archiepiſcopus in toto Archiepiſcopato hac facultate non pollet, etiam dũ viſitat, quamuis eo tempore à reſeruatis Sacramentaliter abſoluere poſſit, vt poteſt Epiſcopus.

Capitulum, Epiſcopo mortuo, hanc facultatem non haberi, optime, cum Suarez colligere poſſumus, ex eodem Concilij loco.

Sacrum Cardinaliũ Collegium, mortuo Pontifice, ad nouum Pontificem eligendum, irregularitatem auferre, poteſt: at quò ad alias perſonas, hanc illi facultatem iura non conceſſere. V. Suarez num. 14.loc.c.

195 *Bigamia eſt triplex.* Suarez d.49.

Concluſum fuit. Alij contra ſentiunt. V. Suarez ſect.3.num.3.l.c.

197 *Poſſe Papam cum bigamis.* Suarez ſect 6.de hac re.

Similitudinaria. Idem num.7.l.c.

Ex defectu corporali.

198 D*efectus cuiuslibet membri.* De Irregularitate ex defectu corporis Suarez d.51.ſect.2.

Surdaſtrum irregularem eſſe, docent Nauar.lib.1.de temp.ord.conſ.36. Maiolus lib. 1. cap. 25. de Irregul. Comitolus lib.6.cap.55. Reſp. Mor.

201 *Defectus natalium.* De hac re Suarez d.50.

Expoſitos filios, eoſque omnes, quorum non eſt certa origo, irregulares eſſe, affirmant Maiolus lib.1.c.11. Salzedo, & alij quidam: negant Ananias, Felinus, & alij, Menochius præcipue, conſ.96. Vtrũque ſententiam probabilem putat Suarez d.50.ſect.4.num.4.

Quamuis matri adultera. Solum matris teſtimonium, etiam in fine vitæ, non ſufficit, vt quis debeat, ſe ipſum illegitimum iudicare. Multos recenſet Suarez n.5.l.c.

Si mater (quæ alienum filium ſibi ſuppoſuiſſe poteſt) dicat, filium non eſſe ſuũ ſed natum tamen ex legitimo matrimonio, ex alia matre, hoc ſatis erit, ne filius, ſe illegitimum exiſtimet. Suarez n.9.l.c.

Solus Papa. Suarez ſect. 5.l.c.

Profeſſio Religionis ad omnes ordines. Contra illegitimos acris extat Sixti V. conſtitutio, cuius initium *Cum de omnibus* eam *anno 3.* idem Pontifex declarauit, anno 4. conſti. 106. *Ad Romanum.* eamdem Greg. 14. ad terminos iuris communis reuocauit, anno.1. Quamobrem ſolemni trium votorum profeſſione, hoc quoque tempore, irregularitas hæc tollitur. V. Sayrum lib. 6.cap.11.num.4. Suarez d.50. ſect.5.

203 *Hermaphroditus.* Suarez d 51.ſect. 2. Nauarro aſſentitur. Quid ſi fœmina in virum mutetur, vt (teſtibus Gellio lib.9. cap.4 Plinio lib.7.cap.4. Marcello Donato lib.6.cap.2.de mirab.med. Hiſt. maiolo lib.1.cap.33.de Irregul. Iouiano Pontano

Digitized by Google

tano de reb.carl.lib. 10.) accidit aliquando, Irregularis eſſet; præcipue ſi res pateret.ita Maiolus, quem, cum alijs, ad c. 57.lib.1. Inſtruct. Toleti recenſui, Suarez l.c.n.2. diſtinguit de hermaphrodito, nã vel retinet vtrumque ſexum, vel ſolus apparet virilis. Si vtrumque retinet, & in virilem magis propendet, irregularis eſt: ſi magis in muliebrem, characteris non eſt capax, ſi apparet ſolus virilis, non eſt irregularis, ſed initiandus non eſſet, propter ſcandalum, quibuſdam videtur, non deſunt tamen, qui eum putent irregularem. V. Fornarium cap.3. de Ordine.

204 *Infamis.* V. Suarez ſect.3. l.c.

Non ſumat ſub vtraque ſpecie. Pontificem diſpenſare poſſe, vt, ſub vna tantum ſpecie, Corporis & ſanguinis Domini ſacrificium perficiatur, alij aiunt, alij negant. V. Azorium tom.1.lib.10.cap.19.q.2. Suarez tom.3.d.43.ſect.4. non putat improbabile, poſſe Pontificem diſpenſare, (ſi publica grauiſſima cauſa id requirat) vt ſub vna tantum ſpecie ſacrum fiat: tutius tamen, & verius eſſe, opinatur, affirmare, id fieri non poſſe. Naruegis ab Innoc.8. permiſſum fuiſſe, vt ſub panis tantum ſpecie conſecrarent, ſcribit Volaterranus lib.7 Geograph. de qua re Card. Bellar.lib.4. cap. 14. de Rom. Pontif. loquens, ait, Innocentium facto, (ſi errauit) erraſſe, non dogmate. Eruditiſſimi huius Cardinalis teſtimonium leges in noſtris ad Inſtruct.ſac. Card. Tol. Notis ad lib.2. cap.25.

Ex defectu animæ.

205 IGnarus literarum. De hac re Suarez d.51.ſect.1.num.5. Si quis ſcientia ad debitum ſacri muneris vſum neceſſaria careret, iure Diuino, & naturali (in quo Papa non diſpenſat) irregularis eſſet. V. Suarez l.c num.10.

Si eſt hæreticus. De hac re Suarez d.43 ſect.1. Mentalis hæreticus non eſt irregularis, ſed qui hæreſim prodidit, quamuis occultus ſit.

De quarta &c.

206 OCcidit, & mutilat. De Irregularitate ex licito homicidio, ex defectu lenitatis Suarez d.47

213 *Ob defenſionem iuſtam vitæ alterius.* Si honeſta ſit defenſio, & charitati conſentanea, occidentem irregularem non fieri, ob huiuſmodi defenſionem vitæ alterius, exiſtimat, probabiliter, Maior, Couar. Suarez d.46.ſect.3.

Occidens, ob ſui corporis defenſionẽ, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non fit irregularis: fit tamen, ſi in modo defẽſionis excedat. V. Suarez ſect.1.l c.

Qui fugere poteſt, ſine dedecore, infamiæque nota, & non vult, occiditque reſiſtendo, ſe ipſum defendens, fit irregularis; non fit, ſi fuga grauem illi infamiæ notam allatura erat. V. Suarez num.5.6.l.c.

Occidentem, pro neceſſaria bonorum temporalium defenſione, irregularem fieri, affirmat hic, & alibi Nauarrus: negat, non immerito, Suarez ſect.2.nu.4.

215 *Bello iuſto.* V. Suarez d.47 ſect.6.

217 *Adiuuans chirurgum.* Aſſentitur Suarez ſect.7.l.c.

De quinta ſpecie ex homicidio iniuſto.

215 DE irregularitate ex homicidio iniuſto, quod voluntariũ appellari ſolet, Suarez d.44.

Homicidium voluntarium, ex quo irregularitas huius ſpeciei manat, eſt illud quod ex directa voluntate, & propoſito interficiendi patratur: quare qui vulnerare intendebat, non autem occidere, ſi mors ſequatur, huius ſpeciei irregularitatem, in foro conſcientiæ, non contraxit. Hæc probat Suarez ſect.1.l.c. Vide etiam inferius num.240.

Qui vulnerat animo interficiendi, & vires omnes exercet, vt occidat, fieri irregularem, etiamſi mors non contingat, nõnulli dixerunt: id negat, & merito, Suarez ſect.2. etiamſi mors, per miraculum, impediatur.

Paria ſunt occidere, & mutilare. V. Suarez num.3.l.c. Diſpenſatio irregularitatis ex homicidio iniuſto, quod voluntarium dicitur, Papæ reſeruatur, in Conc. Trid. ſeſſ.24.c.6. de reform. ſed diſpenſatio ex iniuſta occulta mutilatione ad Epiſcopũ ſpectat, vt declarauit Congregatio Concilij, teſte Suarez num.4.l.c.

223 *Auris, ſiue cartilago.* Auriculæ abſciſſionem ad irregularitatem inducendã ſatis eſſe, affirmat etiam Maiolus lib.1.c. 25.& lib.5.c.50. de Irregul. (eam eſſe mẽbrum, cum ſeiunctum officium habeat præparandi ſonos ac voces, vt melius audiri, poſſint, ſcribit etiam Toletus lib.1. cap.71.num.6. Inſtruct. Sac.) negant Salzedo in Pratica ca. 99. & Couar. citati à

Suarez

Suarez ſect.2 num.9 qui,quamuis dicat, Nauarrum non loqui cõſequenter, quia mutilatio ſine deformatione non eſt ſatis, eius tamen ſententiam veriſimiliorem putat.

Mutilare, propriè, eſt membrum abſciendere. Iureconſulti,membri nomine cuius mutilatio punitur, eam in humano corpore partem intelligunt, quæ eſt velut proximum actionis alicuius inſtrumẽtum,vt pes,manus,nonnulli tamen Theologi(Caiet.2.2.q.65.a.1.Sot.li.5.de iuſt. q.1.ar.1.Tol.Suarez num.7.l.c.) ad Irregularitatem ſatis eſſe,iudicãt,ſi pars,quæ abſcinditur, ſpecialem, ad principalis membri munus, cooperationem habeat. De qua re Suarez (cui aſſentiri libet) nõ oſcitanter: addit autem Suarez, mutilationem ſimpliciter eſſe, cum membrum principale notabiliter minuitur, licet omnino non truncetur.

222 *Caſuali.* De irregularitate ex homicidio caſuali multa Suarez d.45.

Nimis audacter. Sotum verum dixiſſe,docet Suarez nu.2.l.c.

223 *Abortire.* Vide Bullam Sixti V.contra procurantes abortum, illiuſque moderatoriam.

224 *Ad bellum iniuſtum.* De militantibus in bello iniuſto Suarez d. 47. ſect.5.

227 *Illicitè rixatur*. Cum plures rixantur cum vno, omnes irregulares fiunt, ſi is occidatur. Suarez d.45. ſect.3.à num.8.

228 *Chirurgus.* V.Suarez ſect.7.l c.

230 *Infans, neque dormiens &c. in ebrio.* De ebrio occidente V.Couar in Clem. Si furioſus p.3. Azorium tom.1.lib.7.ca. 22.alioſque indicatos in noſtris ad Toletum Notis cap. 61. de peccatis mortalib.

233 *Qui iubet,mandat.* De concurrentibus ad homicidium multa Suarez d.44. ſect.3 de mandante num.6.de conſulente num.10 de conſentiente num. 20.de cooperante num.31.

De ratificante. Contrariam ſententiam excipit Suarez num. 24.loc.c. ſtatuitque hanc regulam:nullam,ſcilicet,cenſuram aut pœnam,ipſo iure impoſitam, ob aliquod ſcelus,ob ſolam ratihabitionem,incurri, niſi in caſibus in iure expreſſis. V. etiam Couar.2.p.de homic. §.2. num.4.

235 *Iaciens lapides in ſues.* V. Suarez d. 45.ſect 6.num. 18.

Infantem. Suarez num.15. l.c.Nauarri diſtinctionem non probat. Puerũ illicite in lecto collocat,qui id facit,vt cũ furetur: ſed ſi neceſſariam diligentiam adhibeat, ad vitandum irregularitatem, infantiſque ſequatur mors; diſtinctio Nauarri nihil valet: opus enim illud illicitum ad homicidium non ſpectat,in nulloque iure ea irregularitas fundamentũ habere poteſt. Sic Suarez, qui num.9.l.c. hac vtitur regula. *Homicidium omnino caſuale in ſolis caſibus in iure expreſſis irregularitatem inducit: tunc autem caſus ſatis expreſſi exiſtimantur, cum actio, propter periculum homicidii,vetita eſt.*

238 *Si vir ob id occidat vxorem.* Si Clericus moralem adhibuiſſet diligentiam, & cautelam,ne, ex ſuo crimine, mulieris mors accidere poſſet,irregularis non exiſtimaretur à Suarez;quia eiuſmodi mors voluntaria,in ſua cauſa,non fuiſſet: ſecus autem,ſi mulierem illam,nulla vſus cautela,mortis periculo obieciſſet. Approbatio Pij V. de qua hinc Nauar. in ſuperiori membro, in foro exteriori, in quo præſumptio conſideratur (non autem in interiori)locum haberet.

De diſpenſatione irregularitatis.

239 Affirmatiue, eadem ratione. Idẽ dicerent Lopez p.2.c.93.Corduba caſu 142. Azor.t.1. lib.10.cap.31.q. 6.Sà V.Euchariſtia num.13.alijque ad eũ locum à me recenſiti. At Sot.4.d.12.q.1. art.4.Euchariſtiam,ad vitandum ſcandalum, ab excommunicato ſuſcipi, poſſe, negat.Couar. etiam in c. Alma §.2.n.11. V.Comitolum lib.1.q.43. Reſp.Mor.

Excepto homicidio voluntario. Decretũ Concilij Tridentini, concedens epiſcopis facultatem diſpenſandi in irregularitate,ex delicto occulto manante,excepto voluntario homicidio,perpendit Suarez d.41.ſect.2. V. Notata ſuperius ad n.194.

Toletum. Virum hunc eruditiſſimum, & maxime piũ in ampliſſimum S. R. E. Cardinalium ordinem Clemens 8.adſcripſit. Extant præclara tanti viri monumenta,in Ariſtotelis Logicam,Phyſicãq; explicationes,& Quæſtiones; In SS.Ioãnem, Lucam, Paulum ad Romanos, in nonnulloſque Dauidicos pſalmos explicationes,Inſtructio Sacerdotum, & alia. Summo huic Theologo, celeberrimoq; Aulæ Pontificiæ Concionatori, cuius cõſilium,& prudentia in rebus agendis ni- *Fuit cordubenſis.*

rum in modum enituit, Romæ, in inſigni S. Mariæ Maioris Aede ſepulchrum fuit excitatum.

240 *Definiri &c. eſſe homicidium illicitū intentum.* Couar. relect. de homicidio p. 2 directam occidendi voluntatem neceſſariam non iudicat, ſed ſatis eſſe, ait, velle graui ictu; aut vulnere aliquem afficere: quare qui vulnerat, intendens vulnerare grauiter, (quamuis non lethaliter) non autem occidere, ſi occidat, fit irregularis, ex homicidio voluntario. Verum hæc (grauiſſimi licet Doctoris) ſententia alijs nō placet, qui illud tantum homicidium voluntarium appellant, quod ex directa, perfectaque occidendi voluntate dimanat.

In homine occidente triplex voluntas conſiderari poteſt. Prima expreſſa, & directa occidendi. Secunda directa vulnerandi, non tamen vulnere mortifero. Tertia indefinita percutiendi, vulneris infligendi, aut vindictā ſumendi. In foro conſcientiæ, in quo veritas, non præſumptio locum habet, illud tantum homicidium voluntarium eſt, quod expreſſa, & directa interficiendi voluntate, patratur. Suarez hæc quoque d. 44. ſect. 1. V. ſupra ad num. 219.

De irregularitate delicti ſuſcipiendi, aut exercendi male ordines.

DE irregularitate ex illegitima ordinū ſuſceptione Suarez d. 42. ſect. 3.

De irregularitate ex indigna ordinis vſurpatione. ſect. 4. l. c.

Irregularitatem ex indigna ordinis vſurpatione, per miniſterium, quod à laico exerceri poteſt, nemo contrahit: neq; Clericus ea afficitur, ſi, actū ordinis iam ſuſcepti exercens, iuriſdictionē vſurpet. V. Suarez num. 14. l. c.

De irregularitate ex indigna ordinis adminiſtratione Suarez ſect. 5. quo in loco tradit has regulas.

1 Clericus irregularis fit, ſi, exercens ordinem, cenſuram infringat.

2 Nulla illicita ordinis adminiſtratio, quæ cenſuris non aduerſetur, irregularitatem inducit.

De irregularitate ex delicto iterandi Baptiſmum.

DE hac Suarez d. 42. ſect. 1. & tomo. 3 d. 31. ſect. 6.

246 *Ignorantia probabili.* Ad hanc irregularitatem contrahendam delictum requiritur: quare locum non habet, quando ignorantia, aut bona fides excuſat à ſcelere: Suarez l. c. quicquid Maiolus lib. 3. cap 14. de Irregul. contra ſentiat, nullo textu munitus.

Qui, (ſecluſa rebaptizatione) à catholico miniſtro, cum culpa aliqua (quæcumque ea ſit) Baptiſmum ſuſcipit, non fit irregularis. Suarez ſect. 1. d. 42. num. 3.

247 *De bis confirmatis.* Pro Scoto militant Palud. 4. d. 7. q. 2. Turrecr. in c. Dictum de conſecr. d. 5. Caſtrenſis lib. 1. de poſt l. pœn. c. 7. Nullus textus reperitur expreſſus pro Nauarri ſententia: irregularitas autem non contrahitur, niſi in caſibus iure expreſſis. Quod hinc Nauar. ait de conſuetudine, quidam cenſores reijciunt.

De irregularitate ex delicti notorietate.

SAyrus lib. 7. cap. 12. Maiolus lib. 5 c. 12. Toletus lib 1. c. 68. De irregularitate ex infamia Suarez d. 48 ſect. 2.

249 *Pœnas ipſo iure.* An lex pij V. reos obliget in conſcientia, vt pœnas in ſe exæquantur, ante iudicis ſententiam, quærit Suarez d. 41. ſect. 4. num. 22. reſpondetque 1. Legem non obligare. 2. iudices debere reos dānare, ad legis præſcriptū. 3. Reos à Iudicibus declaratos ad eas pœnas obligari, in conſcientia.

Occultos ſodomitas ſuſpenſos eſſe, irregulariſque effici, ſi celebrent, aiunt Couar. in Clem. ſi Furioſus p. §. 1. nu. 6. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. V. Sodomia num. 5. ſed alij diſcrepant. De hac re in Notis ad Inſtruct. Tol. lib. 1. c. 68.

Occultum Sodomiticum crimen irregularitatem non inducere, ait Tol. loc. c. (alibi cap. 69.) Irregularitatemque ex crimine ſodomitico, non eſſe ex delicto, ſed ex defectu, ob infamiam, & ſcandalum.

Sodomiticum crimen admittere, conantem irregularem putat Maiolus lib. 5 cap. 43. de Irregul. quod verum eſſe poteſt, ſi conatus ille cognitus multis infamiam creet.

250 *Vel alia extra vas.* De impuriſſimo. & flammis digniſſimo crimine Sayrus num. 23 l. c. Sā V. Luxuria l. c. Leſſius lib. 4. cap. 3. d. 13. de Iuſt. &c. & alij citati ad indicatum Toleti locum: & nos quædam notauimus ad lib. 5. c. 13. eiuſdem Inſtruct. Toleti, & ad Sā l. c.

253 *Octau*

Digitized by Google

253 *Octauo dico, quod ad incurrendam.* Suarez d.40 ſect.3.à num. 16.hæc habet, & probat.

Irregularitas ex delicto, ob veniale ſcelus, neque irrogatur, neque irrogari poſſe, videtur.

Quoties quis lethale ſcelus non admittit, irregularitate, propter lethalem culpam impoſita non afficitur.

254 *Confeſſarius electus per bullas.* Sot.4. d.22.q.3.art.1.alijque nonnulli, ad num. 1.huius capitis recenſiti, irregularitatem ortam ex delicto Cenſuram appellant, ab ijſque auferri, poſſe aiunt, qui per Bullam Pontificiam, ab omnibus cenſuris abſoluere poſſunt, ſed hęc ſententia, toto cœlo errat, neque ad praxim reuocari poteſt. neque enim Cenſura eſt Irregularitas, quamuis ex delicto, neque tollitur abſolutione, ſed diſpenſatione, eam Curiæ ſtylus, communis Canoniſtarum, & aliorum Theologorum conſenſus, ratioque refellit: Suarez, tom.5.d.3. ſect.1. falſam, merito, vocat; Sa V. Abſolutio nume.19. nullo modo tenendam, tradit. Vide notata ſuperius ad num.1.

ſeſſ.24.c.6 de ref. 255 *Occultum eſt.* Concilium non loquitur de caſibus penitus occultis nemini cognitis, ſed de occultis, prout diſtinguuntur à publicis, quamuis probari poſſint. immo vero, ſi caſus ita occultus, vt nullo teſte probari poſſet, ad forum exterius, iniuria, deductus eſſet, papalis irregularitas ex tali ſcelere ortũ ab Epiſcopo auferri, non poſſet, ob exceptionem Cõcilij, *& exceptis aliis deductis ad forum contentioſum* Conſule Suarez tomo 5. d.41. ſect.2.num. 6. vbi Concilij decretum diligenter, ſciteque expendit. De hac re ſupra ad num.194.

De ſex caſibus, quibus Eccleſia pro polluta habetur.

De hac re Suarez tom 3.in 3.p.S.Th. d.8. Azorius tom.1.lib 10.c.26 Sot. 4.d.13.q.2.Syl. V. Conſecratio 2. Toletus lib.5.c.8. Sayrus lib 5. de cenſuris ca. 16. Sà V. Eccleſia num. 13.

256 *Iniurioſo effuſus* Veniale percuſſione, quamuis effundatur ſanguis, ſacrã ædem non polluit, affirmat, & merito, Suarez ſect 3.l.c.

Ob fidem catholicam occiſi. Non ſanguine Martyris, ſed Sacrilego homicidæ facinore: ſanguine enim Martyris conſecratur potius, quam polluitur Dei tem plũ.

Si infans in materno cadauere in Sacra æde tumulato incluſus periret, pollueretur illa ædes. Suarez l.c.

257 *Copulam coniugalem.* Alij (citati in Notis noſtris ad Toletum, & ad Sa l.c.) idem ſentiunt: at Rich.4.d. 32. art.3. q.1. Sot.4.d.13.q.2.art.3.pollui, negant. Placet ſententia Suarez aientis, illicita coniugum, (non autem licita) copula violari ſacram ædem. licita eſt, ſi in libidinis remedium, (& tũc alibi vſurpari nequeat) illicita, ſi ſine vitandæ incontinentiæ neceſſitate, vſurpetur. Lethali coniugum copula pollui, ait Sa num.14.l.c.in quem locum attulimus, quod à Couar.quoque dictum eſt 2.p.epit.c.7.§.2.

In Oratorijs caſus violatæ Eccleſiæ locum non habent, vt placet Sà num.13.& Suarez col.8 l.c.

Syluester, & quidam alij pollutionem templi per ſeminis, ſanguiniſque effuſionem, inter interdicta enumerant: at non recte. diuerſus ipſe reconciliationis modus, qui adhibetur, indicat pollutionem templi ab interdicto differre. Suarez d.37 ſect.1.num.27 tom.5.

De caſibus reſeruatis

Svarez tom. 4. Sot. alijque Scholaſtici in 4. Summiſtæ V.Caſus Io.Chapeauille, Lælius Zeccus, Graffius, Toletus lib. 3.c.14.Io.Med q.12.tract.2. de pęnit. nos quoque nonnulla ſcripſimus, quæ, ſi Deo placuerit, aliquando edentur.

259 *Cum ordine ſacerdotali accipere poteſtatem.* Poteſtatem ad conſecrandum accipiunt ſacerdotes, cum ijs exhibet epiſcopus Panem, & vinum, cum verbis formæ: poteſtatem ad abſoluẽdum, per manus impoſitionem cum verbis. *Accipite Spiritumſanctum* &c. Hoc grauiſſimi viri docent, vt alibi diximus: alij nihilominus vtramque poteſtatem in panis, vinique exhibitione, cum verbis formæ, tradi, opinati ſunt. Vide ſupra ad numeros 11. & 17.cap.22.

260 *In articulo mortis omnis caſus.* Sot. 4.d.18 q.4.Greg. de Val. tom 4.d.7.q.10. p.2.articulum à periculo mortis diſtinguunt: at Syl. Confeſſio. 1.num.6. Suarez tom.3 d.69. ſect.3. Toletus lib. 1.ca.15.aut 16.lib.3.cap.13.in fine, alijque citati in noſtris Notis, Sa V. Abſolutio num.3. Valerius Reginaldus cap.22. num.15.de prudentia *V. Notata ſuperius ad nu. 48 79.*

dentia

Digitized by Google

huius capitis ad Toletum lib.1.c.15 ad cap.5. num. 18. lib. de off. Curati ad c.26 n.26

dentia Confeſſarij, Pœnitentem in articulo, ſeu probabili periculo mortis, à quocumque Sacerdote à quibuſcumque peccatis, cenſuriſque abſolui, poſſe, probabiliſſime, fatentur. Zambranus alios refert (Præludio.1.Deciſ.caſuum articuli mortis), cum multiſque, docet, periculũ mortis caſum illum eſſe, in quo ſæpe, & vt plurimum, mors contingere ſolet. Vicinus partus, ſi ex aliqua circunſtantia mors probabiliter timeatur, Iter per loca, in quibus prædones occidere ſolent viatores, proximus, in bello cum hoſte conflictus, diſpoſitæ ab hoſtibus inſidiæ, quas vitare non ſit facile, grauis morbus, qui mortem ſolet afferre. periculum mortis indicant.

V. ſupra ad nu.74. infra ad nu. 222.

In articulo mortis, quelibet Sacerdotem, hæreticum etiam, Diuino iure, perpetuaque Eccleſiæ lege; abſoluere, ait Comitolus lib.5.q.14.Reſp.Mor.poſt D. Thom.in 4.fauet Suarez tom.5.d.22.ſec.1.num.61. Quidam dicunt, iure Eccleſiaſtico V.Tol.lib.1.c.15.

Hæreticos occultos. Per clauſulam Bullæ derogatoriam ſublata eſt Epiſcopis facultas abſoluendi à caſibus etiam occultis in Bulla cœnæ reſeruatis. V. Suarez tom. 5.d.21.ſect.3.tom 4 d.30. ſect.2 num.10 notataque ſuperius ad num.74 huius capitis, & in Notis ad Toletum in fine, vbi error Impreſſorum pag.17 correctus eſt.

261 *Sublatam eſſe epiſcopalem reſeruationem*. Toletus lib.3.c.14.Sà V.Caſus nu.3. *Reſpondi poſſe*. Sà V. Abſolutio num. 21. quemlibet Confeſſarium approbatum à reſeruatis, alibi, abſoluere ibi poſſe, ait, vbi non ſunt reſeruata: contrariam Soti ſententiam (4.d.18.q.14.ar.2) tutiorem dices. V. Comitolum lib. 1. Reſp. Mor. quæſt.28.

Quidam cenſor improbat Nauarri ſẽtentiam dicentis, Parochum inſtructum facultate abſoluendi à reſeruatis Epiſcopo ſuo, poſſe abſoluere pœnitentem alterius diœceſis, cum iuſta licentia ſibi conceſſa, à reſeruatis ſuo epiſcopo, quia nulla extat huius rei conſuetudo, & quia ab epiſcopo pœnitentis debet accipere iuriſdictionem ad eum à reſeruatis abſoluendum, vt accipit ad abſoluendum à nõ reſeruatis. In Paſchate tamen, quando vrget ſumendæ Euchariſtiæ præceptum, viatorem ab huiuſmodi Parocho à reſeruatis abſolui poſſe, cenſet. ob declarationem Eugenij 4. viuæ vocis oraculo editã. V.Caiet.in Summa V. Abſolutio cap.2.

262 *De caſibus tamen, qui per conſuetudinem, aut conſtitutionem* Clemens 8. ordinarios monuit, ne modum, in caſibus ſibi reſeruandis, excedant, vtque illa tantũ grauiora crimina ſibi reſeruent, quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ ędificationi ſeruiãt, non deſtructioni; prohibuitque, ne caſus in Bulla Cœnæ, alioſue reſeruatos Apoſtolicæ ſedi ſibi reſeruent. *anno 1602*

Congregatio S.R.E.Cardinalium epiſcoporum, & Regularium negotijs, conſultationibusque præfecta, de ſpeciali mãdato Clementis 8. viuæ vocis oraculo habito, omnibus ſacerdotibus per Italiam, extra vrbem degentibus ad excipiendas confeſſiones expoſitis, quorumlibet ordinum, etiam mendicantium, etiam Soc. Ieſu, præcepit, (anno 1601. 9 Ianuarij) ne, prætextu priuilegiorum, indultorum, facultatum quarumcunque, ab vllo ex caſibus in Bulla Cœnæ Domini clare, dubieue contentis, vel aliàs quomodocũq; reſeruatis Apoſtolicæ ſedi, aut reſeruandis, aut à tribus locorum ordinarijs reſeruatis, vel reſeruandis, vllo caſu, etiam neceſſitatis, vel impedimenti, articulo mortis excepto, ſine noua, & ſpeciali Santitatis ſuæ, aut ſucceſſorum, vel ordinariorũ, quo ad caſus reſeruatos ab illis reſpectiue, licentia in ſcriptis obtenta, ordinarijs locorum exhibenda, abſoluere, audeant, ſub pœna excommunicationis ſedi Apoſtolicæ reſeruatæ, ipſo facto, incurrẽdæ, priuationis officiorum, dignitatum, beneficiorum &c.

Monuitque ordinarios, vt paucos, eoſque ad chriſtianam diſciplinam retinendam, & ad ouium ſalutem promouendã, magis neceſſarios caſus ſibi reſeruatos, velint.

Hoc Decretum idem Pontifex, 1602. 26. Nouemb. moderatus eſt, declarauitq; eo contineri caſus Bullæ cœnæ, caſus violationis clauſuræ monialium ad malum finem, prouocantium, & pugnantium in duello, Inijcientium violentas, diabolo ſuadente, manus in Clericos, Simoniæ realis ſcienter contractæ, confidentiæquę beneficialis: item caſus omnes à locorum ordinarijs reſeruatis, vel reſeruandis. In his priꝰ Decretũ vim ſuã habere, voluit.

Omne

Digitized by Google

Omne ſacrilegium. Sà V. caſus num. 4. illud tantum ſacrilegium intelligit, quo ſacer locus furto, vel ſanguine, vel ſemine violatur; non autem perſonæ ſacræ luxuria. Quidam ſortilegium, non ſacrilegium, Syl. V. Caſus, omne ſacrilegium, & ſortilegium Epiſcopo reſeruatum eſſe, ait.

Si moriatur, aut amoueatur Epiſcopus, caſus omnes, quos ille ſibi, (non autē quos iura reſeruant) expirare, ſcribit Barth. Med. lib. 1. c. 10. Inſtruct. Confeſſ. Sà, mortuo epiſcopo, id accidere, ait. V. Abſoluti o. num. 20.

Reſeruant ſibi caſus ſummus Pontifex, epiſcopi, Prælatique epiſcopali prædidi auctoritate. Regularium Prælati, ex Clementis 8. decreto, anni 1603. 26. maij, crimina ſequentia, vel omnia, vel nonnulla, ſibi reſeruare poſſunt, prout ſubditorum ſaluti expedire in Domino iudicauerint.

1 Veneficia, incantationes, & ſortilegia

2 Apoſtaſia à Religione, habitu etiam reſeruato, quando extra, Monaſterij ſepta facta eſt egreſſio.

3 Nocturna, ſeu furtiua è Monaſterio egreſſio, etiam ſine animo apoſtatandi.

4 Proprietas mortalis contra votum paupertatis.

5 Iuramentum falſum in iudicio regulari, ſeu legitimo.

6 Procuratio, auxilium, conſilium ad abortum efficiendum, poſt fœtus animationem, etiam non ſecuto effectu.

7 Falſificatio manus, aut ſigilli officialium Monaſterij.

8 Furtū mortale de rebus Monaſterij.

9 Lapſus carnis voluntarius opere conſumatus.

10 Occiſio, ſeu vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſuis perſonæ.

11 Malitioſum impedimentum, ſeu retardatio, vel apertio literarum à ſuperioribus ad inferiores, vel ab his ad illos.

Quod ſi aliud graue crimen pro Religionis conſeruatione, aut conſcientiæ puritate reſeruandum putabitur; id nō fiet, niſi capituli generalis in ordine toto, Prouincialis in Prouincia, diſcuſſione matura, & conſenſu.

Cauet hoc Decreto Pontifex, ne Superiores Regulares ſubditorum Confeſſiones audiant, niſi illi reſeruata explicaturi ſint, vel ſponte hoc petant.

Iuſſit, vt Superiores, in ſingulis domibus, duos, tres, aut plures Confeſſarios eruditos, prudentes, charitate ornatos deputent; qui abſoluant à non reſeruatis, & quibus reſeruatorum etiam abſolutionē Superiores ijdem committant; quando Confeſſarij committendam eſſe, iudicauerint.

Iuſſit; vt Superiores, pro tempore, & Confeſſarij, ad gradus euecti ſuperioritatis, diligentiſſime caueant, ne notitia, ex confeſſione accepta, ad externam gubernationem vtantur.

Licere tamen, ait, ſuperio ribus, graues pœnas quibuſdam ſceleribus, etiam non reſeruatis, decernere; quibus ſubditi ab ijs patrandis cohiberi poſſint.

Sanchez lib 3. de Matrim. d. 16. multis diſputat, An Confeſſarius aliquando notitia Confeſſionis vti poſſit. Societatis Ieſu ꝑpoſitus Generalis Romanus P. claudius Aquauiua nobilitate, doctrina, prudentia, religioneque ornatiſſimus, ſuis, olim, Confeſſarijs præcepit; ne cognitione, ex Confeſſione hauſta, ad externa vtantur.

Epiſcopi, alijque Prælati, qui caſus ſibi reſeruare poſſunt, facile ſubditis concedant; vt poſſint ab alio ſacerdote à reſeruatos abſolui: id ni faciant, infirmi, magno cum periculo, confeſſionē inſtituēt. Meminerint, ſe, ex Clementis 8. decreto, paulo ante indicato, reſeruatorum abſolutionem Confeſſario committere debere, quando is committendam eam eſſe iudicauerit. *V. Pet. à Soto lect. 5 de Confeſ.*

Conſiderent Prælati, & Parochi, necnō quidam alij Confeſſarij, aurea D. Th. verba, in 4. diſt. 17. q. ar. 3. quæ ſubijcio.

„Nulla inferiori iniuria fit, aut præiudicium, ſi ſuperior committat

„alteri facultatem ſubditos illius audiendi: ſuperioritas enim,

„& iuriſdictio in Eccleſia in fauorē ſubditorum eſt. Hæc ille.

An oblitus reſeruatorum ſit abſolutus à reſeruatione, ſi ab eo confeſſario abſolutionem accepit; qui à reſeruatis abſoluere, poterat, V. notata ad nu. 12. cap. 26.

Miſcellaneum Primum.

De præſentatione confeſſariorum religioſorū.

266 N*on debet abſoluere à caſibus epiſcopo reſeruatis* Nec poteſt, vt

conſtat

Digitized by Google

conſtat ex Decreto Clementis 8. de quo ad num. 262.

Miſcellaneum ſecundum. de quibuſdam regulis Confeſſariorum.

268 *Qvi verbis, vel nutibus non fuerit ei confeſſus.* Nauarri ſentẽtia placuit Soto 4. d. 18. q. 2. art. 5. Lopez p. 1. cap. 18. aliiſque relatis à Zambrano cap. 4. dub. 2. Dec. caſ. art. mortis: verum poſſe, in articulo mortis, abſolui nihil, verbis, aut nutibus, in ſpecie, declarantẽ, ſed ſigna tantum contritionis edentem, (quæ indicent eum peccaſſe) affirmant plures, & verius, D. Ant. 3. p. Summæ De fecerunt cap. 17. Angelus confeſſio. 4. n. 8 Syl. V. eodem Io. Med. q. 39. de Confeſſ. Sacerdotale Romanum, cap. 26. Toletus lib. 3. cap. 8. Corduba lib. 5. cap. 27. de Indulg. propoſ. 7. Rodriquez p. 1. Summæ cap. 59. & in explicat. Bullæ §. 9 nu. 41. Alcocer cap. 11. Summæ, Greg. de Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. Bellar. lib. 2. de pœnit. c. 7. Suarez tom. 3. d. 69. ſect. 2. t. 4. d. 23 ſect. 1. Ruardus art. 4. contra Lutherum, Viualdus de abſol. num. 71 in Candel. Aur. Hẽriquez lib. 3. cap. 10. Sanchez lib. 2. d. 36. de matrimonio, Poſſeu. cap. 7 de off. Curati num. 13. de pœnit. Sanorũ Melchior Zambranus, cap. 4. dub. 2. Deciſ caſ. art. mor. poſſe, & debere abſolui, ait, ſub conditione (ſi expreſſio illa ſufficiens eſt illius ſacramenti materia) at debuit addere, *Saltem ſi dubites.* Sà priorem ſententiã ſequutus aliquando, eam, recte, mutauit, docuitque abſoluendum, ſaltem, ſub conditione, quæ mente retineri poteſt. Signa illa contritionis, quibus homo teſtatur, ſe peccaſſe (in ea neceſſitate) ſufficiens materia, rectiſſime, cenſentur. Hanc ſen-ẽtiam viri docti, pijque in fauorem pœnitentis ad praxim reuocant. Si te ſcrupulus aliquis vexet, (ob contrariæ ſententię rationes) abſolue ſub conditione, & quilibet ſcrupulus euaneſcet.

Quidam cenſent, non abſoluendum, qui in articulo mortis ſigna contritionis edidit, niſi dixerit, velle, ſe ſua ſcelera Cõfeſſario explicare. V. Suarez tom. 4. lo. c. num. 13. 14.

Petrus de Ledeſma in Summa de pœnit. cap. 21. com. 2. dub. 3. non abſoluendum dicit hominem cum morte luctantem, niſi ſigna contritionis, quæ edidit, viderit Confeſſarius. Verum placet, vt pœnitẽs in ſuprema lucta conſtitutus abſoluatur, ſi vera edidit contritionis indicia, quamuis Pœnitentiæ ſacramentum non petierit, & ſigna edita à Confeſſario viſa non fuerint. nam ſigna illa, quibus is, ſe peccata admiſiſſe, & beneficium abſolutionis deſiderare, implicite ſaltem oſtendit, ſatis apta tam ſalubris ſacramenti materia, in ſuprema illa neceſſitate, exiſtimantur, vt dixi.

In ſignis contritionis ſacramentalem confeſſionem, peccata in genere exprimentem, ad obtinendam à Sacerdote, abſolutionem agnoſcit, & probat Zambranus ſect. 4. l. c. & alii, ante illum, probationes non affero; ne inſtitutum breuitatem deſerere videar.

Referuntur pro hac ſententia nonnulla quorundam Conciliorum dicta. Arauſicani. 1. can. 11. *Subito obmuteſcens baptizari, aut Penitentiam accipere, poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.* cap. Qui recedũt 26. q. 6.

Carthaginenſis. 3. cap. 34. *Aegrotantes, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum voluntas eorum teſtimonium ſui dixerit, baptizẽtur, & ſimiliter de penitentibus agendum eſt.* cap. Aegrotantes de conſecrat. d. 4.

Carthaginenſis. 4. can 36. *Si infirmus penitentiam petens obmutuerit, vel in phreneſim inciderit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat penitentiam, &, ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem.* V. Bellar. lib. 1. cap. 15. de Pœnit. propoſ. 2. De hac eadem ſententia ad caput. 7. De officio Curati n. 82.

Si in huiuſmodi ęgrotum, qui ſigna edat, edideritue contritionis, nullum tamen ſcelus, ſignis, aut verbis explicet, incideris, diligentem operam nauare debebis, vt is, (ſi fieri poterit) peccatum aliquod, quãuis minimum, exprimat. Hoc ſi facere nequiuerit, à ſuperiori probabiliſſima ſententia ne diſcedas. Ne tempus, autem teras, cum ſalutis ægroti periculo, abſolue, ſtatim ac videris, nihil, in ſpecie, ab eo explicari poſſe: fieri enim poteſt, vt dum diligentius, quam par ſit, exigis ab eo alicuius culpæ, explicationem, ſine abſolutionis beneficio migret è vita, æternæque gloriæ ſpem amittat.

269 *Quamuis valeat confeſſio facta ſcripto abſenti.* Clemens 8. damnauit falſam

illam

illam ſententiam; quę Confeſſionem per literas, aut nuntium perfici poſſe, docet. Vide quæ adſcripſimus ſuperius ad num. 36. cap. 21.

271 *Mortuus propriè.* De ſepultura Eccleſiaſtica cadaueri hominis excommunicati non cōcedēda, Suarez t. 5. d. 12. ſect 4

Si excommunicatus cum magnis contritionis indicijs excedat è vita, ſed ſine abſolutione, eius cadauer in Sacro loco tumulari nequit, ſi tamen denuntiatus erat, vel publicus Clerici percuſſor, modo. qui paulo ante fuit explicatus, nam poſt extrauagantem. *Ad euitanda.* hi tantum excommunicati vitandi ſunt. V. Suarez num 5 l.c.

Nomine loci ſacri, intellige templa conſecrata, aut benedicta, cœmeteria, locaque non benedicta, in quibus Miſſa celebrari ſolet. Abbas his addit loca vicina templis, aut cœmeterijs, ſed hoc non concedunt alij, Suarez præcipue, ſi loca profana, & communia ſint.

Sepelientes, & iubentes ſepeliri cadauer excommunicati denunciati, publiciue Clerici percuſſoris, excommunicantur Clem. 1. de ſepult. non autem cātantes, comitantes, Crucem portantes, aut lumina, V. Suarez à num. 8. l. c.

Excommunicati cadauer in Sacro loco tumulatum exhumandum, procul à ſepultura proiiciendum, Sacerque locus reconciliandus. ſed ſi excommunicatus cum optimis contritionis ſignis diem obijſſet, abſoluendus eſſet, vt anima ſuffragijs Eccleſiæ, cadauer ſacræ ſepulturæ bono frui poſſet.

272 *Modo ſigna contritionis præcedant.* Non ſolum ab excommunicatione, ſed à peccatis etiam abſolui poteſt, qui in ſupremo mortis agone nullum ſcelus, in ſpecie, fateri poteſt; ſed ſigna tantum oſtēdit contritionis: vt dictum eſt ſupra ad num. 268. in Nouis ad Toletum lib. 3. c 8. ad Sà V. Abſolutio num. 10. ad librum de officio Curati cap. 7 num 13.

Omnis homo ſed omnis ſacerdos. Laicū poſſe abſoluere, in articulo mortis, ab excommunicatione, cum nullus adeſt Sacerdos, docuerunt Syl. V. Abſolutio. 1. n. 8. Tab. 2. num. 8. Armilla num 39. poſt Gloſ. in cap. A nobis 2. de ſent. excom. Verum contrariam ſententiam, probabiliorem, amplectūtur Palud. 4. d. 20. a 2. Sot. 4. d. 18. q. art. 4. Couar. in c. Alma p. 1. §. 11. num. 9. Toletus lib. 1. c. 16. Vgolinus tab. 1. cap. 4. §. vlt. Suarez tomo 5. d. 7. ſect 6. nullum enim ius, nulla conſuetudo hāc laico facultatem tribuit. *V. ſupra ad n. 48.*

Sacerdos etiam excommunicatus. Hæreticus etiam Sacerdos, ſi catholicus, abſit, id facere poteſt: nec in tam graui articuli mortis neceſſitate, beneficium abſolutionis ab eo accipere crimen eſſet. Comitolus lib 5. q. 14. Reſp. Mor. Non ſolum de hæretico, ſed etiam de degradato idem tradit Suarez tom. 4. d 26 ſect. 4. tom. 5. d. 7. ſect. 6. num. 3. ijs enim Concilij verbis. *Omnes Sacerdotes quilibet pænitētes,* nullus Sacerdos videtur excludi. Rodriquez p. 1. Summæ cap. 56. Nauarrum ſequutus cap. num. 26. hæreticum Sacerdotem nō poſſe abſoluere. ait, quod à Soto quoque ſcriptum 4. d. 18. q. art. 4. Toletus lib. 1. ca. 16. num. 7. de hæretico, & ſchiſmatico idem ſentit: Verum prior ſententia, ob clariſſima Concilij verba, mihi magis arridet: eā valde probabilem vocat Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. 11. Inſtit. Mor. & ſequūtur Sayrus lib. 2. cap. 20. de cenſu. num. 26 Vgolinus 3. p de Cenſuris Papæ in Bulla Cœnæ reſeruatis, Zambranus c. 4. dub. 4 Dec. caſ. a. mortis n. 20. vinaldus ī Cādelabro nu. 64. de abſolutione, non diſcrepat, ſed addit, dummodo ægrotus in periculum hæreticæ labis contrahendæ non incidat. Fateor, non debere ægrotum, exponere ſe ſe hæreticæ infectionis periculo, ſed ſi abſolueretur ab hæretico Sacerdote confeſſionem, ex hoc capite, inualidam non putarem: quamuis à periculo aliquo tam diræ labis nō fuiſſet alienus; quod Dei clementia, & virtute ſe ſuperaturum, ſperabat, dum Diuino ſacramentalis abſolutionis beneficio egens, illud ab eo Sacerdote petit, quod tunc ab alio conſequi non poterat: *V. ſupra ad n. 260.* *Seſ. 14. c. 7* *V. Notas noſtras ad lib. 1. c. 15 aut 16. Inſtr. Tol.*

Cenſuræ, à quibus quilibet Sacerdos abſoluere poteſt in articulo mortis, ſunt illæ, que ſuſceptionem ſacramentorum Pœnitentiæ, Euchariſtię, & Vnctionis extremę impediunt, excommunicatio, ſcilicet, perſonale interdictum, ſuſpenſio que ab horum Sacramentorum perceptione, & ab Eccleſiaſtica ſepultura, vt conijcere poſſumus ex Concilio loco citato, ſi illius mentem inueſtigare velimus: conceſſio enim illa ſaluti animarū deſeruit;

Digitized by Google

deſeruit, ſed ſatis deſeruit, ſi auferantur impedimenta, quæ efficiunt, ne ſacramenta, egregia ſpiritualium morborum remedia, ſuſcipi poſſint.

Quæ res, an Sacerdos, In articulo mortis, Poſſit abſoluere ab excommunicatione, ſi, ob aliquam circũſtantiam, nequeat, à peccatis? Affirmat Suarez tom. 5. d. 7. ſect. 6. num. 11. quia Concilium abſolute loquitur, à quibuſcunque cenſuris & quis videatur tribuiſſe facultatem in ordine ad abſolutionem à peccatis, nihilominus tributa eſt etiam abſolute.

& Zambranus c. 4. Dec. caſ. ar. mor. n. 18.

De abſolutione ab excommunicatione alia habes ſuperius ad n. 48. huius c.

274 *Ignorantia probabilis.* Vide notata ad num. 16. huius capitis, & Suarez d. 4. ſect 9 10.

Exorbitantem, & auctam, vltra naturã ſuam. Hunc Nauarri diſcurſum, in iudicio, pœniſque humanis probabilem, in diuinis iudicio, & pœnis, quibus hominum culpæ puniendæ ſunt, difficultate ſeptum opinatur Suarez l. c. ſect. 9. nu. 21. & principium illud in vniuerſali ſumptum pro ſuſpecto habet, quod tamen verum putaret, ſi, pœnæ ignorantia, conditio ſceleris, moraliter, ita mutaretur, vt ſceleris modus, & proportio à pœna ipſa ſuperari exiſtimaretur. Si Nauarri ſermo in pœnis Diuinis locum haberet, dicendum eſſet, ignorantem infernarum pœnarum æternitatem, delinquendo, earum reatu non affici; quod à veritate, longo, diſtat, interuallo.

275 *Nullus præter Papam.* V. Notata ſuperius ad num. 74. 260. & Suarez tom. 5. d. 21. ſect. 3.

V. Inſtitutionem Confeſſariorum M. Fornarij.

Miſcellaneum quartum De conſcientia.

DE conſcientia Azorius tom. 1. lib. 2. cap. 19.

Miſcellaneum quintum &c.

283 D*Ecem ſunt huius ægritudinis medicinæ.* V. Fornarium tractatu 2. cap. 18. Inſtit. Confeſſ. vbi de modo iuuandi ſcrupuloſos.

Quæ opinio deligenda.

DE opinione confeſſarij ab opinione pœnitentis diſcrepante Io. Med. q. 19 de confeſſ. Conrad. de contract. q. 100. Suarez t. 4 d. 32. ſect. 5. Comitolus lib. 5. quæſt. 16.

288 *Aliquid eſſe verum, quo ad vnum iſt ſeſtum &c.* Videtur implicare, quod mulier ſimul, (exempli gratia,) de præſenti viro dubitet, an ſit verus maritus, vt ab eo debitum exigere nequeat, & non dubitet, vt reddere illi poſſit. Sic cenſor quidam. Fieri poteſt, vt ſpeculatiue dubitet vxor, an vir, quem habet, ſit legitimus cõiux, ob ſpeculatiuam de prioris coniugis morte dubitationem, cum hac ſpeculatiua dubitatione, poteſt, debetque petenti debitum reddere, ſi practice non dubitet, redditionem illam eſſe mort iferam. Poteſt ſpeculatiue, & practice, poteſt ſpeculatiue, & non practice dubitare.

Confeſſarijs praxim audiendarum cõfeſſionum exercentibus multi libri vtiles erunt, practica Io. Molani, Memoriale ad Parochos Franciſci Blanco Archiep. Cõpoſt. Directorium Io. Polanci, Gaſparis Loartij Monita ad confeſſarios &c. De Prudentia Confeſſarij Valerij Reginaldi, Tractatus de ratione adminiſtrandi ſacramentum Pœnitentiæ S. Caroli Borromæi, Inſtitutio Confeſſariorum Martini Fornarij, Monita Spiritalia Didaci Perez Ad caput 2. libri 1. Inſtru. Sac. Card. Tol. nonnulla monita addidimus non infructuoſa: ſed egregia ſunt, quæ ab ore B. Franciſci Xauerij prodiere, & legere potes in illius vita ab Horatio Turſellino eleganter conſcripta. Confeſſarios, mulierum confeſſiones excipientes, non decet longiora colloquia eaque non neceſſaria cum ijs miſcere, cum magno periculo minima, fortaſſe, captabunt lucra, & parum prudentes erunt, ſi apud fœminas potius, quam apud viros operam ſuam collocare voluerint, lubrica res fœmina Viri magis conſtantes, quam fœminæ, viri domos regunt, vrbes, regna: ſi pios, & Chriſti amantes, diuina ope adiuti, eos effecerint Confeſſarij, vberes inde in domeſtica diſciplina fructus manabunt, & in publica, ſi publica pij illi viri negotia tractauerint.

Ingentem lapſum docti, & religioſi viri, quem alibi iiſdem, ferè, verbis retulimus, conſideret Mulierum Confeſſarius, &, ſe fragilem agnoſcens, pericula, prudens, euitet, & Dei opem aſſidue imploret.

In Peruana regione, eruditus ſacræ Theologiæ profeſſor, quem homines magni

Digitized by Google

gni æſtimabant, mulierculæ, cui ſpiritalis pater erat, familiaritate deceptus; credidit (quod ea de ſe prædicabat, ſumma impudentia) ingentia illam myſteria ab Angelo edoceri, ſe ſeque illi diſcipulum tradidit, & dæmone fallente, in opiniones à chriſtiana fide alienas miſere, corruit, credidit, ſe Regem, Pontificem, Angelis, Apoſtoliſque ſanctiorem eſſe: dixit, ſe, oblatam ſibi diuinitus, hypoſtaticam vnionem recuſaſſe, ſeque, quo ad efficaciam, (ſic loquebatur) orbis redemptorē prædicauit. Nullis rectè docētium Theologorum diſputationibus victus fuit. hæreſes abiicere ad ſanam mentem redire noluit. O monſtrum infelix: cuius corpus, iudices ſententia, flammę redegerūt in cineres, animam ad tartareos ignes, in omnem æternitatem, cruciandam, dæmones rapuere. Hanc ſtulti, mulierculæque nimis credentes viri tragœdiam narrat multis Ioſeph Acoſta lib. 2. De nouiſſimis Temporibus cap. 11. & refert Martinus Delrio lib. 4. cap. 2. q. ſect. 3. Mag. Diſquiſit.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Deus, B. Virgo, Santique omnes, Confeſſarijs, grauiſſimum, & periculorum pleniſſimum munus obeuntibus, auxiliū maximum ferant, vt, ſine vlla animorum ſuorum labe, pęnitentium ſaluti, mirum inmodum, conſulant, & mori, quam fœdari, malint.

Benedictio, & charitas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro, Patri, Filio, Spiritui ſancto, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedicta ſit Santiſſima Maria, Virgo perpetua, ſacrarium Spiritusſancti ſpeculum ſine macula, Dei Mater admirabilis, afflictorum conſolatrix, peccatorum aduocata, virtutum, & miraculorum officina, quam omnes homines admirari, venerari, celebrare, inuocare non deſinant. Benedicti Angelorum, & beatarum animarum chori.

Quæ ſcripſi, quæ ſcribam (ſi Deus opē tulerit) Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ, iudicioque ſubiecta ſint. Veritatis columna, & firmamētum Eccleſia, pro qua contra infideles, hæreticoſque, fideles omnes vitam profundere, paratos eſſe, quā maxime decet: & tales eſſe, cupio, quales eſſe, par eſt.

XV. Kal. Aprilis 1613.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6-3-2

Digitized by Google